




Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford-Messer
Bequest



E. P. FADEN



BR
60
.M61
v. 20

PATROLOGIÆ CURSUS COMPLETUS,

SEU

**BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA
ET SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,**

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

**QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :**

RECUSIO CHRONOLOGICA

**MONUMENTUM QUÆ EXSISTERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,**

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIORUM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE

PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ;

ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET

IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS,

A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,

CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS

TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTEM

SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,

SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,

PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,

LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

**IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,**

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUS COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA
JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA
DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET
FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEEDIT NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE IN-
TRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE
MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR,
COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUIUSQUE VOLUMINIS AM-
PLI-TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XX.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

**EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUË.**

1857

SÆCULUM IV.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

EUSEBII PAMPHILI,

CÆSARÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

CURIS VARIORUM, NEMPE :

HENRICI VALESII, FRANCISCI VIGERI, BERNARDI MONTFAUCONII, CARD. ANGELO MAII

EDITA;

COLLEGIT ET DENUO RECOGNOVIT J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOR.

TOMUS SECUNDUS.

VENIUNT SEX VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XX CONTINENTUR.

I. EUSEBIUS PAMPHILI.

Historia ecclesiastica.	col. 9
De vita Constantini imperatoris libri quatuor.	910
Oratio Constantini imperatoris ad sanctorum cœtum.	1234
Oratio Eusebii de laudibus Constantini in ejus tricennialibus habita.	1315
Acta passionis S. Pamphili et sociorum.	1439
Liber de matyribus Palæstinæ.	1457
Collectio antiquorum martyriorum.	1519
Epistolæ.	1533

Ex typis MIGNE, Pet.t-Montrouge.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΑ ΔΕΚΑ.

EUSEBII PAMPHILI
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBRI DECEM

Henricus VALESIIUS Græcum textum collatis quatuor mss. codicibus emendavit, Latine vertit et adnotationibus illustravit.

Ed. Paris. 1699.)

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

ILLUSTRISSIMIS ET REVERENDISSIMIS ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS ET UNIVERSO CLERO
ECCLESIE GALLICANÆ.

Post tot Græcorum Patrum editiones quæ vestris auspiciis in lucem hæctenus prodierunt, id unum adhuc restabat, illustrissimi Antistites, ut Eusebii Cæsariensis Ecclesiastica Historia multo quam antehac emendatior ac purior, sub vestri nominis titulo ac patrocinio catholicis hominibus donaretur. Id enim Ecclesiæ, cujus commodis assidue consulitis, utilitas; id eruditorum omnium vota; id postremo Eusebius ipse suo quodam jure, a vobis poscere videbantur. Nam, ut de Ecclesia primo loco dicam, quid ad laudem ejus illustrius, quid ad defensionem fortius, quid ad propagationem utilius, quid ad morum ac disciplinæ gravitatem restituendam aptius proferrî potest quam historia rerum ecclesiasticarum? Jam vero ad convincendos hæreticos nihil, meo quidem judicio, efficacius est atque potentius quam hoc genus scriptionis. Quippe hominum animi disputationibus ac ratiocinando ægre se vinci patiuntur. Et quoties constrictos se vident, nec habent quod respondeant, non tam veritati id ascribunt quam adversariorum in disputando subtilitati ac versutiæ. Certe diuturno experimento comprobatum est, seu scriptis seu viva voce editis disputationibus accendi potius hæreticorum animos quam sanari. Historia vero rerum ecclesiasticarum, cum se in animos legentium placidius insinuet, longe faciliorem de his victoriam refert. Quis est enim ex diversæ factionis hominibus, qui cum ecclesiasticam historiam attente perlegerit, non statim pudore suffusus, errorem suum illic damnatum agnoscat, seque velut membrum a reliquo corpore præcisum defleat. Etenim cum ecclesiastica historia nihil aliud contineat quam apostolicarum sedium perpetuam successionem, episcoporum sibi invicem succedentium seriem, illustria denique doctorum et martyrum pro pietate certamina: ex quibus hi quidem furorem gentilium tolerantia suæ fortitudine superarunt; illi vero hæreticorum qui

adversus Ecclesiam insurrexerant perversa dogmata scriptis suis confutaverunt: quicumque ex hæreticis ad hujus historiæ lectionem oculos atque animum intenderit, fateatur necesse est se ab illa apostolorum successione, ab illo doctorum et martyrum grege, ab illa denique episcoporum communionem prorsus alienum esse. Quippe ab iisdem illis apostolorum successoribus, qui easdem adhuc sedes et cathedras obtinent in quibus olim apostoli sederunt, ab illis ipsis qui Novatianos et Donatistas et Artemonis sectatores condemnarunt, suum quoque errorem pari sententia condemnatum intelligunt. Pudeat igitur illos oportet erroris ac novitatis suæ, quotiescunque in historia ecclesiastica tanquam in speculo veritatem conspiciunt et antiquitatem, dogmatum suorum errori novitatisque repugnantem. Atque hæc obiter dicta sint de ecclesiasticæ historiæ præcipua utilitate, cujus potissimum causa, novæ hujus editionis mihi a vobis cura mandata est. Nec vero solum Ecclesiæ commodis, sed et eruditorum omnium votis hac editione consulistis, quorum plerique partim Græci contextus mendis ac vitis, partim Latinorum interpretum erroribus, ab Eusebii nostri lectione hactenus deterrabantur. Ac ne quis forte minuendæ aliorum gloriæ, meique operis prædicandi causa, istud a me dictum putet, doctissimi hominis testimonium hic apponam, qui ante hos octoginta annos idem de Græca Eusebii editione deque Latinis interpretibus iudicium tulit. Is est Joannes Curterius, qui in epistola quam Parisiensi editioni præfixit, Joannem Rupefucaldium alloquitur his verbis: « Si in istam Græcorum historiæ ecclesiasticæ auctorum editionem intueamur, quid ea unquam editum depravatus? Id ego sæpe ante annos sex, qui Græca ejus lectione delectarer, cum essem expertus, et Rufinum cujus tempore nondum ita corrupta fuisse exemplaria credatur facile, Musculum denique ipsum in consilium adhibuissem, tantum abest ut eorum versionibus sim adjutus, ut illum (quod merito reprehendit Hieronymus) in Eusebio reddendo parum integre se præstitisse; et hunc non tantum mendosæ exemplaris Græci vel leves errores non animadvertisse, sed suos in versionem infinitos, partim ignavia, partim de industria, ut suis partibus saveret, innoxisse deprehenderim. » Et paulo post de Christophorsoni interpretatione ita pronuntiat: « Ejus libri emendationes utilitati publicæ tandiu non invidissem, nisi promissam Christophorsoni interpretationem etiam expectandam censuissem. Sperabam enim quia bene doctum hominem et catholicum esse, deinde bonis exemplaribus adjutum fuisse audiebam, non præclaram modo et tutam versionem aliquam emissurum, sed in publicati codicis Græci emendationem (quod solet ab interpretibus omnibus non omitti) variarum lectionum et correctionum adnotationes adjecturum. Verum longe aliter accidit atque expectabam. Siquidem ut de ejus editione hoc solum nunc dicam, quod piam quidem et catholicam, sed inchoatam potius quam exactam aut perfectam multis rationibus credi par est: sic meliorum codicum quibus ipse usus est, exiguum aut fere nullum fructum ad multos redire video, cum quantum eos seculus vel immutavit vel addiderit, suis locis, ut decuit, sive ad Græcorum restitutionem, sive ad fidem versionis suæ et auctoritatem comparandam, non admoveat. » Petrus quoque Halloixius, vir in primis eruditus ac diligens, in tomo II, quo illustrium Orientalis Ecclesiæ scriptorum Vitæ complexus est, in notationibus ad Vitam S. Hegesippi, cap. 3, de Joannis Christophorsoni versione idem quod Curterius sentit: « Uno verbo, inquit, omnes fere errores Christophorsoni, qui sunt non pauci, adhærent etiam Baronio, cum ejus semper utatur in citando Eusebio versione. Ita fit, ut aliis aliis sequentibus, nec fontes Græcos examinantibus, primi alicujus interpretis errores ad quamplurimos scriptores, qui sola nituntur priorum auctoritate, in immensum diffundantur. Ex quo etiam, quanta sit linguæ Græcæ necessitas, in promptu est cognoscere. » Idem in eodem capite, pag. 731, ait se libenter adnotare errores qui occurrunt in versione Christophorsoni, ne ejus versione lectores in errorem inducantur. Ac malum quidem ipsum, ut videtis, multi animadvertent, damnumque illud publicum dolebant, quod tam utiles antiquitatis ecclesiasticæ libri, et scribentium et interpretum culpa ac negligentia adeo depravati legerentur. Quidam etiam pro virili parte remedium adhibere, certis duntaxat locis tentaverunt. Sed nemo adhuc exstitit qui novam Eusebii operis editionem emendationemque susciperet; seu quod laboris magnitudine plerique deterrebantur; seu quod scriptorum exemplarium copia et otio ac reliquis subsidiis quæ ad id opus necessaria sunt, destituerentur. Donec vos, pro vestro in rempublicam litterariam stu-

dio, id opus aggressi estis, novamque Eusebianæ historiæ editionem curandam atque adorandam mihi commisistis : ut amotis superiorum editionum vitis atque mendis, planior deinceps via ad certissimam rerum ecclesiasticarum notitiam lectoribus sterneretur. Quo nomine studiosi certe omnes vobis plurimum debent, quorum commodis utilitatique nostra opera consultum esse voluistis. Cæterum præter has causas quas jam commemoravi, quæ vos ad novam Ecclesiasticæ Historiæ editionem impulerunt, suberat etiam alia, nequaquam, ut arbitror, prætereunda : quod scilicet Eusebio de vobis deque Gallicana Ecclesia optimè merito gratiam referre studuistis. Nemo certe est ex antiquis Ecclesiæ scriptoribus qui tot Ecclesiæ Gallicanæ laudes, tot insignia atque ornamenta scriptis suis intexuerit. Nam si antiquitatem spectes, quod præcipuum argumentum est nobilitatis, hic est qui Crescentem, Pauli apostoli discipulum, in Gallias venisse testatur, ibique Evangelium prædicasse. Si antistitum sanctitatem contemplemur ac doctrinam, Pothinum nobis atque Irenæum Lugdunenses episcopos profert. Quorum ille cum Ecclesiam suam optimis exemplis ac documentis diutissime rexisset, tandem nonagenario major vitam illustri martyrio terminavit. Hic vero fidei Christianæ assertor fortissimus, adversus omnes hæreses luculentissimis libris decertavit. Jam si martyrum fortitudinem et sincera eorumdem passionis Acta desideres, nulla certe Ecclesiam hac in re Galliæ nostræ anteferenda est. Epistolam enim Viennensium ac Lugdunensium statim proferemus, quod pulcherrimum est atque vetustissimum totius Ecclesiæ in hoc genere monumentum. De cujus laudibus cum multa jam dicta sint a multis, nemo tamen pro illius dignitate hactenus est locutus. Adeo ejus epistolæ meritum ac pondus omnem dicendi vim superat. Atque id fatebuntur quicumque eam sæpius legerint. Quo plus enim legitur, eo semper videtur esse præstantior. Hoc vero tam insigne Ecclesiæ vestræ monumentum uni Eusebio acceptum ferre debemus. Qui nisi Historiarum suarum libris illud intexuisset, tanto antiquitatis ecclesiasticæ thesauro nunc fortasse careremus. Quod si fidei sinceritas ac simplicitas quærat, Gallos nostros Eusebius in his libris hinc præcipue commendat : dum ait persecutionem Diocletiani in Occidentis partibus ac præsertim in Gallia, cito esse compressam, Deo illis propter fidei sinceritatem benignius indulgente. Jam vero, quæ Ecclesiæ Gallicanæ non postrema laus est, perpetuam illius jam inde a primis temporibus cum sede Romana consensionem, in his Eusebii libris non semel licet deprehendere. Primum quidem in epistola martyrum Lugdunensium, quam illi, adhuc in carcere positi, ad Eleutherum scripserunt, tunc Romanæ urbis episcopum ; nam cum Asiani litteris ad Lugdunensium Ecclesiæ fratres datis eos consulissent, quid sentiendum esset de nova prophetia, quæ tunc apud Phrygiam recens exorta gravissimos tumultus per totam Asiam excitarat, Galliani martyres rem ad Eleutherum detulerunt, ut ejus interventu, cujus in Ecclesia summa erat auctoritas, pax Asianis restitueretur. Alterum hujus concordiæ exemplum suppeditat synodus Gallicana, in qua Irenæus una cum pluribus Galliarum episcopis, Victoris papæ sententiæ de celebratione festi Paschalis, ab Eusebio dicitur subscripsisse. Idem quoque Irenæus adversus Florinum qui Ecclesiam Romanam pernicioso schismate turbabat, fortiter insurrexit. Prætermitto Reticium, Maternum ac Marinum, Galliæ episcopos, qui cum Miltiade papa in synodo Romana residentes, unam cum illo adversus Donatum tulere sententiam. Cum igitur tot tantæque Gallicanæ Ecclesiæ laudes ab Eusebio commemoratæ sint, nemini mirum videri debet, si pro tantis antecessorum vestrorum præconis hanc ei gratiam referre studuistis, ut Ecclesiastica ejus Historia quam fieri posset emendatissima atque ornatissima, vestris auspiciis ederetur in lucem. Quam in rem cum me unum ex omnibus delegeritis, equidem plurimum vobis eo nomine me debere profiteor, qui de me tam honorificè penseritis. Intelligo tamen quantum mihi a vobis onus sit impositum : ut post tres Latinos interpretes quartus ipse procedam, et eandem cum illis existimationis aleam subeam. Sed quoniam huic desiderio vestro ac mandato refragari nefus mihi fuit, hunc laborem tur vestra, tum Eusebii causa libentissime suscepi, omnemque in emendando et interpretando molestiam diuturna patientia concoxi. Alii quidem et ingenio et doctrina instructiores, plura et meliora præstabunt. Ego id perficere conatus sum, ne quis in hoc opere diligentiam meam jure merito desideraret. Quod quidem utrum consecutus sim, vos, illustrissimi Antistites, pro vestra æquitate judicabitis. Cæterum si hunc a me susceptum atque exhaustum

laborem vobis placuisse intellexero, promptiore deinceps et alacriore animo reliquorum ecclesiasticæ historiæ scriptorum editionem aggrediar, vobisque faventibus idem in illis quod in Eusebio præstare conabor.

Illustrissimæ ac Reverendissimæ D. V. addictissimus,
HENRICUS VALESIUS.

AD EOSDEM ILLUSTRISSIMOS ANTISTITES, DE NOVA EUSEBIANÆ HISTORIÆ
EDITIONE PRÆFATIO.

Peracto solemnis nuncupationis officio, jam tempus est, illustrissimi Antistites, ut operis mei singillatim vobis rationem reddam. Cum enim vestra potissimum causa vestroque jussu hic a me susceptus sit labor, vos præ cæteris omnibus operis mei lectores ac iudices et opto simul et spero. Tria sunt igitur quæ in hac editione præstare studui. Primum est Græci textus emendatio; secundum Latina ejusdem interpretatio, tertium est expositio obscuriorum locorum. Et Latinam quidem interpretationem quod attinet, post tres Eusebianæ Historiæ interpretes, ipse quartam elaboravi. Emendationem vero atque expositionem Eusebiani operis, nemo ante nos tentaverat. Verum ut de singulis suo loco atque ordine distinctius dicam, ordiar primum ab emendatione. Quicunque novam veterum scriptorum editionem aggrediuntur, ii necesse habent ab emendatione initium laboris sui ducere. Sic Origenes cum novam Septuaginta Interpretum editionem suscepisset, multaque in iis dubia ac dissonantia ob varietatem exemplarium reperisset, in eorum emendatione primum laboravit; et collatis Septuaginta Seniorum exemplaribus partim cum Hebraico textu, partim cum tribus aliis editionibus, Aquilæ scilicet, Theodotionis et Symmachi, errores qui in Septuaginta Seniorum editionem irrepserant, omnes sustulit. Idem enim ipse innuit in tractatu viii in *Matthæum* his verbis: « In exemplaribus quidem Veteris Testamenti quæcunque fuerunt inconsonantia, Deo præstante, coaptare potuimus, utentes iudicio cæterarum editionum. Ea enim quæ videbantur apud Septuaginta dubia esse propter consonantiam exemplariorum, facientes iudicium ex editionibus reliquis, convenientia servavimus. » Origenis exemplum secutus postea B. Hieronymus, novam editionem Septuaginta Interpretum a se emendatam, et asteriscis obelisque distinctam suæ linguæ hominibus dedit, sicut variis in locis ipse testatur. Atque ut de profanis scriptoribus etiam loquar, Crates et Aristarchus, grammatici, qui accuratissimas Homerici carminis editiones elaborarunt, nihil aliud fere quam emendationem distinctionemque illius operis præstiterunt. Pari igitur modo cum Eusebianæ Historiæ novam editionem condere instituissem, in ejus emendatione omnem industriam ac diligentiam adhibui. Editiones Eusebianæ Historiæ duæ tantum hactenus Græce prodierunt: altera Parisiensis, quam Robertus Stephanus excudit; vir de litteris eo nomine optime meritus, quod corpus historiæ ecclesiasticæ elegantissimis typis primus publicavit; altera est Genevensis editio. Verum hæc in Græco textu editionem illam Roberti Stephani ubique expressit, nisi quod varias lectiones et emendationes ad latus habet appositas ex codicibus doctorum virorum; et lacunas aliquot quæ in libris *De vita Constantini* occurrunt, ex iisdem codicibus supplevit. Proinde in una duntaxat Roberti Stephani editione mihi laborandum fuit. Quam quidem cum quatuor manuscriptis optimæ notæ codicibus quanta potui diligentia collatam, multis locis restitui.

Horum quatuor codicum duos nobis ministravit bibliotheca Regia. Prior Francisci primi præfert insignia; ante quadringentos plus minus annos scriptus in charta bombycina et singulares interdum exhibet lectiones, multumque a reliquis codicibus discrepantes. Hic est quem in adnotationibus Regium codicem nominavi. Alter est ex bibliotheca Medicæ, quæ nunc in Regiam translata, uno eodemque Regiæ bibliothecæ vocabulo

censetur. Hic ad distinctionem prioris illius codicis, Medicæus codex in adnotationibus nostris appellatur. Qui licet paulo recentior sit, ex optimo tamen exemplari et ab erudita manu descriptus est. Duobus his exemplaribus usus erat Robertus Stephanus in Eusebianæ Historiæ editione. Et in ipso quidem textu excudendo, Regium exemplar fere ubique secutus est, raroque admodum ab ejus discedit vestigiis, sicut in meis adnotationibus observavi. In capitum autem distinctione, Medicæum codicem expressit, in quo tituli singulis capitibus, et quidem miniatis litteris præfiguntur. Tertius his accessit codex eminentissimi cardinalis Julii Mazarini. De cujus exemplaris bonitate ac præstantia antequam dicam, res postulat, idque ipsum a me flagitare videmini, Antistites illustrissimi, ut de cardinale eminentissimo a quo codicem illum commodatum accepi, pauca dicantur. Nam cum hic eminentissimus princeps et ad summa quæque natus, singulari quadam benevolentia litteras complectatur, nos qui ab ineunte ætate ad litterarum studia animum applicuimus, ingrati profecto simus, nisi tum nostro, tum communi omnium eruditorum nomine, gratiam ei quantam possumus, et voce et scriptis referre studeamus. Porro quo favore quantaque benevolentia prosequatur litteras, testatur proluxa ejus erga homines eruditos liberalitas ac munificentia; quam quidem, ut de aliis nihil dicam, ad me quoque nihil hujusmodi sperantem ac ne cogitantem quidem, nuper voluit pervenire. Idem declarat locupletissima ejus bibliotheca. Quam cum innumeris optimorum scriptorum exemplaribus, partim excusis, partim manu exaratis instruxerit, non ut veteres illi Romanæ urbis senatores quos eo nomine perstringit Ammianus Marcellinus, eam instar cujusdam sepulcri perpetuo clausam habet: sed velut publicam domum omnibus aperit eruditis; ultroque ad eam invitat singulos; et manuscriptorum codicum usum studiosis, quotiescunque opus habuerint, liberaliter impertit. Quid dicam de reliquis illius virtutibus et eximiis animi dotibus? quid de mirabili moderatione ac lenitate, qua intestinos motus ac tumultus sine ullius civis cruore compescuit? Sed hæc alias a me commodius, aut ab aliis dicentur ornatius. Nunc enim eas tantum illius laudes persequi constitui, quæ privatim pertinent ad studia litterarum. Temperare tamen mihi ipse non possum, quin hic de pace aliquid dicam, quam eminentissimus cardinalis omni studio atque industria nunc maxime urget ac promovet, et quam brevi per præcones regio publice pronuntiandam esse speramus. Quippe ea res præcipue ad commodum pertinet litterarum, quas pacis alumnas esse, et sub ejus umbra ac præsidio conquiescere, nemo est qui nesciat. Cum igitur cardinalis eminentissimus gubernaculis reipublicæ primum admotus, bellum grave cum Hispanis non conflasset ipse, sed conflatum jam reperisset, variis, ut in tanta re, consiliis diu et accuratè perpensis, id tandem constituit, edomandos diuturno bello esse Hispanos, reque ipsa admonendos quantum Galli armis, opibus, fortitudine, constantia et reliquis ad bellum necessariis subsidiis pollerent; ut hostes imbecillitate sua et Gallorum potentia cognita, segniore impostorum essent ad nostros aut armis aut injuria lacesendos. Neque enim firmam ac securam pacem cum hostibus aliter posse constitui, quam cum illi Gallis se in gerendo bello impares esse crebris claudibus suis detrimentisque sensissent. Itaque cum Hispani id sero tandem perinde ac Phryges intellexissent, tum demum cardinalis eminentissimus opportunum ineundæ pacis tempus adesse animadvertens, eam cum hostibus facere non recusavit, et de jure nostro, de summa totius belli, de spe denique atque victoria quam pene jam in manibus habebamus, aliquid concedere, quo populorum commodis et bonorum omnium votis, totius denique Christiani orbis desiderio gratificaretur. In quo singularem ejus prudentiam et salutarem reipublicæ sapientiam equidem satis mirari non possum.

Neque enim ob aliam causam tandiu dilata pax est, quam ut diuturnior deinceps esset ac firmior. Atque hæc obiter dicta sint de laudibus cardinalis eminentissimi. Qui cum inter arma litteras ac litteratos omnes benignissime fovere nunquam destiterit, multo magis sperandum est illum, pacis suæ tempore, easdem artes præcipuo quodam studio ac providentia complexurum: effecturumque ut Galli nostri, qui armorum gloria præcæsis gentibus semper eminuerunt, nunc litterarum laude et optimarum artium studiis antecel-

lant. Sed nunc tempus est, ut eo unde digressi sumus revertamur. Tertius igitur ille codex, quem cardinalis eminentissimi bibliotheca nobis suppeditavit, omnium quos vidi Eusebianorum codicum longe optimus est ac vetustissimus. Quotquot enim emendationes in aliis exemplaribus reperimus, eas codex ille omnes exhibet; multæ vero aliæ in illo habentur emendationes, quas in aliis exemplaribus non reperi, quemadmodum ex meis adnotationibus studiosi lectores poterunt cognoscere. Scriptus est in membranis ante septingentos plus minus annos, elegantissime simul et emendatissime. Scholia quoque ad latus interdum habet apposita, nunc antiqua manu, nunc recentiore, quæ nos in adnotationibus nostris suo quæque loco descripsimus. Multa quoque alia in optimo illo codice observanda sunt, partim in accentibus, partim in distinctione seu interpunctione. Nam quod quidem ad accentus attinet, sæpe in illo codice acuuntur vocabula, quæ in aliis exemplaribus accentum habent circumflexum. Exempli gratia *πλος* et *καισαρ* in illo codice semper acuuntur. Contra vero *αριαι*, quod in aliis codicibus acuto notatur accentu, in illo codice circumflectitur. Atque id quidem rectius puto. Quod autem spectat ad distinctionem, quam nos vulgo interpunctionem vocamus, hic codex adeo accurate distinctus est, ut tota distinguendi rationem ac scientiam, quæ haudquaquam levis momenti est, ex hoc uno codice possis cognoscere. Certe antequam eum nactus essem, mediæ distinctionis utilitatem ac necessitatem nondum perspexeram; quam unus ille codex sedulo inspectus atque excussus, mihi tandem patefecit. Verum de distinctione pluribus infra dicturi sumus. Illud præterea in vetustissimo illo codice observavi, quotiescunque plena distinctio seu *τελειά στήγη* apposita est in aliqua linea, primam sequentis lineæ litteram extra reliquarum ordinem conspici, et exteriorem marginem subradere. Idque indicium est, novum caput aut novam periodum inchoari post finalem illam distinctionem. Idem in aliis quoque scriptis codicibus observavi. Certo in veteribus schædis bibliothecæ Regiæ quæ libros Eusebii *De vita Constantini* continent, ita semper fieri animadverti, quoties novum caput-inchoatur. Quartum præterea codicem habuimus ex bibliotheca illustrissimi viri Nicolai Fucketii, qui generalis in senatu Parisiensi procuratoris officium gerens, præfecturam simul regalis ærarii summa cum laude administrat. Atque his quatuor manuscriptis codicibus ad emendationem librorum *Æcclesiasticæ Historiæ* usi sumus. Libros vero *De vita imp. Constantini* cum tribus antiquis codicibus contulimus. Primus est Regius ille, de quo superius dixi, in quo ante libros *Æcclesiasticæ Historiæ* quatuor libri *De vita imp. Constantini*, licet non eadem, vetusta nihilominus manu perscripti leguntur. Secundum locum obtinent schedæ veteres bibliothecæ Regiæ. Sic autem voco chartas, per quaterniones quidem digestas sed dissolutas, nec in codicis modum compactas. In his schedis, præter libros Eusebii *De vita Constantini*, et *Orationem* ejusdem imperatoris *ad sanctos*, primus quaternio *Æcclesiasticæ Historiæ* habetur; cujus et in adnotationibus meis mentionem sæpius feci. Cætera nescio quo casu perierunt. Tertium nobis codicem suppeditavit bibliotheca Fucketiana. In quo ante quatuor libros *De vita imp. Constantini*, præfixus est Eusebii *Panegyricus*, dictus eidem Constantino anno ejus imperii tricesimo. Hic codex, quamvis infimæ vetustatis, est tamen optimæ notæ, multisque in locis emendatior et amplior duobus illis prioribus quibus in editione sua usus est Robertus Stephanus.

Præter hos manu exaratos codices, adjumento nobis fuerunt variæ lectiones et emendationes quas viri docti ad marginem editionis Roberti Stephani manu sua adnotaverant. Cujusmodi codices multi etiamnum reperiuntur. Sed nos tribus præcipue usi sumus, qui etiam in adnotationibus nostris sæpius commemorantur. Primus fuit Adriani Turnebi, quem ille cum codice Regio ac Medicæo diligentissime contulerat. Libri vero *De vita imp. Constantini* cum Anglicano quodam exemplari collati erant, sive ipsius Adriani, sive Odonis Turnebi manu. Alter codex fuit Vulcobii: quem quoniam Rénatus Moræus, medicus Parisiensis, mihi commodaverat, codicem *Moræi* in adnotationibus vocare soleo. Hic liber præter eas emendationes quæ in libro Turnebi habentur, perpauca alias continet. Tertius codex fuit Henrici Savilii, viri doctissimi, ad me missus ex Anglia a Jacobo Usserio Armachano. Nam cum in Usserii notis ad *Martyrium B. Polycarpi*, manuscriptum Eusebianæ Historiæ codicem ex bibliotheca Saviliana laudari animadvertissem,

eumque codicem optimæ notæ esse ex aliquot locis ab Usserio prolapsis deprehendissem, postulavi ab eo per litteras, ut varias ejus codicis lectiones (integrum enim ab eo collatum esse existimabam) ad me transmitteret. Ille vero codicem quidem ipsum in charta scriptum bombycina, bibliothecæ Oxoniensi a Savilio donatum fuisse, mihi rescripsit. Cæterum editionem Roberti Stephani statim ad me misit, in cujus margine Savilius emendationes ex suo illo manuscripto codice depromptas adnotaverat. Quantum tamen conjicere potui non omnes scripti codicis lectiones ad latus editionis illius apposuit Savilius, sed eas tantum quas bonas certasque esse existimabat. Quædam enim lectiones ab Usserio e scripto illo codice proferuntur, quas a Savilio prætermittas esse postea deprehendi. Præterea idem Savilius ad oram illius editionis multas ascripsit emendationes ex codice Joannis Christophorsoni, quem scilicet Christophorsonus cum aliquot manuscriptis exemplaribus contulerat.

Hæc sunt librorum subsidia, quibus instructi Eusebianæ Historiæ libros emendandos suscepimus. Sed ne quis forte quidquam a nobis temere et pro arbitrio mutatum esse existimet, ante omnia lectores monitos esse volumus, nihil nos sine optimorum exemplarium consensu atque auctoritate fecisse. Adeoque nobis religio fuit, in his libris aliquid interpolare, ut ne tum quidem cum locum depravatum esse manifestissime apparebat, conjecturæ nostræ indulgere voluerimus. Argumento sit locus in fine lib. x *Histor. Eccl.*, p. 399, qui sic habet : Ὁ δ' ἀρετῆ πάτη θεοσεβείας ἐκπρεπῶς μέγιστος νικητὴς Κωνσταντῖνος. Poteramus hic veram lectionem levi negotio restituere, et pro ἐκπρεπῶς emendare ἐκπρίπων. Sic enim eum Eusebii locum citat Gelasius Cyzicenus in lib. II, nec aliter scribitur in lib. II Eusebii *De vita Constantini*, cap. 19, ubi hic locus iisdem plane verbis repetitur. Denique nullus in hac editione nostra emendatus est locus, de quo in adnotationibus lectorem non admonuerim, et emendationis meæ rationem non reddiderim. Emendationis pars est non postrema, distinctio sive interpunctio, de qua nonnihil a me dicendum est, ne forte lectores novo interpunctionis genere quod in hanc editionem a me primum invecum est, conturbentur. Quanquam si proprie loqui velimus, non id novum distinctionis genus, sed velustissimum est, et ab antiquis omnibus tam Græcis quam Latinis usurpatum : quod recentiorum negligentia penitus abolitum, hac editione conatus sum saltem ex parte revocare. Prisci quidem illi, recens tum inventis litterarum figuris, uno tenore sine ulla prorsus distinctione scribebant. Quæ res cum maximam tum in legendo tum in pronuntiando haberet difficultatem, veteres grammatici tres posituras seu distinctiones excogitarunt, quibus quasi stationibus quibusdam ac diversoriis continuus orationis cursus distingueretur. Primam vocarunt ὑποστεγμῆν, id est *subdistinctionem*; alteram μέσον, id est, *mediam distinctionem*; tertiam τελείαν στεγμῆν, id est *finalem seu plenam distinctionem*. Tribus autem punctis diverso situ dispositis singulas notaverunt. Punctum enim ad imam litteram appositum subdistinctionem designat; media vero distinctio quam Latini moram appellarunt, significatur puncto ad mediam litteram affixo. Illud autem punctum, quod ad caput litteræ apponitur, finalem denotat distinctionem. Harum autem distinctionum quæ sit vis ac ratio, docent grammatici, Donatus et Marius Victorinus, et Dionedes in lib. II, qui unus instar omnium nobis erit hoc loco. « Lectioni, inquit, posituras accedere vel distinctiones oportet, quas Græci θέσεις vocant; quæ inter legendum dant copiam spiritum reficiendi, ne continuatione deficiat. Hæ tres sunt, distinctio, subdistinctio, media distinctio sive mora, vel, ut quibusdam videtur, submedia : quarum diversitas tribus punctis diverso loco positis indicatur. » Et paulo post : « Distinctio est silentii nota, cum sensu terminato liberum est cessare prolixius. Est hujus nota punctum supra versum ad caput litteræ positum. Subdistinctio est silentii nota legitimi, qua pronuntiationis terminus sensu manente ita suspenditur, ut statim id, quod sequitur, succedere debeat. Hujus autem nota est punctum sub versu positum. Mora est levis in continuatione sensuum interposita discretio, legitimæ distinctionis subdistinctionisque medium obtinens locum, ita ut nec perfectâ in totum, nec omissa videatur, sed significatione immorandi, alterius desideret principium sensus. Et hoc solummodo servat officium, ut legentis spiritum brevissima respiracione reficiat ac nutriat. Sic enim pronuntiando reti-

cere quis debet, ut quia spiritus ipse quadam defectione mutatur, deinde resumatur. Ut est ;

Ut belli signum Laurenti Turus ab arce
Extulit, et rauco strepuerunt cornua cantu ;
Utque acres concussit equos, utque impulit arma ;
Extemplo turbati animi.

Multæ enim clausulæ sunt mediæ hujus lectionis. Primum ne confundantur, quæ δικάλα et τριτάλα ponuntur et talia. Deinde ut actus verborum emineat et luceat, qui ex aliquo moveatur affectu, vel indignatione vel miseratione collata, » etc. Hujusmodi igitur distinctionum seu interpunctionum notas antiqui omnes, tam Græci quam Latini, in libris suis adhibuerunt : quas etiam Isidori Hispølensis ætate adhuc in usu fuisse constat. Id enim discimus ex ejus *Originum* libro 1, cap. 19. In manuscriptis quoque exemplaribus paulo vetustioribus eadem distinguendi ratio perpetuo servatur. Verum recentiores, seu imperitia seu desidia quadam ac negligentia, omnia commutarunt. Ac pro subdistinctione quidem virgulas posuerunt; pro mediæ distinctionis nota duo puncta : finalis vero distinctionis notam a capite ad pedes litteræ dejecerunt. Quam pravam distinguendi rationem secuti sunt omnes fere typographi præter Aldum Manutium. Hic enim in editione Græcorum librorum, quos pene innumerabiles excudit, eam semper interpunctionem retinuit, quam in manuscriptis exemplaribus invenerat. Et virgulas quidem quod attinet, nolim eas damnare. Parum enim interest, quam notam adhibeamus ad subdistinctionem designandam, modo ea nota ad pedes apponatur litteræ. Certe in optimo illo ac vetustissimo codice bibliothecæ Mazarinæ, cujus antea mentionem feci, interdum pro media, interdum pro finali distinctione virgulam appositam reperi, id est, nunc ad mediam litteram, nunc ad summam. Nec solum virgula, verum etiam sicilico seu ἀπλῆ aversa nonnunquam designabatur media distinctio, ut docet Victorinus in libro 1 *Artis grammaticæ*. Quod vero pro finali distinctione hodie punctum ad pedes litteræ ponimus, id, meo quidem judicio, ferri nullatenus potest. Neque enim solum vetustati id repugnat, verum etiam rationi. Quippe ratio postulat, ut nota eodem situ posita eandem designet distinctionem. Punctum igitur in ima parte positum, idem significare debet, quod virgula quæ ad imam litteram notata est. Neque enim nota ipsa, sed notæ situs variat distinctionem. Ex quo efficitur, finalem distinctionem non recte a nobis designari puncto ad pedes litteræ appposito. Quare non sine causa veterem interpungendi rationem in hac editione restituere sum conatus. Ac virgulam quidem ipsam retinui, quippe quæ in denotanda subdistinctione idem valeat ac punctum; mediam vero distinctionem ex manuscriptorum codicum auctoritate suis locis quasi postliminio restitui. Hujus porro utilitatem ac necessitatem studiosi, ut spero, celeriter agnoscent. Neque enim solum eo valet media illa distinctio, ut resumatur spiritus ad principium alterius sensus continuandum, et ut actus magis emineat ac luceat, quemadmodum scribit Diomedes, verum etiam ad notandum discrimen personarum ac dignitatum. Sic alicubi in his libris, ubi legitur ἐπισκόπων πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, codex eminentissimi cardinalis post vocem ἐπισκόπων mediam adhibet distinctionem. Sed et plerisque in locis punctum ad caput litteræ posui, ad finalem distinctionem designandam : ubique id facturus, nisi vis inolitæ consuetudinis me ab incepto revocasset. Cæterum quod ego in hac editione tantum ex parte præstiti, id ab aliis majore doctrina et auctoritate præditis, qui veterum libros posthac edituri sunt, tandem, ut spero, consummabitur. Atque hæc de emendatione et distinctione nostra summatim dicta sufficiant. Nunc ad Latinam interpretationem veniamus.

Non dubito multos fore qui mirentur quam ob rem post tres Latinos Eusebii interpretes, eosque in Græcis litteris non mediocriter exercitatos, quartam ipse versionem elaboraverim. Quibus primum ita respondeo: Si post Rufinum, qui *Ecclesiasticæ Historiæ* libros primus in Latinum sermonem convertit, licuit Musculo novam interpretationem condere, si rursus post Musculum idem licuit Christophorsono, cur mihi quoque idem juris non fuerit quod cæteris? Apud Judæos post Septuaginta Seniorum editionem tot sacramentorum religione, tot sæculorum auctoritate firmatam, Aquila primum, deinde Theodotion et Symmachus novas Veteris Testamenti interpretationes singuli ediderunt.

Quintæ item Sextæque ac Septimæ editionis auctores quidam reperti sunt, quorum nomina ignorantur: easque omnes versiones Origenes in *Hexaplis* suis collocavit, ut a catholicis hominibus legerentur. Quod igitur Judæis in Veteri Testamento licuit, cur in Eusebio mihi non liceat, maxime cum id audere in Eusebio minus periculosum sit, quam in sacris divinarum Scripturarum libris? Enimvero multæ æque gravissimæ rationes ad novæ hujus interpretationis onus subeundum me vel invitum impulerunt. Nam cum novam *Ecclesiasticæ Historiæ* editionem vestro jussu vestrisque auspiciis suscepissem, videremque, superiorum interpretum versiones ob crebros errores ac παραρρησεις nequaquam satisfacere desiderio doctorum virorum, quemadmodum Joannis Curterii et Petri Haloixii testimonio jam antea declaratum est, duorum alterum mihi necessario præstandum fuit, ut vel antiquam interpretationem corrigerem, vel certe procerem novam. Porro aliorum interpretationem corrigere, ut molestum per se ac difficile, ita etiam odiosum videbatur. Sua enim cuique laus, suus honos debetur a nobis. Fecerunt illi quidquid in ipsis fuit, et suo labore nostrum laborem levare ac minuere conati sunt. Proinde opus uniuscujusque interpretis laudandum potius est a nobis quam interpolandum. Rufinus, quamvis sensum potius Eusebii sequatur quam verba, tersus est tamen ac nitidus, nec legentibus injucundus; ac vel eo nomine plurimum laudandus, quod *Ecclesiasticam Historiam* primus Latinæ linguæ hominibus dedit, cujus versione ad nostram usque ætatem usa est Occidentis Ecclesia. Musculus verbis pressius adhæret, et in interpretando brevis est atque perspicuus, multisque in locis Christophorono felicior. Christophoronus, ut diligentior ac doctior Musculo, sic etiam numerosior incedit, et Ciceronianum quiddam solet. Præterea usus est manuscriptis exemplaribus ad interpretationem suam elaborandam: primusque *Panegyricum* Eusebii, dictum tricennialibus Constantini, Latino sermone edidit, quem postea Genevenses typographi Græce excuderunt. Dicit hic aliquis: Quid igitur opus fuit nova versione, cum illi interpretes tot tantisque laudibus abundant? Ego vero laudes illorum commemoro, non vitia detego: quæ quidem aliorum testimonio quam meo prodi malim. Quod si quis adnotationes meas legerit, aut interpretationem meam cum illorum versione conferre voluerit, intelliget profecto quot quantisque erroribus fertæ sint illorum interpretationes, nec sine causa novam Eusebii versionem mihi a vobis injunctam fuisse. Sed quoniam non voluntate sed necessitate quadam in hunc sermonem delapsus sum, de superiorum interpretum vitiis summatim pauca dicam. Nam si cuncta illorum σφάλματα singillatim vellem percensere, in immensum extenderetur oratio. Ut igitur a Rufino exordiar, quis nescit illum Eusebio multa pro arbitrio addidisse, multa detraxisse, multa mutasse; ac plerisque in locis παραρρήσεις potius esse quam interpretem? Exempli gratia, in libro VII de Gregorii Thaumaturgi miraculis, satis prolixam narrationem inseruit, quæ in Eusebii nostri exemplaribus non habetur. Idem, in libro IX Luciani martyris orationem pro fide nostra coram iudice habitam commemorat, quam Eusebii exemplaria non agnoscunt. Jam vero decimum *Ecclesiasticæ Historiæ* librum totum fere in versione sua prætermisit. Nihil hic dico de capitibus ab eo commutatis in libro sexto ac septimo, quandoquidem in adnotationibus meis hac de re lectorem admonui. Quot Eusebii loca ab illo perperam accepta et interpretata sunt! Hic est qui ex Zacharia sacerdote, cujus in Evangelio Lucæ fit mentio, martyrem nobis Lugdunensem effecit. Hic est qui Bibliadem cum Blandina confudit. Hic est qui Philoromum nobilissimum martyrem, ex rationale tribunum militum fecit. De Musculo vero quid attinet dicere, cujus versiones (nam et alios scriptores Latine interpretatus est) non magnopere probantur a doctis? Innumerabiles ejus errores proferre possem, si vellem: inter quos hic eminet. Dionysius Alexandrinus, in epistola adversus Germanum, quam refert Eusebius in libro sexto, ait se περί ήλιου δυσμάς comprehensum a militibus, et Taposirim esse perductum. At Musculus Heliodysmas oppidum esse credidit. Sic enim vertit: *Ego namque cum Heliodysmas una cum illis qui mecum erant, venissem, Taposirim a militibus ductus sum.* Idem præterea Musculus librum Eusebii *De martyribus Palæstinæ*, qui subjectus est libro VIII *Historiæ Ecclesiasticæ*, totum in versione sua prætermisit; quam ob causam, nescio. Est enim ille

Eusebii liber elegantissimus. Superest versio Joannis Christophorsoni, quæ nec ipsa nævis suis caret. Nam, ut omittam barbarismos qui in illa sæpius occurrunt, nimium proluxa et laciniosa est ejus interpretatio, dum voces quasdam addit ad explendam periodum, aut ad obscurioris loci expositionem suas adjicit *επιξηγήσεις*. Interdum etiam ex duabus periodis unam facit, et duo capita in unum confert, adeo ut Latinorum capitum distinctio in ejus interpretatione multum discrepet a Græca. Quæ res quantam pariat molestiam ac perturbationem in citandis ex Eusebio locis, norunt omnes studiosi. Idem in theologicis quidem satis exercitatus fuit, sed criticæ artis peritia et antiquitatis Romanæ cognitione leviter instructus. Quare in propriis vocabulis magistratum Romanorum, et in iis quæ ad civilem administrationem pertinent, perpetuo labitur: verbi gratia, in exponendis vocibus *ἡγεμόνος*, *στρατηγῶν*, *ἐπαρχικῆς τάξεως* et in similibus aliis. Postremo librum Eusebii *De martyribus Palæstinæ*, qui in editione Roberti Stephani et in manuscriptis exemplaribus subjunctus est octavo *Historiæ Ecclesiasticæ* libro Christophorsonus in octavum librum transfudit, cum ejus partem illum esse crederet. Quem Christophorsoni errorem secuti postea typographi Genevenses, ut Græca Latinis aptarent, ex duobus Eusebii libris unum fecere. Atque hæc carptim dicta sint de vitiis superiorum interpretationum; non obtrectandi animo, nec minuendæ cujusquam interpretis gloriæ, sed ut studiosi omnes intelligant, nos non sine causa novam interpretationem suscepisse. Quam ut perfectam quidem et numeris omnibus absolutam præstare non ausim (id enim nimis esset confidentiæ), ita plurimis mendis quibus superiores interpretationes scatent, carere fidenter affirmo. Cæterum cum tria potissimum in versione requirantur, ut nimirum fidelis sit, ut elegans ac perspicua, operam dedi ne quid horum in versione nostra desideraretur.

Interpretationem sequuntur adnotationes. In quibus duo potissimum spectavi: primum ut emendationum mearum rationem redderem, et varias scriptorum codicum lectiones studiosis proponerem; deinde ut obscuriores Eusebii locos illustrarem, et antiquos Ecclesiæ mores ac ritus collatis aliorum scriptorum locis explicarem. Adnotationibus quatuor a me subjunctæ sunt dissertationes. Quarum prima est de initio ac progressu schismatis Donatistarum. Altera est de Anastasi et martyrio Hierosolymitano. Hanc sequitur disputatio de versione LXX Interpretum adversus Jacobum Usserium Armachanum. Quarta est de Martyrologio Romano quod eadit Rosweyodus. Atque hæc sunt quæ ad Eusebianæ Historiæ illustrationem a me in hac editione elaborata sunt. Quæ si cuiquam fortasse levia videbuntur ac vilia, is cogitet, hujusmodi fere cuncta esse quæ in hoc genere litterarum proferuntur, iisque pro studio legentium ac stomacho aut pretium aut contemptum accedere. Nam si quidem æquum ac studiosum lectorem invenerint, magni æstimantur; si vero in fastidiosas aures inciderint, pro nihilo ducuntur. Deinde quid nisi vulgare admodum et mediocre expectandum est, a me præsertim qui ob debilitatem oculorum alienis oculis ac manibus et legere cogor et scribere: et qui dum propter laboris magnitudinem semper ad ulteriora festino, totum hoc qualecunque est opus ita properanter dictavi, ut vix relegendi mihi otium fuerit. Quo magis indulgenda mihi est venia, sicubi fortasse in adnotationibus lectoris desiderio non usquequaque satisfaci. Cæterum ad invitandos lectores, in ipso operis vestibulo doctissimam epistolam collocavi, quam illustrissimus ac reverendissimus archiepiscopus Tolosanus Petrus de Marca, vir divinarum humanarumque rerum scientia instructissimus, ad me scripsit de prima Evangelii prædicatione in Gallia. Quidquid igitur tædii ac molestiæ ex lucubrationum mearum lectione contraxerint studiosi, id hujus epistolæ eruditione et amœnitate facile detergent.

PETRUS DE MARCA

ARCHIEPISCOPUS TOLOSANUS

CLARISSIMO ET ERUDITISSIMO VIRO HENRICO VALESIO

S. P. D.

Gratulor tibi, et Ecclesie universae, ob eam quam in vertenda et ornanda Eusebii *Historia Ecclesiastica* operam posuisti, juxta cleri Gallicani desiderium. Illam quippe acris ingenii solertiam maturiorisque judicii vim cum summa eruditione conjunctam, quam in editione Ammiani, et Excerptorum Polybii, senatui litteratorum olim probaveras, nunc felicius exseruisti in majoris momenti *Historia*, tum a vitis lectionum, tum ab interpretum hallucinationibus purganda, egregiis denique in difficiliore locos adhibitis commentariis illustranda. Rerum ecclesiasticarum origines indefessa diligentia perquisita descripsit Eusebius; sed usus quandoque oratione ex genio Orientalium perplexa; aliquando vero propter linguarum morumque ignorantiam minus intellecta. Quem singularis eruditionis tuae luce, apertis vetustatis ecclesiasticae arcanis, civilis quoque, quando res exigebat, patefecisti. Ex quo voluptatem cepi maximam; non solum propter illam, quae mihi communis futura est cum probis et eruditis viris, ex ea lectione hauriendam doctrinae copiam, sed quod studio decessoris mei Caroli de Montchal, archiepiscopi Tolosani, viri pietate et eruditione quondam celeberrimi, ad hoc opus arduum perficiendum te accinxisti. Cujus sedem cum possideam, reddendarum tibi gratiarum nomen, quod successione contraxi, his litteris solvere necesseum putavi.

Cæterum, antequam ultima manus ponatur editioni quae nunc sub prelo fervet, monendum te duxi, in dissertatione nostra *De primatu Lugdunensi*, quae in Appendice ad concilium Claromontanum, tomo XXVI *Conciliarum* edita est, nos quaedam adnotasse numero 104, 105 et 107, illius exercitationis, ad epistolam Lugdunensium Christianorum, quam exhibet Eusebius lib. v *Hist.*, cap. I. Παύλου enim illam, quae Lugduni habebatur quando supplicia sunt a martyribus exacta sub Antonino, de conventu trium Galliarum intelligendam scripsi; quem ex sexaginta populis conflatum docuit Strabo, cujus mentem explicui num. 102, eumque cum loco Taciti emendato composui. Tentavi quoque Gregorii Turonensis testimonium de martyribus Athanacensibus, cum illa apud Eusebium narratione conciliare. Denique lapsu Rufini et Christophorsoni observato, locum epistolae illius insignem, de prehensione martyrum, et de interrogatione facta a tribuno cohortis quae tendebat

A Lugduni, una cum urbis magistratibus non infelicitate, ut puto, interpretatus sum, Quae tamen severiori judicii tui censurae submitto.

Finem faciebam huic epistolae, quando me patriae et tuendae veritatis amor, Lugdunensium martyrum occasione, pupugit et adegit, ut apud te paucis conquererem de injuria Gallis facta, non ab exteris quidem, sed a nostratibus; qui reconditoris et a vulgo semotioris, qua pollent, doctrinae cupidine illecti, veritatem quae in propatulo est, velut in puteo latentem sibi quaerendam putarunt. Gallis quippe detrahunt, quam Aethiopicis et Indis sciunt ab apostolis ipsis exhibitam Evangelii praedicandi curam: ac si florentissimae et vicinae nationes capiti gentium Romae, quam sanguine suo Petrus et Paulus consecrarunt, remotissimis illis extraque Romanum imperium sitis regionibus posthabita fuissent. Alia fuit mens apostolorum, qui Gallias in fide erudiendas, statim post adventum in Italiam susceperunt, Beatus quippe Lucas, a Pauli comitatu discedens, magistri sui mandato se contulit in Gallias; ubi praecipuum fidei praedicandae studium impendit. Deinde per Italiam et Dalmatiam in eodem opere industriam suam praestans, in Macedoniam, eodem functurus officio, se recepit. Auctorem habemus locupletem hujus narrationis Epiphanium, qui haeresi LI quod diximus de Luca testatur, uno ex LXX discipulis, cui munus Evangelii praedicandi creditum ait: Κηρύττει πρῶτον ἐν Δαλματία. καὶ ἐν Γαλλία, καὶ ἐν Ἰταλία, καὶ Μακεδονία; ἀρχὴ δὲ ἐν τῇ Γαλλία. Idque ipse primum in Dalmatia, Gallia et Italia, ac Macedonia praestitit; sed in Gallia praeter ceteris: vel, si malis, principium vero in Gallia. Principium fecisse praedicationis in Gallia, sive potiore ejus curam gessisse, disertissime testatur. Duplici quippe significatione haec verba exponi possunt, ἀρχὴ δὲ ἐν τῇ Γαλλία. Quod autem primum in Dalmatia praedicasse dicatur, ad solam Dalmatiam referendum non est, sed ad Galliam etiam, atque Italiam, habita ratione Macedoniae, in qua erudienda demum laboravit. Quae dictio fortasse restituenda est in contextu, ut sit quod respondeat τῷ primum. Sicque illud primum non impedit, quin significet ultimis verbis Epiphanium, principium operae suae Lucam posuisse in Gallia. Excipiunt viri eruditi, nescire se ab ullo veterum auctorum prodita, quae scripsit Epiphanius. Scilicet. Sed non ideo minus sunt vera quae gesta refert.

Petivit ille suam narrationem ex vetustiori scriptore, quo, ut plerisque aliis, caremus. Fortasse ex Hegesippo illud hauserat, qui in pandendis Ecclesiarum originibus se exercuit. Exstabat integrum opus Hegesippi, non solum Eusebii, sed etiam Hieronymi temporibus, atque adeo Epiphani. Supererat quoque Georgii Syncelli ætate, qui ejus auctoris fragmentum profert in *Chronico*, aliud a fragmentis quæ recitat Eusebius. Gravius doleo de viri illius eruditissimi, tibi que ac mihi quondam amicissimi glossemate, qui in animadversionibus ad eum Epiphani locum, vim testimonii illius nobis adimere conatur. De Gallia enim Cisalpina loqui Epiphanium notat. Scilicet apud illum auctorem Cisalpinam Galliam intelligimus, quæ nulla tunc erat, ab ipsis Augusti temporibus, qui novam provinciarum imperii divisionem instituit. Amovit ab Italia nomen Galliarum, quas objectu Alpium terminavit; Italiam solidam in regiones XI partitus, Galliis in quatuor provincias, Narbonensem, Lugdunensem, Belgicam, et Aquitanicam, sectis; ut docent Strabo, Mela et Plinius. Quam rationem quoque secutus est Ptolemæus in suis tabulis, ut et Ammianus, ac reliqui, quos de Galliis et Italia disserere occasio coegit. Itaque non alia est apud Epiphanium Gallia, quam quæ post Christum natum ab omnibus auctoribus vocatur Gallia, juxta limites ab Augusto institutos.

Non solum autem Lucam adhibuerunt apostoli ad informandas in religione Gallias, sed etiam Crescentem. Ejus rei testis ipse Paulus, II Tim. IV, qui missum fuisse docet Crescentem in Galliam. Certum quidem est variam fuisse hujus loci Paulini lectionem, etiam apud veteres. Etenim Chrysostomus et Theodoretus apud Græcos; Vulgatus interpres, et Ambrosiaster apud Latinos, legerunt *Galatiam*, non autem *Galliam*. Sed vetustioris et verioris lectionis vindicem habemus Epiphanium, qui constanter scribit in hæresi LI eos errare qui hoc loco Pauli *Galatiam* legunt, cum scribendum doceat *Galliam*. Οὐ γὰρ ἐν τῇ Γαλατῖα, ὡς τινες πλανηθέντες νομίζουσιν, ἀλλὰ ἐν Γαλλίᾳ. Eodem modo cæteris antiquior Eusebius tuus legit in codice Pauli *Galliam*, quemadmodum Epiphanius, si recte verba ejus expendantur, et vera apud auctorem illum lectio retineatur ex Rufino, et omnibus codicibus mss., ut tu diserte monuisti. Theodoretus sane, qui *Galatiæ* dictionem in contextu Pauli retinet, licet de Galatia Asiatica potuisset illam accipere, maluit ad Galliam nostram, id est ad Galatiam occidentalem referre. Adeo certa erat apud omnes veteres, Crescentis in Gallia prædicatio. In quo cum veteribus Usuardi et Adonis Martyrologiis conveniunt; qui post fidem a Crescente in Galliis promulgatam, meminere reditus illius in Galatiam Asiaticam.

Enimvero quid vetat, quin Lucæ et Crescenti, assiduis Pauli comitibus, adjungamus et Paulum ipsum apostolum, qui, testibus Græcis, Athanasio,

A Epiphanio, Chrysostomo ac Theodoretis, et e Latinis Hieronymo, post primum adventum suum in Urbem, ubi biennium exegit a Luca memoratum (quo temporis intervallo fortean Lucas in Gallia prædicationem Evangelii auspicatus est), Hispanias adivit, ad promulgandam illis in regionibus Christianam fidem. Atqui Hispanias petenti, pergendum fuit per celeberrimam apud veteres viam illam publicam, quæ ab Italia per Gallias in Beticam ipsam ducit. Ejus descriptionem exhibet non solum Antonini *Itinerarium* a Nicæa per Arelatem, Narbonem, summum Pyrenæum; Juncariam, Barcinonem, et reliqua loca: sed etiam Strabo, qui sedulo se habuit in viæ illius explicatione: quam in plerisque capitibus minus ab interpretibus intellectam, nos patefacere conati sumus libro primo *Cataloniæ illustratæ*, cujus editionem maturamus. Non iners fuit Paulus in Galliis erudiendis, qui gentium salutem sibi specialiter commissam, tam flagranti studio peragratis regionibus undequaque procurabat: qua de re statim uberius agemus.

B Possimus quoque Philippi apostoli operam Galliis vindicare, ipsisque Britannis, ex Isidoro Hispalensi, lib. *De vita et morte sanctorum*, cap. 74. *Philippus Gallis prædicat Christum; barbarasque gentes vicinasque tenebris, et tumentis Oceano conjunctas, ad scientiæ lumen fideique portum deducit.* Additque hoc munere perfunctum Philippum, in Phrygiam migrasse, ubi Hierapoli occubuit. Sed quoniam hunc apostolum Galliis quoque, tum Baronius, tum eo duce alii subtrahere conantur, narrationem istam ad Galatas Asiaticos traducendo, non pigebit viri eruditissimi, licet e novatorum grege, Usserii Armachani verba hic transcribere e cap. II de *Antiquitatibus Ecclesiarum Britannicarum: Quod autem de Philippi in Galliis apostolatu habet Freulfus a Malmesburiensi citatus, ex Isidori libro De Patribus utriusque Testamenti, cap. 74, ad verbum expressit. Apud utrumque enim legimus: « Philippum Gallis prædicasse Christum, barbarasque gentes, vicinasque tenebris, et tumentis Oceano conjunctas, ad scientiæ lucem fideique portum deduzisse. » Neque hic mihi Baronii conjectura placet, Isidori ista a Gallis nostris ad Galatas Asiaticos traducentis: multoque minus nuperi operum Isidori editoris, Jacobi Breullii temeritas, Galatis pro Galliis in ipso textu (sine ulla veteris lectionis commemoratione) reponentis. Nam præterquam quod Isidorus in hoc ipso opere, cap. 82, et in Officio Toletano (quod Gothicum et Mozarabum vulgo appellatur), itemque Julianus Toletanus archiepiscopus in Nahum prophetam scribens, et Beda (vel quicumque auctor fuit Collectaneorum et Florum) Philippo Galliam assignant: idemque Galliis prædicavisse Christum legitur in libello De festis apostolorum, qui in Hieronymiano Martyrologio ms. habetur (ex quo pleraque omnia in librum suum De Patribus Novi Testamenti transcripsit Isidorus): illa barbararum gentium Oceano junctarum mentio, *Ευρωπαϊος Γαλλος, non**

Gallo-Græcos ab Isidoro intellectos esse satis evincit.

His adjungendum putavi testimonium vetustissimi codicis manuscripti ex bibliotheca Sancti Germani Parisiensis, in quo iste tractatus Isidori ante octingentos annos descriptus, una cum aliis ejusdem auctoris libris continetur, ubi antiqua lectio disertissime præfert Philippum Gallis prædicasse, quemadmodum cap. 82, habetur Galliam illi fuisse assignatam. Nec dissimulandum est in eodem codice legi, Hispaniam Jacobo apostolodotam, eumque Hispanis fidem prædicasse. Quæ vetusti codicis auctoritas a quibusdam conceptam suspicionem eximere debet vitiatæ fortean loco in illo lectionis in prioribus editionibus ab aliquo Hispanarum partium studioso. Disceptatur quidem apud eruditos de Jacobi in Hispaniam adventu, ex eo præcipue capite, quod apostoli nondum a Judæa, sortibus sibi apud gentes prædicandi distributis, recessissent. Sed quemadmodum auctoritate Isidori, qui sua ex prioribus haurire potuit, se tueri possunt Hispani adversus opinionis conflictæ novitatem quæ illis opponi solet, ita nobis de Philippo disserere licet, eo tamen securius, quod illius prædicatio apud Gallias cum incidat post sortitionem provinciarum ab apostolis factam, libera est ab eo telo, quo prædicatio Jacobi apud Hispanos impeti solet. Cæterum illud fuit apostolorum propositum, ut quoquoaversum orbis patet, Evangelium diffunderent, ex mandato Christi. Quare, ut optime adnotavit Eusebius, lib. III *Demonstr. Evang.* cap. 5, non solum Romani caput imperii, atque Romanas provincias, sed etiam alia regna, tum Parthorum, tum Armeniorum, Scytharum, Indorum, Æthiopum, ipsimet prædicationibus suis instituerunt: adeo ut, quemadmodum subjungit Eusebius, *ipsis quoque Britannicis insulis, Oceanum prætervecti, fidei lumen intulerint.* Sane neminem puta tam insipidum qui sibi persuadeat, de divisio toto orbe Britannis sollicitos apostolos, negligentiores fuisse in Galliis per quas iter est ad Britannias, per se aut per legatos veritate imbuendis. Quod egregie illi præstiterunt per Philippum, unum ex eorum collegio, Lucam, Crescentem, Trophimum, Paulum, Martialem, aliosque in tabulis ecclesiasticis adnotatos; et perfectit Clemens per Dionysium, Saturninum, Eutropium Santonensem, Ursinum Bituricensem, et alios.

Neque sane infrugifera fuit Philippi, Lucæ, Crescentis et reliquorum, quam in Galliis sparserant Christianæ fidei sementis, Dei clementia, qui reliquas orbis regiones fovebat, Gallias non destitente. Dicit pro nobis Irenæus, qui circiter anno 190 scripsit, in lib. 1, cap. 3, veram fidem probari ex ejusdem doctrinæ professione, quæ in variis Ecclesiis per universum orbem constitutis constanter traditur, tum in Oriente, in Ægypto et Libya; tum in Germania, apud Hispanos, et Gallos, atque alibi. *Nam et si, inquit, in mundo loquelæ dissimi-*

*les, sed tamen virtus traditionis una et eadem est. Et neque hæ quæ in Germania fundatæ sunt Ecclesiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt: neque hæ quæ in Iberis sunt, neque hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Ægypto, neque hæ quæ in Libya, neque hæ quæ in medio mundi sunt constitutæ. Sed sicut sol creatura Dei in universo mundo unus et idem est, sic et lumen et prædicatio veritatis ubique lucet, et illuminat omnes homines qui volunt ad cognitionem veritatis venire. Illa tempestate, Germaniæ quidem et Hispanis suas Ecclesiæ nostri liberaliter absque ulla restrictione concedent, sed digladiabuntur de Celtis contra Irenæum: qui generaliter cum sit locutus de Celtis, ejus sententiam ad specialem tractum Lugduno vicinum invidiose coercerunt. Absit livor iste a Gallorum pectoribus, neque gentis honori manus violentas inferant, cui exteri parcent, seque multum venditant eo nomine, quod paria nobiscum faciant in fidei susceptæ initiis. Sane quo in statu esset Irenæi ætate, fides Christiana apud Gallos, ille facile conjiciet, qui Tertullianum triginta post annis disserentem expenderit de recepto Evangelio per omnes Orientis tractus; quibus mox subjunguntur ab auctore, *Gætulorum varietates, Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini, et Galliarum diversæ nationes, et Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita: et Sarmatarum, et Ducorum, et Germanorum, et Scytharum, et abditarum multarum gentium et provinciarum et insularum multarum nobis ignotarum, et quæ enumerare non possumus.* Per Galliarum diversas nationes, Tertullianus quatuor Galliarum provincias ex divisione Augusti, Narbonensem, Lugdunensem, Belgicam, et Aquitanicam intelligit: ex quibus corpus Galliarum tunc conflatum erat, quod postea in decem et septem provincias distributum fuit.*

Quare cum testimoniis vetustissimis ac firmissimis nitatur exordium prædicatæ fidei in Galliis ex apostolorum delegatione, et susceptæ a Celtis, ut loquitur Irenæus, seu a diversis nationibus Galliarum, ut ait Tertullianus: ægerrime fero quorundam in suam patriam acerbitatem, qui origines omnium Ecclesiarum Gallicanarum, præter Lugdunensem et alias paucas, ad medium tertii sæculi detrudunt; affixo ex Gregorio Turonensi paulo ante Decii et Grati consulatum, id est paulo ante annum 250, initio septem sociorum episcoporum, Gratiani Turonensis, Trophimi Arelatensis, Pauli Narbonensis, Martialis Lemovicensis, Dionysii Parisiensis, Saturnini Tolosani, et Stremonii Arvernensis, qui primi in illas Galliarum partes lumen Evangelii intulerunt, et in Ecclesiis a se constitutis stabiliverunt.

Quin primi illi duces præcipui fuerint Christianæ expeditionis provinciis Narbonensi et Aquitanica, et in remotioribus partibus Lugdunensis provinciæ, a nemine dubitatur, consentientibus tabularum ecclesiasticarum monumentis, et solemnibus sacris

quæ in eorum memoriam annuo ritu, divino Numini peroguntur in singulis Ecclesiis. Illarum autem antiquæ traditioni, Bedæ, Usuardi Adonisque Martyrologiis et Actis veteribus sultæ in temporis consignatione, cur derogari debeat, plane non video, præsertim cum aliis quoque argumentis hæc veritas innitatur. Sumatur initium discussionis a Trophimo, et expendantur verba libelli ab episcopis provincie Viennensis Leoni papæ oblata anno 450: *Omnibus Gallicanis regionibus notum est, inquit, sed nec sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ habetur incognitum, quod prima intra Gallias Arelatensis civitas missum a beatissimo Petro apostolo sanctum Trophimum habere meruit sacerdotem, et exinde aliis paulatim regionibus Galliarum bonum fidei et religionis infusum.* Quem Gregorius ponebat sub Decio Trophimum, cætus episcoporum provincialium, quibus perspectus erat census Ecclesiarum suarum, quique Gregorium centum et quinquaginta fere annis antecederant, Trophimum a Petro missum docent, et ut rem omnibus perspectissimam narrent; subjiciuntque, *exinde aliis paulatim regionibus Galliarum, bonum fidei et religionis infusum.* Hoc ipsum significat Zosimus papa epist. 5: *Ad quam (Arelatensem urbem) primum ex hac sede Trophimus summus antistes, ex cuius fonte totæ Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus est.* Porro hæc epistola Zosimi edita a V. C. Sirmondo, et laudata olim tam in concilio Francofordiensi, quam etiam ab Usuardo et Adone, cum scripta sit anno 417, Gregorii Turonensis testimonio potior esse debet in ponenda Trophimi epocha, quam disertissime synodus episcoporum provincialium refert ad Petrum apostolum; a quibus non discedit Zosimus, cum doceat primum in Galliis Trophimum fuisse constitutum episcopum. Libelli supplicis ad se ab episcopis missi rationem habuit Leo pontifex rescripto quod ad eos statim dedit, quo veterem Arelatensis et Viennensis Ecclesiæ de metropolitana dignitate contentionem, Viennensis provincie divisione componit. Necessè est controversiæ illius statum compendio perstringere: ut qui suborti sunt ex eo non sane percepto in eruditorum nimis scrupuli, quod ad Trophimi antiquitatem spectat, facilius eximantur. Vienna civitas metropolis erat provincie Viennensis in laterculo imperii. Unde, juxta canones Nicænos, jus metropolitanicum ad se pertinere in ordine ecclesiastico contenderat olim Simplicius, civitatis illius episcopus adversus Arelatensem, in concilio Taurinensi, anno 397. Qua in lite interlocuti sunt Patres, eam civitatem frui debere honore primatus, quæ doceret se esse provincie metropolim; dato interim ad fovendam concordiam episcopis consilio, ut quisque viciniore sibi civitates ad suam curam revocaret. Pessum data erat hac interlocutione Arelatensis Ecclesiæ dignitas, quæ in ordine civilis dispositionis a metropoli civitate Viennensi absque dubio pendebat. Quare Zosimus viginti post synodum Taurinensem annis interpel-

latus ab Arelatensi episcopo, Simplicii Viennensis impudentiam damnat epist. 7, quod in eo concilio postulasset, ut sibi creandorum sacerdotum in provincia Viennensi permitteretur arbitrium: quod ait esse contra statuta Patrum, et sancti Trophimi reverentiam: decernitque, juxta preces Patrocli Arelatensis, ut ejus civitatis episcopus, *jani inde a Trophimo ordinationis seriem temporibus roboratam* possideat, non solum in provincia Viennensi, sed etiam in utraque Narbonensi. Cujus prærogativæ rationem quoque reddit epist. 8, ad Hilarium Narbonensem: *Quoniam Trophimus sacerdos quondam Arelatensi urbi ab apostolica sede transmissus ad illas regiones (scilicet utramque Narbonensem et Viennensem) tanti nominis reverentiam primus exhibuit, et in alios non immerito, ea quam acceperat auctoritate transfudit.* Totam ergo primatus metropolitanici causam, ἐν τῇ πρωτοκλησίᾳ, seu in priorè vocatione ad fidem, et in vetustiore episcopatus institutione apud Arelatem a Trophimo facta, Zosimus diserte constituit. Cæterum, quoniam hæc Zosimi rescripta consuetudine quidem vetusta, ut ipse ait, ex relatione Patrocli nitentur, sed disciplinam Ecclesiæ universalis a synodo Nicæna decretam convellebant, quæ singulas provincias suis commiserat metropolitanis, non autem plures provincias uni; hinc factum, ut Bonifacius papa non exprobrarit quidem Patroclo Arelatensi metropolitanicæ potestatis usurpationem, sed potius integram illi relinquens in provincia Viennensi, illius tamen temeritatem damnaverit epistola data ad Hilarium Narbonensem anno 422, quod scilicet in Lutubensi Ecclesia ordinationem episcopi celebrasset *in aliena provincia*, inquit, scilicet in Narbonensi, quæ a Viennensi erat distincta. Illud autem factum pertendit contra synodî Nicænæ constitutionem, quam describit; commonetque Hilarium, ut metropolitanico jure munitus, et præceptionibus suis fretus, quæ faciendæ sunt in Lutubensi Ecclesia præstet. Noluït Hilarius Arelatensis, Patrocli successor, sultus et Zosimi priori rescripto et consuetudine vetusta, parere decreto Bonifacii, restringentis intra Viennensem provinciam Arelatensis episcopi potestatem. Quam ob rem, et propter Chelidonii causam, aliasque gravissimas rationes, iratus Hilario Leo PP. quod minus colere majestatem Romanæ sedis videretur, acerbe in eum invehitur in epistola ad episcopos Viennensis provincie scripta anno 445. Inter cætera illi objicit, quod projecto episcopo infirmo et nescienti, alium superposuisset episcopum, idque *in aliena provincia*, scilicet extra Viennensem. *Quid sibi Hilarius quærit in aliena provincia*, inquit, *et id quod nullus decessorum ipsius ante Patroculum habuit, cur usurpat, cum et ipsum quod Patroclo a sede apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit meliøre sententia mutatum?* Quibus verbis Leo apertissime significat priora Zosimi rescripta, et posterius Bonifacii decretum, quo potestas Arelatensis episcopi

intra limites Viennensis provinciæ coerceretur, ut superius monui. Quæ autem exceptiones obicerentur adversus Zosimi rescriptum, in eo capite quod ordinationes in utraque Narbonensi Patroclo concessas respicit, idem manifeste docet, si ejus verba juxta regulas juris expendantur. Scilicet obreptum Zosimo per falsam Patrocli suggestionem, qui referebat ad consuetudinem vetustam, quam ipse primus usurpabat ordinandi potestatem in provincia Narbonensi. Deinde significat, ad summum prærogativam illam a Zosimo ad tempus Patroclo concessam intelligi debere. Denique dicitur posteriore Bonifacii decreto, quod juxta canonum præscriptum, ambitiosum illud et per fraudem elicitedum Zosimi rescriptum, duas provincias ubi metropolitanæ concedens, resciderat. Tandem præfracta Hilarii Arelatensis contumacia Leo papa succensus, absque cognitione causæ inauditis illis quorum intererat, jus omne metropolitanicum etiam in provincia Viennensi ademit episcopo Arelatensi, illudque Viennensi adjudicavit, ac si ad eum ex jure civilis metropoleos juxta canones pertineret, quemadmodum Simplicius in concilio Taurinensi a Patribus olim imperare tentaverat. Hanc injuriam Arelatensi Ecclesiæ illatam adversus vetustissimæ consuetudinis ἐν τῇ πρωτοκλησίᾳ fundatæ et a Trophimo ductæ auctoritatem, episcopi provinciæ Viennensis, hac novitate perculti, amovere curarunt, occasione arrepta ex obitu Hilarii, et electione a se facta Ravennii, viri gravissimi et Leoni pergrati. Itaque libello supplicii ad Leonem dato, primatus Arelatensis originem arceunt a Trophimo: qui missus a B. Petro, primus in Gallis Arelate episcopatum instituit: cujus quidem primæ institutionis ratio potior sit habenda, quam civilis dispositionis, quæ Viennæ jus metropoleos politicæ olim tribuerat. Quod telum ex ordine civili petitum ut repellant episcopi, non dubitant civilem quoque dignitatem, qua temporibus illis florebat civitas Arelatensis, Leoni proponere: in ea nempe sedem præfecturæ Galliarum a civitate Trevirorum eo translata consistere: atque adeo urbem illam matrem omnium Galliarum esse. Quod dictum, ut opponatur Viennæ, quæ pro matre Viennensis tantum provinciæ se gerebat. Addunt etiam: *Quicumque intra Gallias*, scilicet jam inde a Constantino Maximo et Valentiniano, ostentare voluit insignia dignitatis, in hac urbe consulatum accepisse, et dedisse: hoc est consulatum circensibus celebravisse, quemadmodum egregie hunc locum interpretatur vir eruditissimus Adrianus Valesius, litterarum et sanguinis germanitate frater tuus, o mihi charissime Henrice Valesi, in libro VIII *Rerum Francicarum*, quas doctissimis curis et ingenii sui solertia illustravit. Expensis tandem rationum momenti, quæ libello episcoporum Provincialium continebantur, auditis quoque allegationibus episcopi Viennensis, Leo papa privilegii Arelatensis rationem habendam censuit, restituendamque metropolitanicam dignitatem illi Ec-

clesiæ, quæ vitio episcopi sui Hilarii antiquo jure in perpetuum privari non poterat. Itaque rem totam juxta concilii Taurinensis consilium datum olim contententibus duarum civitatum episcopis, sic temperavit, ut majorem partem provinciæ Viennensis restitueret Arelatensi Ecclesiæ; solis quatuor civitatibus penes Viennensem episcopum relictis, ne honorem metropolitanicum, quem ipsemet concesserat, adimere per inconstantiam aut injuriam videretur; et, ut ipse loquitur, ne Viennensis, cui potestatem metropolitanicam Hilario ablatam deputaverat, *semetipso factus videretur inferior*. Sed tum de isthac controversia, tum etiam de dignitate civili Viennensis et Arelatensis civitatis, accuratam disceptationem dabimus in secunda editione libri nostri *De primatibus*, quam adornamus.

Cæterum hæc Trophimi antiquitas confirmatur epistola Cypriani ad Stephanum papam, qua petit ut ab eo scribantur litteræ in Provinciam (id est Narbonensem solidam, quam veteri Provinciæ nomine nuncupat) quibus Marciano episcopo Arelatensi abesto, alius in ejus locum substituat; quoniam spretis collegarum monitis, Novatiani erroribus pervicaciter adhærebat. Necessum vero est hanc Cypriani epistolam scriptam esse initio sedis Stephani, quando duos inter illos pontifices dissensio nondum ulla intercesserat. Initium autem illud Stephani cum cadat in annum 256, sequitur Marciani exordia antecedere Decii consulatum. Unde rectissime colligitur, missionem Trophimi in anteriora promovendam, invito licet Gregorio Turonensi, scilicet ad Petri ætatem, juxta libelli episcoporum provinciæ Viennensis testationem. Sola falsi suspitione ultro excogitata tum adversus Cypriani epistolam, tum adversus Zosimi rescripta et episcoporum libellum, nollem a manifestis illis probationibus se liberarent Gregorii fautores. Admissa quippe semel hac respondendi et præscribendi ratione, adversus scripta quæ stilo et veterum codicum editionumque fide, veterumque auctorum testimonio muniuntur, cadit omnis de quæstionibus litterariis disserendi ingeniorum delectatio. Interim omnitemendum non est assertam Cypriano epistolam a V. C. Rigaltio in notis ad Cyprianum, discus is falsi argumentis a viro doctissimo allatis. Operam quoque non indiligentem posuit vir plane eruditus Hugo Menardus in refellendis argumentis adversus Cypriani epistolam, et Zosimi rescripta, atque libellum supplicem adductis.

Quæ testimonia, licet ad vindicandam veritatem sufficiant, non alienum erit ad traditionis antiquæ seriem comprobendam, Adonem Viennensem testem laudare; cujus hæc sunt verba in Martyrologio iv Kal. Januarii: *Apud Arelatem, natalis sancti Trophimi episcopi et confessoris, discipuli apostolorum Petri et Pauli*. Idem uberius in libello de festivitibus apostolorum. *Natalis sancti Trophimi, de quo scribit Apostolus ad Timotheum: « Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. » Illic ab apo-*

stolis Romæ ordinatus episcopus, primus ad Arela-
tem urbem Galliæ ob Christi Evangelium prædican-
dum directus est: ex cuius fonte, ut beatus papa
Zosimus scribit, totæ Galliæ fidei rivos acceperunt:
qui apud eandem urbem in pace quievit.

Errore Gregorii Turonensis in consignanda Trophimi epocha disuncto, re impetrabiliore utemur in probanda similis ejusdem auctoris hallucinationis confutatione. Paulum Narbonensem ad Decii tempora Gregorius dejicit. Cui opponemus læcuple-tissimum testimonium vetustissimi Martyrologii a Rosweydo editi, quo Ecclesia Romana inter solemnes ritus utebatur, teste Gregorio Magno lib. vii, epist. 29. Martyrologii illius hæc sunt verba ad xi Kal. Aprilis: *Narbonæ, sancti Pauli episcopi, discipuli apostolorum.* En Paulum episcopum Narbonensem, discipulum apostolorum, id est ab ipsis apostolis Christianam fidem edoctum. Causa cadam, nisi constans sit in eodem Martyrologio verbi illius quam proposui significatio; quæ alia certe esse non potest juxta proprium dictionis sensum. Referam loca, ex quibus hæc significatio verbi adstruitur. *Pridie Nonas Januarii. Apud Cretam, Titi apostolorum discipuli in Kal. Maii. Apud Paphum, Tychici apostolorum discipuli. vii Kalendas Junii. Apud Athenas, Quadrati apostolorum discipuli. Pridie Nonas Augusti. Aristarchi discipuli apostolorum. iv Kal. Decembris. Sosthenis discipuli apostolorum. vi Kalendas Januarii. Trophimi episcopi, discipuli apostolorum.* Quare diserta est, ut dixi, Martyrologii veteris Romani testatio, ad figendum Pauli Narbonensis episcopatum in ipsis apostolorum temporibus, quamvis Trophimi episcopatu posteriorem. Celeberrimum quidem apud antiquos fuisse Pauli hujus nomen, docet Prudentius in *Martyribus Cæsaraugustanis*:

Barcino claro Cucufate fulta
Surget, et Paulo speciosa Narbo.

Sed temporis veram consignationem ex testimonio vetustissimo Romanæ Ecclesiæ supra laudato hau-rire debemus. Traditionis vero series petenda est tum ex Usuardo, et ex Actis vitæ Pauli Narbonensis; tum etiam ex Adonis Martyrologio, atque ex ejusdem libello de festiuitatibus apostolorum; cujus hæc sunt verba ad diem xi Kalend. Aprilis: *Natalis sancti Pauli, quem beati apostoli ordinatum urbi Narbonæ episcopum miserunt. Quem tradunt eumdem ipsum fuisse Sergium Paulum proconsulem, virum prudentem, a quo ipse Paulus sortitus est nomen, quia eum fidei Christi subegerat: quique ab eodem sancto apostolo, cum ad Hispanias prædicandi gratia pergeret, apud præfatam urbem Narbonam relictus, prædicationis officio non segniter impleto, clarus miraculis coronatus sepelitur.* Hic duo quædam observanda sunt. Ac primo quidem, Paulum Narbonensi Ecclesiæ præfectum episcopum ab ipsis apostolorum temporibus, absoluta est auctoritas, cum eorum discipulus fuerit, ut dixi. Alterum respicit veterem famam, quæ Paulum illum

A cum Paulo proconsule miscet, eundemque facit. Præterea docet in possessione episcopatus institutum a Paulo apostolo in Hispaniam proficiscente. Quæ quidem prudenter Ado non asseruit ut certa, sed ut fama vetustiore recepta: cujus narrationis auctores Braulio, Leander, Julianus, et alii veteres scriptores Hispani proferuntur in litteris Stephani papæ editis a viris clarissimis et eruditissimis Guilielmo Catello, senatore Tolosano, et Philippo Labbæo, Societatis Jesu presbytero; quarum exemplar exstat etiam in archivis Ecclesiæ Tarraconensis, quarumque fidem et sententiam expendimus in secunda editione libri nostri *De primatibus*.

Quod attinet ad Martialem, illud unum habetur in Martyrologiis veteribus, eum Lemovicæ fuisse episcopum. Veruntamen antiqua ejus vitæ Acta, unum fuisse e Lxx discipulis Domini, et a Petro apostolo ad Aquitanos missum docent; quam traditionem amplexa est synodus Lemovicensis anno 4034 in disceptatione quæ de Martialis apostolatu in Galliis habita est.

Dionysii Parisiensis succedit vexata disputationibus gravissimorum virorum epocha: his stantibus a Gregorio, et ad Decii tempora antistitem illum detrudentibus, quo spes omnis Parisiensem Dionysium cum Arcopagita permiscendi abscondatur: illis vero, contrario proposito, ad Clementem Romanum ejus missionem referentibus. Sane a Clemente in Gallias Dionysium missum fuisse, Beda et Usuardus docent in suis Martyrologiis: quam traditionem eos hausisse certum est ex Actis antiquis Vitæ S. Dionysii, quæ dudum ex mss. codicibus editit V. C. et eruditissimus Franciscus Bosquetus, nunc meritissimus episcopus Ecclesiæ Monspeliensis. Nomen auctoris illius Vitæ deprehendi in codice ms. Turonensis Ecclesiæ, qui complectitur Vitas sanctorum aliquot a Fortunato descriptas, et inter cæteras, Dionysii Parisiensis illam quæ jam, ut dixi, edita est in publicum. Habemus ergo Fortunatum Pictavensem episcopum, æqualem Gregorii Turonensis, qui Dionysii Parisiensis epocham ad tempora Clementis retrahit. Quam sententiam secuti sunt episcopi Galliarum in epistola ad Eugenium papam scripta anno 824, quæ habetur apud Baronium: a quibus Fortunato teste adeo locuplete fultis discedere, piaculum esse puto.

De Saturnino, Gatiano et Stremonio mox agam quoniam specialis illorum est causa.

Non me latet, quid eruditos viros ad deprimentam in posteriora tempora septem episcoporum epocham, veluti præcipites egerit: Severi Sulpitii nempe, atque Gregorii Turonensis auctoritas. Scripsit ille, *Sub Aurelio Antonino visa primum in Galliis martyria, Dei religione trans Alpes serius suscepta.* Unde tabulis ecclesiasticis fidem non esse habendam colligunt. quæ sub Domitiano, vel sub Trajano, aut Adriano passos tradunt quosdam ex prioribus illis pontificibus. Utinam maluissent interpretatione ex ipsis juris et rhetorum principiiis

ducta, Severum cum diptychis ecclesiasticis in concordiam adducere; generi quippe per speciem derogatur, ut docent jurisconsulti. De martyriis generalibus loquitur Severus, scilicet de eade tum pontificum, tum plebis Christianæ, per supplicia consumptorum, ut accidit in Ecclesiis Viennensi et Lugdunensi sub Antonino, quo solum respicibat Severus; cui cladi similis ante nulla contigerat in Galliis. Quod tamen non impedit quin priores aliquot episcopi pro Christo mortem obierint, absque ulla tamen generali plebis Christianæ strage, ut factum postea sub Decio, qui solos in episcopos animadvertabat. Neque vero sequitur errasse Severum in pertextenda rerum serie, cum per compendium summa illarum capita attigerit, neque in se susceptum, origines Ecclesiarum Gallicanarum, quas omnino intactas reliquit, et singulorum pontificum eventus tradere. Quod autem subjungit, *serius trans Alpes susceptam religionem*, verum est, habita comparatione partium Orientalium, atque ipsius Italiæ, quæ prius imbuta est doctrina fidei, et fortassis cum uberiori et faciliori proventu quam in Galliis, gentium superstitionum retinentioribus.

Depulsa ex Severo petita machina, liberi esse possumus a metu Gregorii. Docet ipse duo quædam, lib. 1 *Hist.*, cap. 50: alterum, septem illos socios eodem tempore in Gallias pervenisse, Ecclesias septem ab eo commemoratas primos constituisse; alterum vero, horum adventum referendum ad tempora consulatui Decii et Grati vicina, id est ad annum 250, aut circiter. Quæ narratio manifeste pugnat cum Irenæo, qui sexaginta et amplius annis ante hunc consulatum Ecclesiarum apud Celtas fundatarum meminit. Pugnat quoque cum Tertulliano, qui triginta et amplius annis ante Decii epocham, diversas Galliarum nationes fidem Christianam profiteri testatur: quæ cum sit ex auditu, plane prædicantium missorum ministerio diversis illis nationibus infundenda fuit; qui quidem alii non sunt præter eos, quos tabulæ ecclesiasticæ exhibent. Erravit ergo Gregorius, prætextu Vitæ sancti Saturnini, cujus verba laudat, in epocha Decii constituenda; quam scriptor ille cum soli Saturnino affigeret, Gregorius de suo ad alios extendit, ex recepta jam tum opinione de septem illorum societate. De suo addidisse dixi, quoniam in verbis *Actorum Saturnini* quæ Gregorius laudat, nulla fit sex pontificum mentio; neque etiam in corpore *Actorum* quæ apud Surium exstant; quæ plane sunt eadem cum iis *Actis* ex quibus locum a se laudatum Gregorius decerpit, cum iisdem omnino verbis ibi locus ille descriptus reperitur. Porro *Acta* illa composita sunt longo intervallo post obitum Exsuperii Tolosani, cujus meminere, ut recte observat Hugo Menardus. Destituitur itaque Gregorius sui auctoris testimonio, in sex pontificibus: adeo ut epocha consulatus Decii, ad solum Saturninum episcopum ex illo *Actorum* scriptore referenda sit.

Quod autem ad Saturninum attinet, controversi

PATROL. GR. XX.

A non debet, quin Gregorii tempore duplex invaluisset opinio, et quin utraque sola relatione niteretur. Altera est quam sequitur Gregorius hoc loco, passum esse Saturninum Decii consulatu. Illud autem auctor ab eo laudatus hausit, non ex vetustis Saturnini passionis *Actis*, sed ex *fideli recordatione*, ut loquitur. Vetusta enim passionis *Acta*, vel per incuriam tempore illo scripta non fuerant, vel ex præsidum decreto temporibus Decii igne perierant; ut de *Actis* martyrum generaliter testatur Prudentius. Altera sententia, sua quoque relatione fulta (cujus testis ipse Greg., lib. 1, c. 48, *De miraculis*), tradebat missum Saturninum a discipulis apostolorum, id est, plus quam centum et quinquaginta annis ante Decium. Adeo ut in ancipiti positus, liceat ultimam Gregorii sententiam sequi, quæ coheret priori illi apud eum non controversæ, de non divellendis adeo proluxa temporum intercapedine a se invicem prioribus episcopis: qui a Petro et Paulo, et deinceps a Clemente apostolorum discipulo, non longo intervallo missi, exordia fidei per Gallias propagarunt. Hinc factum, ut Ado in Martyrologio Saturninum scribat passum sub Decio, juxta primam Gregorii opinionem: Rabanus autem in suo Martyrologio sequatur secundam, usurpatis quoque Gregorii verbis: *Iste vero*, inquit, *Saturninus martyr, ut fertur, ab apostolorum discipulis ordinatus, in urbem Tolosatum est directus*. Quod intelligendum de Clemente, a quo missus dicitur Saturninus una cum Dionysio, in *Actis* veteribus S. Dionysii compositis a Fortunato Pictavensi, qui secundam Gregorii sententiam disertissime confirmat. Quamquam vetusta S. Saturnini *Acta* missum a Petro doceant, et in Elusana urbe Novempopulaniæ scilicet metropoli, deinde Pompelone, et in aliis Hispaniarum gentibus Ecclesias constituisse; ut ex suis quoque tabulis fatentur auctores Hispani. Sed satius est, ut hæreamus relatæ a Gregorio traditioni, scilicet a discipulis apostolorum ordinatum, id est a Clemente, juxta Fortunatum.

Eadem explicatio adhibenda est alteri loco, c. 8, *De gloria Confessorum*, ubi tradit Bituricæ urbi verbum salutis prædicasse Ursinum episcopum, qui a discipulis apostolorum in Gallias destinatus fuerat, scilicet a Clemente, ut ejus Vitæ *Acta* perantiqua testantur.

Speciales quas adhibuimus probationes pro fulcienda veteri epocha quinque pontificum, Trophimi, Pauli, Martialis, Dionysii, Saturnini, quibuscum par est causa plurium aliorum qui Ecclesias in Gallias fundaverunt, generales probationes ex Irenæo, Tertulliano et Eusebio, de vetustate Ecclesiarum, ut juvant, sic mutuam quoque ex illis subsidium capiunt. Qua de re diligenter disseruit juris utriusque celeberrimus antecessor in Academia Tolosana Antonius Dadinus Alteserra, lib. iv *Rerum Aquitanicarum*, c. 9.

Quod autem attinet ad Gatianum Turonensis Ecclesiæ episcopum, cum ejus successor Gregorius,

cui perspecta erant Ecclesiæ suæ tabularia, doceat conceptis verbis, lib. ix *Hist.*, cap. 31, Galianum anno Decii primo a papa sedis Romanæ transmissum, additis quoque aliquot ejus episcopi gestis, neque ulla nobis aliunde suppetat auctoritas, qua illum ad vetustiora tempora revoceamus, temerarium censeo adversus Gregorium de propriæ Ecclesiæ statu disputare. Idem dicendum puto de Stremonii Arvernensis episcopi initiis; quæ Gregorium, utpote patria Arvernum, atque adeo in suis non peregrinum, latere non poterant. Quæ fortasse fuit occasio cur negligentius se habuerit in aliarum Ecclesiarum investigandis initiis. Quibus exordia duarum sibi chararum, Turonensis et Arvernæ, æquari non posse cum videret, maluit ad harum tempora priorum quinque fundationes indiscussas deprimere. Quare cum apud viros eruditissimos antiqua Ecclesiarum Gallicanarum diptycha, in quibus pontifices fidei prædicatæ antesignani descripti sunt, cum missionis apostolicæ vetustissima epocæ, ex eo solo capite nutarint in temporis assignatione, quod cum Severo et Gregorio pugnare viderentur, religiosissimi episcopi collegæ nostri poterunt intrepide in suis Ecclesiis decessorum suorum traditam asserere vetustatem, securi de illa quæ nostris obijci solet veterum auctorum ignorantia aut contemptu, tum etiam de aliquo veritatis historicæ dispendio: quæ alioqui laboraret, si *Actis* antiquis fides sua detraheretur. Itaque præter cæteros superius memoratos, Clementem a Petro apostolo missum sibi vindicabant Metenses, ex *Actis* unde narrationem suam hausit Paulus diaconus, mediæ ætatis, et non contemnendæ auctoritatis scriptor. Ejusdem apostoli curæ, et postea Clementis, plures populi acceptam quoque ferre poterunt ex veteribus *Actis* et Martyrologiis primam episcoporum suorum institutionem. Quorum labores si suis provinciis ex Augusti Instituto dispositis reddantur, Tertulliani sententia quantopere vera sit, de diversis Galliarum nationibus Christiana fide imbutis, patebit. Narbonensis quippe provincia non solum a Crescente Viennensi, sed etiam a Trophimo Arelatensi, a Paulo Narbonensi, qui proxime secutus est Trophimum, et demum a Saturnino Tolosano exulta fuit. Aquitanica a Martiale Lemovicensi, Ursino Bituricensi, Frontone Petragoricensi, et Eutropio Santonensi, atque etiam a Saturnino in Novempopulania, quæ pars erat Aquitanicæ. Belgicam curaverunt Eucharius Trevirensis, Clemens Metensis, Xytus Remensis, et Memmius Catalaunensis. Quod attinet ad Lugdunensem provinciam,

A fidem in ea Instituerunt Dionysius Parisiensis, Savinianus Senonensis, Nicasius Rothomagensis, Caranus Carnotensis, et Julianus Cenomanensis. Superest ut de Lugdunensi civitate quæramus: quæ quidem cum principia episcopatus debeat Pothino, qui passus sub Antonio, anno Christi 177, nonagenario major, sed inferior Trophimi Arelatensis institutione, non dubito quia hujus studio debeat primitias fidei. Siquidem, ut tradiderunt episcopi in libello oblato Leoni papæ anno 450, ex Trophimo velut ex fonte profluxerunt rivuli fidei in alias Galliarum partes; quod confirmat quoque Zosimi papæ epistola. Quare cum Arelas Italiæ, Orientis et Africæ commercis pateret, et ob eam rationem Lugduno florentissimo Galliarum emporio conjungeretur, obvium fuit Trophimo per se et per alios legatos fidei Christianæ sementem ibi serere, quæ tandem in eum fidelium cætum crevit, qui a Pothino episcopo regi mereretur.

Non me latet, in quædam *Acta*, quibus vitæ pontificum illorum describuntur, multa, quod attinet ad eorum res gestas, irrepsisse, quæ manu medica egeant, ut repurgentur; quemadmodum de *Actis* hujusce generis deceverat olim concilium Francofurtiense anno 794. Id tamen non officit missionis veritati, de qua sola asserenda nunc agitur, omnis cæteris quæ in quæstionem adducentur a viris eruditis, de quibus alias fortasse sententiam meam aperiam. Interim amicos nostros obtestor, ut boni consulant quæ, licet aliena ab eorum sententia, dixi, provocatus tuendæ veritatis desiderio, ad restituendam Ecclesiæ Gallicanæ majestatem, aliquo pacto imminutam ex depressa origini illius vetustate: quæ in rebus sacris non vulgarem venerationem conciliare solet, tum Ecclesiis, tum etiam imperiis Christianis in quibus sunt constitutæ. Quare non evertendas, sed retinendas putavi quæ vero nituntur traditiones nostras, præcipue cum in Ecclesia Romana, ac toto in orbe Christiano jam olim receptæ fuerint; adeo ut non egeamus prava illa diligentia quam adhibuerunt illi qui etiam falsis atque conflictis sub nomine veterum auctorum monumentis, vetustatem Christianæ religionis sibi arrogare nituntur, vel etiam receptam confirmare.

D Tu vero, vir clarissime, pro ea qua polles non solum eruditione, sed etiam prudentia, de nostro isto conatu, prout par est, decernes, et dignitatem Ecclesiarum Gallicanarum robustius vindicabis. Vale.

Lutetiæ Parisiorum, Nonis Septembris, anno 1638.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ Α⁽¹⁾.

EUSEBII PAMPHILI
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER PRIMUS.

(2) ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ Η ΠΡΩΤΗ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ (3).

α' Τίς ἡ τῆς ἐπαγγελίας ὑπόθεσις.
β' Ἐκπομὴ κεφαλαίων περὶ τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ προϋπαρξείως τε καὶ θεολογίας.
γ' Ὡς καὶ τὸ Ἰησοῦ δρομα, καὶ αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ Χριστοῦ, ἐγνωστὸ τε ἀνεκὰθερ καὶ ἐτετιμητο παρὰ τοῖς θεσπεσίοις προφήταις.
δ' Ὡς οὐ νεώτερος, οὐδὲ ξηρότερος ἢ ὁ τρόπος τῆς πρὸς αὐτοῦ καταγγελθείσης πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν

A εὐσεβείας.
ε' Περὶ τῶν χρόνων τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ τῆς εἰς ἀνθρώπους.
ς' Ὡς κατὰ τοὺς χρόνους αὐτοῦ, ἀκολούθως ταῖς προφητείαις, ἐξέλιπον ἄρχοντες οἱ τὸ πρῶν ἐκ προγόνων διαδοχῆς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνος ἡγούμενοι, πρῶτος τε ἀλλοφύλος βασιλεύει αὐτῶν Ἡρώδης.

ζ' Περὶ τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις νομιζομένης δια-

(1) Λόγος α'. In antea editis, βιβλίον πρῶτον. In vetustissimo codice Mazarino et in Mediceo ac Fucetiano titulus hujus libri ita perscribitur : Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας λόγος πρῶτος. Idem quoque in reliquis libris observatur. Sed et ad calcem uniuscujusque libri semper appositum inveni in primis illis exemplaribus, Τέλος τοῦ λόγου, etc. Certe Andreas Cæsariensis, in caput xvi Apocalypsis, hos libros ita nominat : Ὡς γὰρ φησὶν ἐν ὀγδῶ κεφαλῶν τοῦ ἐνάτου λόγου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς αὐτοῦ Ἱστορίας ὁ Εὐσεβίος.

(2) Solebant antiqui scriptores libris suis indices capitulorum præfigere, ut lectores quid in singulis libris tractaretur, uno quasi intuitu agnoscerent. Id autem duobus modis præstare consueverant. Nam aut omnium simul librorum capitula universo operi præponebant, sicut a Plinio Secundo factum est in libris *Historiæ naturalis*; aut singulis libris titulos capitulorum præfigere solebant, ut in *Historia ecclesiastica* fecit Eusebius noster. Neque enim dubitandum est quin Eusebius ipse hos indices sen titulos capitulorum composuerit, et historiarum suarum libris, sicut hodie leguntur, prænotaverit. Certe observare licet, in istis capitulis semper Eusebium de seipso loqui in prima persona; exempli causa, post titulos capitulorum libri secundi hæc leguntur : Ὅτι συνήχεται ἡμῖν ἡ βίβλος, ἀπὸ τῶν Κλήμεντος, Τερτυλλιανού, Ἰωσήπου καὶ Φιλώτος. Id est : *Quod hic liber a nobis collectus est ex Clementis, Tertulliani, Josephi ac Philonis operibus.* Præterea in libro vii hic est titulus ultimi capituli : Περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοῖς διαπραξάντων ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν. Id est, *De his quæ persecutionem nostram tempore factam præcesserunt.* Ex quibus mani-

festè colligitur, Eusebium ipsum, hujus *Historiæ* partem, capitulorum etiam auctorem existisse. Adde quod Rufinus, qui sexaginta circiter annis post Eusebii mortem *Ecclesiasticæ historiæ* libros Latine interpretatus est, in Græco suo exemplari eadem reperit capitula, quæ in nostris exemplaribus hodie leguntur. Idque apparet ex manuscriptis Rufini exemplaribus, quorum unum ante septingentos annos descriptum penes me habeo. In iis enim semper tituli capitum singulis libris præfiguntur, eodem ordine quo in nostris codicibus Græcis positi cernuntur. Et Rufinus quidem ea vocat *capitula*; Cassiodorus vero, in præfatione *Hist. Trip.*, titulos rectius nominat; et Cyprianus in *Exhortatione martyrii ad Fortunatum* : *Compendium feci*, inquit, *ut propositis titulis, quos quis noscere debeat et tenere, capitula Dominica subnecterem.* Ubi vides titulos a capitulis distingui. Sed et Suidas, in voce *Κεφάλαιον* et in voce *Τέλος*, notat titulos differre a capitulis

(3) Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου. In codice Mazarino et Fucetiano scriptum est, τοῦ Παλαστίνου. Sed Medicæus utramque habet lectionem, τοῦ Παμφίλου, τοῦ Παλαστίνου. Certe Theodoritus Eusebium nostrum vocare solet Palæstinum. Ita in proœmio *Commentariorum in Canticum*, et proœmio interpretationis in *Epistolam ad Hebræos*. Idem in epistola ad Sporacium qua libros *Hæreticarum subtilarum* ei nuncupat, de Eusebio Pamphilo et de Eusebio Eniseno loquens, alterum Palæstinum vocat, alterum Phœnicem : καὶ Εὐσεβίου τοῦ τε Παλαστίνου καὶ τοῦ Φοίνικος. Basilium quoque, in libro *ad Amphilochium de Spiritu sancto*, Eusebium nostrum Palæstini cognomento afficit.

ῥωρίας τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίας.
 η' Περὶ τῆς Ἡρώδου κατὰ τῶν παιδῶν ἐπιβουλῆς,
 καὶ οἷα μετῴθησεν αὐτὸν καταστροφή βίου.
 θ' Περὶ τῶν κατὰ Πλάτων χρόνων.
 ι' Περὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίους ἀρχιερέων, καθ' ὅς

Α δ Χριστὸς τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο.
 ια' Τὰ περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ καὶ τοῦ Χρι-
 στοῦ μεμαρτυρημένα.
 ιβ' Περὶ τῶν μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.
 ιγ' Ἱστορία περὶ τοῦ τῶν Ἐδессηνῶν δυνάστου.

IN PRIMO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ EUSEBII PAMPHILI
 HÆC CONTINENTUR.

- I. Quodnam sit hujus operis argumentum.
- II. De Servatoris Domini nostri Jesu Christi præexis-
 tentia ac divinitate.
- III. Quod ipsum Jesu Christique nomen, olim notum
 fuerit cultumque u divinis prophetis.
- IV. Quod religio cunctis gentibus ab eodem prædi-
 cata, nec nova sit nec peregrina.
- V. De temporibus quibus præsens hominibus apparuit.
- VI. Quod ejus temporibus, ut a prophetis prædictum
 fuerat, cessarunt principes qui ex generis continua
 successione Judæis imberabant : et quod orimus ex

- alienigenis Herodes apud eos regnavit.
- VII. De dissensu qui creditur esse inter Evangelia,
 in stirpe Christi.
- VIII. De Herodis adversus infantes crudelitate, et
 qualem exitum vitæ is habuerit.
- IX. De Pilati temporibus.
- X. De pontificibus Judæorum, sub quibus Christus
 Evangelium prædicavit.
- XI. Testimonia de Joanne Baptista et de Christo.
- XII. De Servatoris nostri discipulis.
- XIII. Narratio de regulo Edessenorum.

CAPUT PRIMUM.

Quodnam sit hujus operis argumentum.

Cum sanctorum apostolorum successiones, ac
 temporum seriem quæ a Servatore nostro ad nos
 usque effuxerunt scribere instituerim : quot præ-
 terea quantæque res in Ecclesia gestæ a scriptori-
 bus nostris commemorantur : qui præcipue in cele-
 berrimis civitatibus eidem Ecclesiæ non sine laude
 præfuerint : et qui subinde per ordinem temporum
 sua quisque ætate verbum Dei, vel voce vel

C scriptis, prædicaverint : qui etiam quibusque tem-
 poribus homines novandi cupiditate ad maximos
 errores delapsi, falsæ doctrinæ auctores se palam
 capitulis : Matthæum enim, verbi gratia, continere
 titulos 68, capita vero 355, et sic de cæteris Evan-
 geliis. Capitulum proprie est pars libri, quæ inte-
 gram alicujus rei continet narrationem. Titulus
 vero est index, qui capitulo superponitur, et in-
 terdum quidem titulus unus plura continet capita,
 ut videre est in Pandectis juris civilis. Idem olim
 cernebat in Evangelio Matthæi, quod plura habe-
 bat capita quam titulos, teste Suida. Sic etiam in
 reliquis Evangelii. Nam quod legitur in Suida
 Marcum habuisse titulos 48, capita vero 36, men-
 dosum est. Et pro 36 corrigendum est 233, ut aper-
 te colligitur ex Canonibus Evangeliorum quos Eusebius
 noster composuit. Interdum vero singuli
 tituli singulis capitulis respondent, ut in his *Eccle-
 siasticæ Historiæ* libris. Et in Mazarino quidem ac
 Mediceo codice, tituli uniuscujusque libri notis nu-
 meralibus prænotantur. In Fuketiano autem codice
 post titulum additur *Κεφάλαιον*, cum nota numerali.
 Sed hæc vox in optimis illis codicibus, ut dixi, nun-
 quam reperitur. Imo, ejus loco, *Περιοχῆς* vocabu-
 lum positum inveni in principio libri quarti supra
 ipsos capitulum titulos, *Λόγον τετάρτου περιοχῆς*.

(4) *Ἐπισημοτάταις παροικίαις*. Non possum
 probare interpretationem Christophorou, qui *παρο-
 οικίας provincias* vertit. Non placet etiam emenda-
 tio Carterii aut alterius cujuspiam qui *Ecclesias* in-
 terpretatur. *Παροικία* quidem significat Ecclesiam
 apud Christianos scriptores, et nominatim apud
 Eusebium nostrum non uno in loco. Cujus signifi-
 cationis origo ex eo manasse mihi videtur, quod
 Ecclesia in terris duntaxat inquilina sit et *παροι-
 κος*, ejus autem patria et municipatus in cælo sit.
 Sic in Epistola Smyrnenis Ecclesiæ apud Eusebium
 in lib. iv : *Ἐκκλησία ἡ παροικοῦσα ἐν Συμῶν*,
 et in lib. iv, cap. 23, de Dionysii Corinthii episto-
 lis : *Καὶ τῆ Ἐκκλησίᾳ δὲ τῆ παροικοῦσῃ Γόρτυ-*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τίς ἡ τῆς ἐπαγγελίας ὑπόθεσις.

Τὰς τῶν ἱερῶν ἀποστόλων διαδοχὰς, σὺν καὶ τοῖς
 ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ εἰς ἡμᾶς διηγουμένους
 χρόνοις, ὅσα τε καὶ πηλικά πραγματευθῆναι κατὰ
 τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν λέγεται, καὶ ὅσοι ταύ-
 τῆς διαπραγῆς ἐν ταῖς μάλιστα ἐπισημοτάταις παρ-
 οικίαις (4) ἠγήσαντό τε καὶ προέστησαν, ὅσοι τε κατὰ
 γενεὰν ἐκάστην ἀγράφως ἢ καὶ διὰ συγγραμμάτων
 τὸν θεῖον ἐπρέσβευσαν λόγον, τίνες τε καὶ ὅσοι καὶ
πὸν ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανεῖας, ὅτι τινος ἔδοικτορίας ἐφαψόμεθα, τὸν τοῦ Λόγου Πατέρα Θεόν, καὶ τὸν δηλοῦμενον αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν τὸν οὐράνιον τοῦ Θεοῦ Λόγον, βοηθὸν ἡμῖν καὶ συνεργὸν τῆς κατὰ τὴν δόξαν ἡμῶν ἀληθείας ἐπικαλεσάμενοι. Ἦν δὲ οὖν τοῦτο δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος (71) τῆς Αὐγούστου βασιλείας, Αἰγύπτου δ' ὑποταγῆς καὶ τῆς τελευταίας Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας, εἰς ἣν ὑστάτην ἢ κατ' Αἰγυπτῶν τῶν Πτολεμαίων κατέληξε δυναστεία, ὅθεν ἔτος καὶ εἰκοστὸν, ὅπῃκα ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τῆς τότε πρώτης ἀπογραφῆς, Κυρηναίου ἡγεμονεύοντος; τῆς Συρίας (72), ἀκολούθως ταῖς περὶ αὐτοῦ προφητείαις, ἐν Βηθλεὲμ γενεῖσθαι τῆς Ἰουδαίας. Ταύτης δὲ τῆς κατὰ Κυρηναίου ἀπογραφῆς καὶ ὁ τῶν παρ' Ἑβραίων ἐπιστομῶτατος ἱστορικῶν Φλαυῖος Ἰωσήπος μνημονεῖ (73), καὶ ἄλλην ἐπιστομῶτων ἱστορίαν περὶ τῆς τῶν Γαλιλαίων κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἐπιφουεῖς χρόνους αἰρέσεως, ἧς καὶ παρ' ἡμῖν ὁ Λουκάς ἐν ταῖς Πράξεσι μνημῆν ὡδὲ πως λέγων πεποιήται. Μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας ὁ

¹¹ Cap. v.

(71) Δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος. Idem numerus habetur in *Chronico* Eusebiano. Anno **XLII Augusti** *Jesus Christus Filius Dei in Bethlehem Judæ nascitur*. Annus porro primus Augusti juxta supputationem Eusebii is est, quo Hirtius et Pansa consules fuerunt. Proinde secundus et quadragesimus Augusti annus cedit in consulatum ejusdem Augusti tertium decimum. Hæc de anno natali Christi. Diem vero neutrubi expressit Eusebius. Orosius quidem in lib. vii, cap. 2, postquam juxta sententiam Eusebii, quem ubique sequitur, Christum natum esse dixit anno imperii Augusti **XLII**, addit die vii Kalendas Januariæ. Nec aliter legitur in veteribus fastis quos sub Idacii nomine primus edidit Jac. Sirmondus; fuitque hæc communis opinio Occidentalis Ecclesiæ. Sed cum Orientales aliter senserint, Christum scilicet natum esse vii Idus Januariæ, in hac quoque sententia Eusebium fuisse minime dubitandum est. Itaque ex sententia Eusebii, primus Christi annus concurrat cum anno **XLII** imperii Augusti. Sic certe in vetustissimis codicibus Eusebiani *Chronici*, Acutiano, Lipsii et Ortelii scriptum habetur, ut testatus est Miræus. Sic in antiquissima editione Mediolanensi, quam nec Scaliger nec Pontacus viderunt. Male in editione Scaligeri primus Christi annus componitur cum anno **XLIII** Augusti, contra fidem scriptorum codicum, adeoque contra ipsius Eusebii sententiam. Etenim Eusebius in fine lib. vii ait historiam ecclesiasticæ successionis a se conscriptam, a natali Christi ad usque subversionem Ecclesiarum, completi annos quinque ac trecentos. Atqui si primus Christi annus ab anno **XLII** Augusti ducitur, inde ad **XIX** Diocletiani annum quo destructæ sunt Ecclesiæ, quatuor tantum ac trecenti sunt anni. Verissimum igitur est, quod supra dixi, Eusebium initium annorum Christi anno **XLII** Augusti, mense Januario collocavisse. Et sic Epiphanius adversus hæresim Alogorum ex Eusebii *Chronico*, ut opinor.

(72) *Κυρηναίου ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας*. Id est, cum *Quirinus legatus esset Syriæ*. Legatos Cæsaris qui in provincias mittebantur, civilia simul et militaria reaturi, Græci sere ἡγεμόνας vocant. Ita Strabo in fine lib. xvii, Dio Chrysostomus, aliique.

(73) *Ταύτης δὲ τῆς κατὰ Κυρηναίου ἀπογραφῆς Ἰωσήπος μνημονεῖ*. Josephus quidem mentionem

cessaria, jam præmissa sicut, superest ut a corporali Servatoris nostri præsentia, tanquam itineris nostri sumamus initium, Patrem Verbi Deum, ipsumque de quo agimus, Jesum Christum, Dominum ac Servatorem nostrum, cœleste Dei Verbum precibus invocantes, ut ad prosequendum ordinem veritatis auxiliator nobis atque adjutor sit. Annus jam agebatur secundus et quadragesimus imperii Augusti, a subacta autem Ægypto, et ab interitu Antonii et Cleopatrarum, in qua Ptolemæorum in Ægypto dominatio desit, octavus ac vicesimus: cum Servator et Dominus noster Jesus Christus prima illa descriptione census quæ facta est Quirinio Syriæ præsidente, secundum prophetarum de illo vaticinia, in Bethlehem Judææ natus est. Hujus porro descriptionis quæ Quirinio temporibus facta est, celeberrimis apud Judæos historiæ scriptor Flavii Josephus mentionem facit: aliam quoque narrationem de Galilæorum secta, quæ iisdem temporibus emersit statim subnectens; de qua noster etiam Lucas in Actibus apostolorum ¹¹

facit descriptionis illius quæ a Quirinio facta est in Syria ac Judæa statim post relegationem Archelai. Sed hujus descriptionis, quam Lucas regnante adhuc Herode factam esse ait, non meminit. Ac mihi quidem videtur error in textum Lucæ irrepsisse in Quirinio nomine, et pro Quirinio restituendum esse nomen Sentii Saturnini. Hic enim præses fuit sub finem regni Herodis teste Josepho. Certe Tertullianus in lib. iv, *adversus Marcionem*, census in Judæa actos scribit per Sentium Saturninum. Ex quo apparet, Tertullianum tempore quosdam in Evangelio Lucæ pro Quirinio Saturninum legisse. Caterum mirum est hanc primam descriptionem a Josepho prætermisam fuisse, qui tamen patriæ suæ historiam tanta diligentia persecutus est, ut et præsidet Syriæ omnes recensuerit. Nam et Sentium Saturninum commemorat, ejusque successorem Quintilium Varum. Hæc cum intelligeret Eusebius, sic censuit: unam eandemque esse descriptionem, cujus Lucas et Josephus meminissent; sed Josephum falli qui eam descriptionem post relegationem Archelai contigisse scriberet. Itaque idem Eusebius in *Chronico*, tumultum illum Judæ Galilæi, qui descriptionem illam a Quirinio factam subsecutus est, sub ortum Christi et extrema Herodis tempora collocat. Neque enim adeo stupidus fuit Eusebius, ut non videret Lucam et Josephum in assignando descriptionis tempore inter se dissentire. Quippe id patebat etiam cæco. Sed in hac dissonantia, ob Evangelii reverentiam Lucam sequi maluit, et Josepho fidem abrogare. Quæ quidem sententia longe commodior est et expeditior, quam illa Scaligeri, qui duas fuisse censet Judææ descriptiones; utramque a Quirinio factam. Sed in hac Scaligeri sententia multa occurrunt parum verisimilia. Primo enim Quirinium bis missum fuisse oportet legatum in Syriam; bis ad eandem rem, videlicet ad census agendos: primum quidem circa ortum Christi; deinde vero decem circiter post annis, cum relegatus fuisset Archelaus. Atqui non est probabile, eundem hominem bis missum fuisse ad regendam provinciam. Certe Josephus diligentissimus scriptor, cum Quirinii adventum in Syriam ac Judæam narrat, eum jam antea in Syriam venisse non dicit, nec descriptionem aut ab illo, aut ab alio quopiam Romano iudice jam antea factam fuisse. Quod, si jam facta fuerat descriptio, cur iterum sit per eundem virum? Nam si recte et sine fraude facta

loquitur his verbis : « Post hunc exstitit Judas Galilæus in diebus professionis censualis, et avertit populum post se. Et ipse periit, et 18 omnes quotquot consenserant ei, dispersi sunt. » Quibus consentiens is quem supra diximus Josephus, in octavo decimo *Antiquitatum* libro, ita dicit : « Inter ea Quirinius unus e senatoribus Romanis, vir omnibus magistratibus jam perfunctus, et qui per omnes honorum gradus ad consulatum usque pro-
 vectus fuerat, aliis etiam dignitatum insignibus conspicuus, cum paucis militibus in Syriam pervenit, missus a Cæsare, cum ut jus redderet populis,

fuerat, novam facere nihil necesse erat. Sin male et inique facta, alium mitti oportebat, qui æquorem faceret descriptionem. Præterea prior illa descriptio quomodo fieri potuit a magistratu Romano, regnante Herode ; cum Herodes optimo jure rex esset Judææ a Senatu appellatus, nec jus esset magistratui Romano quidquam in Judæa pro imperio agere quandiu rex Herodes vixit. Mito quod circa extrema illa Herodis tempora quibus natus est Christus, Saturninus et Varus legati Cæsaris in Syria fuerunt, non autem Quirinius, ut jam supra dixi. Hæc sunt argumenta, quibus potissimum impulsus, Scaligeri sententiam minus probabilem duco, qui duas descriptiones fuisse contendit. Nec obstat quod ait Lucas, descriptionem illam quæ facta est paulo antequam Christus nasceretur, primam fuisse. Hoc enim vocabulo id tantum significatur, tunc primum in Judæa census a Romanis actus fuisse, nec ullam antea factam descriptionem. Falsum item est quod ait Scaliger, posteriorem descriptionem ad tetrarchiam Archelai, et ejus bona duntaxat pertinuisse. Imo Josephus in fine lib. xvii et initio xviii diserte scribit, Quirinium a Cæsare missum ad census agendos per Syriam ac Judæam. Scaligeri sententiam secutus est Petavius, cui hoc unum adject in *Ratignario temporum* : utramque hanc descriptionem a Quirinio cum extraordinaria potestate in Syriam misso factam esse. Verum Lucæ ac Josephi verba id refellunt. Nam Lucas quidem ait ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, et Josephus habet, δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἑσόμενος, quod non nisi de ordinario rectore dici potest. Eandem viam in conciliandis Lucæ ac Josephi locis secutus est Casaubonus in *Exercitationibus*. Sed omnes, meo quidem judicio, oleum atque operam perdiderunt. Nam ex duobus alterutrum falli necesse est. Quod cum de evangelista dicere aut omnino suspicari nefas sit, satius est in Judaicum scriptorem causam erroris conjicere. Quod si cui id durius videbitur, una hæc restat conciliandi ratio, quam supra indicavimus, ut in textu Lucæ pro Quirinio Saturninum restituamus, ejusque tempore descriptionem non a magistratu Rom., sed ab ipso Herode rege factam esse dicamus. Hac ratione optime inter se consentient Lucas ac Josephus. Posset etiam dici, descriptionem illam absolutam quidem ac terminatam fuisse sub Quirinio præside post exsilium Archelai ; diu tamen antea cœptam esse sub finem Herodis, quo tempore natus est Christus. Hac ratione omnis inter Lucam ac Josephum dissensio tollitur. Nam evangelista descriptionem illam, quæ sub ortum Christi, superstite adhuc Herode fieri cœpta est, vocat descriptionem præsidis Quirinii, eo quod sub Quirinio tandem terminata est. Hæc, meo quidem judicio, comnodissima est interpretatio loci illius ex Evangelio Lucæ, quippe quæ unam duntaxat descriptionem factam fuisse supponit, non autem duas, ut Scaliger aliique ejus opinionem secuti, contra fidem historiæ conflinxerunt.

(74) Ἰουδας ὁ Γαλιλαῖος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς

Γαλιλαῖος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς (74), καὶ ἀπέστησε λαὸν πολὺν (75) ὀπίσω αὐτοῦ· κάκεινος ἀπώλετο, καὶ πάντες ὅσοι ἐπέβηοντο αὐτῷ, διεσκορπίσθησαν. » Τοῦτοις γοῦν καὶ ὁ δεδηλωμένος ἐν ὀκτωκαιδεκάτῃ τῆς Ἀρχαιολογίας συνάδιων, ταῦτα παρατίθεται κατὰ λέξιν « Κυρηνίος δὲ τῶν εἰς βουλήν συναγομένων ἀνὴρ, τὰς τε ἄλλας ἀρχὰς ἐπιτετελεσώς καὶ διὰ πατῶν δευῦσας, ὡς καὶ ὑπατος γενέσθαι, τὰ τε ἄλλα ἀξιώματι μέγας (76), σὺν ὀλίγοις ἐπὶ Συρίᾳ παρῆν, ὑπὸ Καίσαρος δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἀπεσταλμένος, καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος. » Καὶ μετὰ βραχέα φησὶν « Ἰουδας δὲ Γαυλιανίτης

ἀπογραφῆς. Scaliger in lib. vi *De emendatione B temporum* et in animalversionibus Eusebianis, ait Lucam in Actibus apostolorum, non de prima professione loqui sub qua natus est Christus, sed de secunda, quæ facta est post relegationem Archelai : et Eusebium graviter reprehendit, qui has duas professiones inter se confuderit. Sed Scaliger ipse gravissime fallitur, qui, nullo auctore fultus, duas descriptiones nobis obtrusit, cum unam tantum fuisse et Josephus et Lucas ipse confirmet. Non enim addit Lucas τῆς δευτέρας ἀπογραφῆς, sed tantum dixit τῆς ἀπογραφῆς, unicam fuisse innuens descriptionem. Origenes quoque in libro *contra Celsum* cum Eusebio consentit his verbis : Καὶ μετ' ἐκείνων, ἐν ταῖς τῆς ἀπογραφῆς ἡμέραις, ὅτε ἔοικε γεγενῆσθαι ὁ Ἰησοῦς, Ἰουδας τις Γαλιλαῖος πολλοὺς ἐαυτῷ συναπέστησεν ἀπὸ τοῦ λαοῦ. Id est : *Post illum in diebus census, quo tempore Jesus natus est, Judas quidam Galilæus fecit multos e populo ad se deficere.* Eandem igitur opera Origenem reprehendet Scaliger, quippe qui eadem dixerit quæ Eusebius noster. Neque enim Origenes duas Judææ descriptiones distinxit. Porro Eusebius noster secum ipse optime consentit. Nam cum evangelicam secutus auctoritatem, census illum Quirinii in exordia natalis Dominici conjecerit, consequens fuit, ut motum Judæ Galilæi in idem tempus conferret. In quo dissentit quidem a Josepho, ut supra dixi, sed cum beato Luca, et secum ipse egregie concordat. Quod si quis nostram sententiam amplecti maluerit, nulla inter Lucam ac Josephum reperietur dissensio. Nos enim descriptionem illam ejus tempore natus est Christus, cœptam esse dicimus Herode in Judæa regnante ; eandem vero decem circiter post annis Archelæo Herodis filio in exsilium misso, a Quirinio absolutam ac terminatam fuisse. Quo quidem tempore tumultum Judæ Galilæi exstitisse asserimus, post relegationem scilicet Archelai. Certe ante exauctorationem Archelai nulla subesse potuit causa cur Judas populum Judæorum ad defectionem concitaret. Siquidem nec census illic agi potuit a magistratu Romano, ubi rex imperabat socius et amicus populi Romani ; nec ullum Judæis imminerebatur periculum, ne alienigenis servirent, cum Judæo, id est gentis suæ regi, parent. Ex quo apparet, et census et motum Judæ Galilæi nonnisi post exsilium Archelai contingere potuisse.

(75) Καὶ ἀπέστησε λαὸν πολὺν. Postrema vox abest a nostris codicibus Maz., Med. ac Fuk.; pro qua in vulgatis editionibus Actuum cap. v legitur λαὸν ἱκανόν. Sed nec vetus interpres, nec Rufinus eam vocem agnoscunt.

(76) Vulg. τὰ τε ἄλλα ἀξιώματα μέγας. Magis placet lectio quam in codicibus nostris Regio, Maz., Fuk. ac Savil. et in veteribus schedis reperimus, τὰ τε ἄλλα ἀξιώματι μέγας. Atque ita legit Rufinus, ut ex interpretatione ejus apparet : *Cyrinus quoque vir unus ex consensu curiæ Romanæ, per singulos magistratus usque ad gradus consulatus ascendens ; cætera quoque honorabilis.*

ἀνὴρ ἐκ πόλεως ὄνομα Γαμάλας, Σάδδογον Φαρισαῖον Ἀ
 προσλαθόμενος, ἤπειγετο ἐπὶ ἀποστασίαν, τὴν τε
 ἀποτίμησιν οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀντικρυς δουλείαν ἐπιτέρειν
 λέγοντες, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐπ' ἀντιλήψει παρακα-
 λούντες τὸ ἔθνος. » Καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν
 τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου περὶ τοῦ αὐτοῦ ταῦτα γρά-
 φει: « Ἐπὶ τούτοις τις ἀνὴρ Γαλιλαῖος, Ἰούδας ὄνο-
 μα, εἰς ἀποστασίαν ἐνήγε τοὺς ὑποκρίτους, κακίζων,
 εἰ φόρον τε Ῥωμαίους τελεῖν ὑπομένουσι, καὶ μετὰ
 τὴν Θεὸν οἴσουσι θνητοὺς δεσπότας. » Ταῦτα ὁ Ἰω-
 σηπος.

post Deum mortales dominos agnoscerent. » Hæc Josephus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὡς κατὰ τοὺς χρόνους αὐτοῦ ἀκολούθως ταῖς
 προφητείας ἐξέλιπον ἄρχοντες οἱ τὸ πρῶτον ἐκ
 προγόνων διαδοχῆς τοῦ Ἰουδαίου ἔθνους ἡγού-
 μενοι, πρῶτος τε ἀλλόφυλος βασιλεύει αὐτῶν
 Ἡρώδης (Nic. H. E. 1, 6).

Τηνικαῦτα δὲ καὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους Ἡρώδου
 πρώτου τὸ γένος ἀλλοφύλου διειληφότος τὴν βασιλείαν,
 ἡ δὲ Μωϋσέως περιγραφὴν ἐλάμβανε προφητεία,
 ἡ οὐκ ἐκλείψειν ἄρχοντα ἐξ Ἰούδα οὐδὲ ἡγούμενον
 ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ φήσασα, ἕως ἂν ἔλθῃ ὃ ἀπό-
 κειται. » Ὅν καὶ ἀποφάνει προσδοκίαν ἔθνῶν ἔσε-
 σθαι. Ἀτελὴ γέτοί τα τῆς προβήσεως ἦν, καθ' ὅν
 ὅπῃ τοῖς οἰκείοις τοῦ ἔθνους ἄρχουσι διάγειν αὐτοῖς
 ἐξῆν χρόνον, ἄνωθεν ἐξ αὐτοῦ Μωϋσέως καταρξα-
 μένοις, καὶ εἰς τὴν Αὐγούστου βασιλείαν διαρκέ-
 σαι· καθ' ὅν πρῶτος ἀλλόφυλος Ἡρώδης (77) τὴν
 Ἰουδαίων ἐπιτρέπεται ὑπὸ Ῥωμαίων ἀρχὴν (78).
 ὡς μὲν Ἰώσηπος παραδίδωσιν, Ἰδομαῖος ὢν κατὰ
 πατέρα τὸ γένος, Ἀράβιος δὲ κατὰ μητέρα. Ὡς δ'
 Ἀφρικανὸς, οὐχ ὁ τυχὼν δὲ καὶ οὗτος γέγονε συγγρα-
 φεύς, φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβοῦντες (79), Ἀν-
 τιπάτρου· τοῦτον δὲ εἶναι πατέρα Ἡρώδου (80) τινὸς
 Ἀσκαλωνίτου, τῶν περὶ τὸν νεῦ τοῦ Ἀπολλωνίου ἱε-
 ροδούλων καλουμένων (81) γεγενηναί. Ὁς Ἀντίπατρος
 ὑπὸ Ἰουδαίων ληστῶν παιδίον αἰχμαλωτισθεὶς, σὺν

⁷⁷ Gen. XLIX.

(77) Ἀλλόφυλος Ἡρώδης. Herodem non fuisse
 alienigenam abunde docuit Josephus Scaliger in no-
 tis ad Eusebii *Chronicon*. Certe Josephus in libro xx
Antiquitatum, cap. 6, Herodem vocat Judæum ge-
 nere. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι, πρωτεύειν ἤξιουν, διὰ τὸ
 κτίστην τῆς Καισαρείας Ἡρώδη αὐτῶν βασιλεῖα,
 γεγενηναί τὸ γένος Ἰουδαῖον.

(78) Vulg. τὴν κατὰ Ἰουδαίων ἀρχὴν. Delenda
 est præpositio κατὰ, ex superioribus male repetita.
 In vetustissimo codice Mazarino legitur κατὰ. Atque
 hic finis est paginae. In altera autem pagina sequitur
 Ἰουδαίων.

(79) Φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβοῦντες. Ita
 legitur in codice Regio. Quam lectionem confirmat
 Rufinus. Sic enim vertit: *Africanus autem, qui et
 ipse præcipuus in historiographis habetur: Aiunt, in-
 quit, qui de eo diligentius explorarunt, Antipatrum
 quemdam patrem esse Herodis Ascalonitæ, qui et ipse
 fuerit Herodis cuiusdam filius, templi Apollinis aedi-
 fici. Putavit scilicet Rufinus verba hæc esse Afri-
 cani, quæ citat Eusebius, ab eo loco φασὶν οἱ τὰ
 κατ' αὐτὸν ἀκριβοῦντες, etc. Sed fallitur Rufinus. Lo-
 cus enim Africani quem hic indicat Eusebius, inte-
 ger habetur infra cap. 7, ex epistola Africani ad
 Aristidem. Ex quo apparet, Eusebium hoc loco
 opinionem dumtaxat ac sensum Africani, non verba*

tum ut census ageret facultatum. » Et paulo post,
 « Judas, inquit, Gaulanites, ortus ex oppido Ga-
 mala, Sadduco quodam Pharisæo in societatem ad-
 juncto, populos ad defectionem concitabat: cum
 ambo dicerent censum nihil aliud esse quam mani-
 festum servitutis iudicium, et universam gentem
 ad defectionem libertatis cohortarentur. » Idem in
 libro secundo *De bello Judaico* de eodem viro hæc
 scribit: « Ea tempestate Judas quidam Galilæus
 ad defectionem incolas excitabat, palam exprobrans
 quod Romanis tributum pendere sustinerent, et

CAPUT VI.

Quod ejus temporibus, ut a prophetis prædictum
 fuerat, cessarunt principes, qui ex generis conti-
 nua successione Judæis imperabant: et quod
 primus ex alienigenis Herodes apud eos regnavit.

Per idem tempus cum Herodes primus ex alieni-
 genis Judaicæ gentis regnum obtineret, completa
 esse videbatur Moysis prædictio quæ sic habet ⁷⁷:
 « Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de fe-
 more ejus, donec veniat cui sepositum est. » Quem
 etiam exspectionem gentium fore confirmat.
 Quippe sine effectu semper pendeat prædictio,
 quandiu sub domesticis principibus Judæis agere
 licebat: qui quidem a Moyse initio ducta ad usque
 Augusti tempora permanserunt. Cujus principatu
 primus ex alienigenis Herodes regnum Judææ a
 Romanis adeptus est: cum, ut a Josepho quidem
 traditum est, paterno genere Idumæus, Arabs ma-
 terno esset. Ut autem scribit Africanus, non igno-
 bilis et ipse scriptor, qui de illo accuratius scri-
 pserunt, Antipatri filium fuisse tradunt. Huic vero
 Herodem quemdam Ascalonitam, unum ex numero
 servorum **19** templi Apollinis, quod Ascalone est,
 patrem fuisse. Antipater, cum admodum puer a la-
 tronibus Idumæis captus fuisset, cum iisdem diu-

retulisse. Porro nostri codices Maz. ac Med. cum
 Fuk. ac Saviliano scriptum hichabent, ὡς φασὶν οἱ
 τὰ κατ' αὐτὸν ἀκρ.

(80) Τοῦτον δὲ εἶναι πατέρα Ἡρώδου. Ita quidem
 ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Sed in no-
 stris codicibus Maz., Med. et Fuk. desunt hæc voces εἶ-
 ναι πατέρα, rectius sine dubio, quanquam Rufinus
 vulgatam scripturam tueri videtur.

(81) Ἱεροδούλων καλουμένων. Rufinus et Christo-
 phorsonus *æditus* vertunt, quod non probo. Nam ἱε-
 ρόδοιοι sunt servi templorum. Varro in lib. vii *De
 lingua Latina: ut sociatum, ut sanorum servi*. Tales
 erant Veneri in Sicilia, servi templi Veneris Ery-
 cinæ, de quibus Cicero in *Divinatione*, et in iii *Ver-
 rina*. Tales etiam apud Tarentinos servi Martiales,
 teste Cicerone *pro Cluentio*. Hujusmodi item erant
 Corinthi Veneræ meretrices, quas ἱεροδούλους
 vocat Strabo in libro viii, quæ a dominis Veneri
 erant mancipatæ. Denique et Comanis Bellonæ servi
 erant quamplurimi, teste eodem Strabone in lib. xii.
 Firmicus quoque in libro viii *Matheseos*, hierodulos
 distinguit ab æditis. Porro ut servi, sic etiam li-
 berti sanorum erant, qui pecunia libertatem sibi
 comparaverant. Quare et liberta Veneris Eryci-
 næ dicitur a Cicerone in *Divinatione*. Ἱεροδού-
 λοι: nominantur etiam E:dræ cap. viii.

tius vixit, eo quod pater pro redemptione ipsius pretium solvere præ inopia non valeret. Moribus igitur institutisque eorum innutritus, tandem in notitiam Hircani Judæorum sacerdotis amicitiamque pervenit. Hujus filius fuit Herodes is qui Servatoris nostri temporibus vixit. Itaque cum Judæorum regnum ad hunc Herodem devenisset, erat jam quodammodo pro foribus gentium expectatio, prout a prophetis prædictum fuerat : quippe cum ex eo tempore defecissent rectores et duces, qui jam inde ab ipso Moyse per continuum successionem apud eos principatum tenebant. Nam ante captivitatem quidem, et priusquam Babylonem transportati fuissent, regum imperio agebantur : primique Saul et David reges fuerunt. Antea vero a magistratibus, qui iudices dicti sunt, regebantur ; qui quidem statim post Moysen ejusque successorum Jesum populo præfuerunt. Reversi demum e Babylonia, optimatum imperio et paucorum dominatu deinceps uti cœpere. Rerum enim summa penes pontifices erat : donec Pompeius proconsul populi Romani eo adveniens, Hierosolymam quidem armis expugnavit, et ad intimum usque sacrarium progressus templum polluit : Aristobulum vero qui per avitam successionem ad id usque tempus rex simul et sacerdos permanserat, vinctum cum liberis Romam misit : et Hircano quidem ejus fratri sacerdotium tradidit, universam autem Judæorum gentem exinde Romanis tributariam fecit. Haud multo post Hircano, in quem ultimum sacerdotum progenies erat devoluta, a Parthis intercepto, primus, ut dixi, ex alienigenis Herodes a senatu et Augusto Judææ regnum accepit. Quo tempore cum Christi corporalis præsentia orbi illucesceret, expectata illa gentium salus exitum sortita est, et nationum vocatio, prout prophetarum oraculis prædictum fuerat, subsequuta. Ex quo etiam tempore cum principes et duces ex Juda, id est ex Judæorum gente defecissent, successio summi sacerdotii, quod per generis continuam seriem proximo cuique hactenus constantissime delatum fuerat, consequenter turbari cœpta **20** est. Hujus rei locupletissimum testem habes Josephum, qui Herodem scribit, postquam rex Judææ a Romanis constitutus est, non amplius ex antiqua pontificum stirpe summos sacerdotes creavisse, sed ignobilibus et obscuris quibusdam hominibus honorem illum con-

Α ἐκείνοις ἦν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸν πατέρα πένητα δῖτα (82) λύτρα καταθέσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. Ἐντραφεῖς δὲ τοῖς ἐκείνων ἦθεσιν, ὕστερον Ἰγρκανῶ τῷ Ἰουδαίων ἀρχιερεὶ φιλοῦται (83). Τοῦτῳ παῖς γίνεται ὁ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἡρώδης. Εἰς δὴ οὖν τὸν τοιοῦτον τῆς Ἰουδαίων περιελθούσης βασιλείας, ἐπὶ θύραις ἦδη καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν ἀκολούθως τῇ προφητεῖᾳ προσδοκία παρῆν, ἅτε διαλελοιπότων ἐξ ἐκείνου τῶν παρ' αὐτοῖς ἐξ αὐτοῦ Μωϋσέως κατὰ διαδοχὴν ἀρξάντων τε καὶ ἡγησαμένων. Πρὸ μέντοιγε τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῶν καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα μεταναστάσεως, ἐβασίλευοντο ἀπὸ Σαοὺλ πρῶτον καὶ Δαβὶδ ἀρξάμενοι· πρὸ δὲ τῶν βασιλέων, ἄρχοντες αὐτοὺς διεῖπον, οἱ προσαγορευόμενοι κριταί· ἄρξαντες καὶ αὐτοὶ μετὰ Μωϋσέα καὶ τὸν τοῦτου διάδοχον Ἰησοῦν. Μετὰ δὲ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον οὐ διεῖπον πολιτεία χρώμενοι ἀριστοκρατικῇ μετὰ ὀλιγαρχίας. Οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς προσετήκεισαν τῶν πραγμάτων, ἄχρις οὗ Πομπηῖος Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπιστάς, τὴν μὲν Ἰερουσαλὴμ πολιορκεῖ κατακράτος, μαινέει τε τὰ ἅγια μέχρι τῶν ἀδύτων τοῦ ἱεροῦ προσελθῶν. Τὸν δὲ ἐκ προγόνων διαδοχῆς εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ διαρκέσαντα βασιλέα τε ὁμοῦ καὶ ἀρχιερέα, Ἀριστόβουλος ὄνομα ἦν αὐτῶ, θέσμιον ἐπὶ Ῥώμην ἅμα τέκνοις ἐκπέμψας, Ἰγρκανῶ μὲν τῷ τούτου ἀδελφῶ τὴν ἀρχιερωσύνην παραδίδωσι τε καὶ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος ἐξ ἐκείνου Ῥωμαίοις ὑπόφορον καταστήσατο. Αὐτίκα γοῦν καὶ Ἰγρκανοῦ, εἰς ὃν ὕστατον τὰ τῆς τῶν ἀρχιερέων περιέστη διαδοχῆς, ὑπὸ Πάρθων αἰχμαλώτου ληφθέντος, πρῶτος, ὡς γοῦν εἶπεν, ἀλλόφυλος Ἡρώδης ὑπὸ τῆς συγκλήτου Ῥωμαίων καὶ Αὐγούστου βασιλέως τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἐγγειρίζεται. Καθ' ὃν ἐναργῶς, τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐνστάσης, τῶν ἐθνῶν ἡ προσδοκωμένη σωτηρία τε καὶ κλήσις (84) ἀκολούθως τῇ προφητεῖᾳ παρηκολούθησεν· ἐξ οὗ δὴ χρόνου τῶν ἐξ Ἰούδα ἀρχόντων τε καὶ ἔργουμένων, λέγω δὲ τῶν ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους διαλελοιπότων, εἰκότως αὐτοῖς καὶ τὰ τῆς ἐκ προγόνων εὐσταθῶς ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα διαδόχους κατὰ γενεὰν προϊούσης ἀρχιερωσύνης, παραχρῆμα συγγεῖται. Ἐχεις καὶ τούτων ἀξιόγραφον τὸν Ἰώσηπον μάρτυρα, δηλοῦντα ὡς τὴν βασιλείαν παρὰ Ῥωμαίων ἐπιτραπεῖς Ἡρώδης, οὐκέτι τοὺς ἐξ ἀρχαίου γένους καθίστησιν ἀρχιερεῖς, ἀλλὰ τισιν ἀσήμεσι τὴν τιμὴν ἀπένεμεν τὰ ὁμοία δὲ πρᾶξι τῷ Ἡρώδῃ περὶ τῆς καταστάσεως τῶν ἀρχιερέων, Ἀρχέλαόν τε τὸν παῖδα αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦτον Ῥωμαίους, τὴν ἀρ-

(82) Vulg. *πωχὸν ἔντα*. Ita quidem ἑνδὲξ Regius. Sed reliqui omnes, Med. scilicet et Maz. cum Fuk. ac Savil. scriptum habent *πένητα ἔντα*, longe rectius. Nam *πωχός* proprie mendicium significat, qui stipem poscit ab occurrentibus ; cujusmodi nequaquam fuit Herodes pater Antipatri.

(83) *Φιλοῦται*. Omnes nostri codices uno consensu scriptum exhibent *φιλοῦται*. Quem quidem consensum haudquaquam negligendum puto. Totus autem locus in vetustissimo codice Maz. ita legitur : Ἐντραφεῖς δὲ τοῖς ἐκείνων ἔθεσιν, ὕστερον Ἰγρκανῶ τῷ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεὶ φιλοῦται ; quam scripturam in Mel. quoque et Fuk. codicibus reperi.

(84) Vulg. *σωτηρία τέλος ἐλάβετε, καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν κλήσις*. In codice Regio totus hic locus ita legitur : ... ἐνστάσης, τῶν ἐθνῶν ἡ προσδοκωμένη σωτηρία τε καὶ κλήσις ἀκολουθῶς τῇ προφητεῖᾳ παρηκολούθησεν. Quam quidem lectionem vulgatæ scripturæ longe præferendam existimo. Ita certe legit Rufinus, sic enim vertit : *Sub quo, imminente jam Salvatoris adventu, etiam gentium salus, et vocatio expectata illa, secundum ea quæ prophetæ prædixerant, consecuta est*. Vulgata tamen lectio ad oram codicis Regii ascripta est eadem manu ; c: in codicibus Maz., Med. ac Fuk. habetur.

γὴν τῶν Ἰουδαίων παρειληφότας. Ὁ δ' αὐτὸς δηλοῖ, ὡς ἄρα καὶ τὴν ἱερὰν στολὴν τοῦ ἀρχιερέως, πρῶτος Ἡρώδης ἀποκλείσας, ὑπὸ ἰδίᾳ σφραγίδα πεποιήται, μηκέτ' αὐτὴν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἔχειν ὕφ' ἑαυτοῦ ἐπιτρέψας· ταῦτ' δὲ καὶ τὸν μετ' αὐτὸν Ἀρχέλαον, καὶ μετὰ τοῦτον Ῥωμαίους διαπράξασθαι. Καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν εἰρήσθω, εἰς ἑτέρας ἀποδείξιν προφητείας κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πεπερασμένης. Σαφέστατα γοῦν ἐν τῷ Δανιὴλ ἔδομαδῶν τινῶν ἀριθμὸν ὀνομαστὶ ἕως Χριστοῦ ἤγουμένου περιλαβὼν ὁ λόγος, περὶ ὧν ἐν ἑτέροις διετλήψαμεν (85), μετὰ τὸ τοῦτον συμπέρασμα ἐξολοθρευθήσεσθαι τὸ παρὰ Ἰουδαίους χρίσμα προφητεύει. Καὶ τοῦτο δὲ σαφῶς κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γεννήσεως ἀποδείκνυται συμπληρωμένον. Ταῦτα δ' ἡμῖν ἀναγκαίως εἰς παράστασιν τῆς τῶν χρόνων ἀληθείας προτετηρήσθω.

A tulisse. Eadem in designandis sacerdotibus observasse ait Archelaum Herodis filium, ac deinde Romanos, qui post illum Judææ imperium occuparunt. Idem ipse Josephus tradit primum omnium Herodem sacram sacerdotis vestem sub privato sigillo tenuisse conclusam, nec deinceps sacerdotibus permisisse ut illam penes se haberent: idemque ab Archelao ejus successore et a Romanis postea factum fuisse. Atque hæc a nobis dicta sint ad comprobendam veritatem alterius prophetiæ, quæ in adventu Servatoris Domini nostri Jesu Christi exitum sortita est. Etenim in libro Danielis, postquam certum numerum septimanarum usque ad Christi principatum sacra Scriptura nominatim percensuit, de quibus alibi disseruimus, his demum completis, sacri olei unctionem apud Judæos abolendam esse prædicit. Quod quidem eo ipso quo Servator noster Jesus Christus natus est tempore, manifeste impletum esse convincitur. Atque hæc ad ostendendam temporum veritatem necessario a nobis præmissa sint.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

CAPUT VII.

Περὶ τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγέλοις νομιζομένης διαφωνίας τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίας (Nic. H. E. 1, 7, 11).

De dissensu qui creditur esse inter Evangelia in stirpe Christi.

Ἐπειδὴ δὲ τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίαν διαφόρως ἡμῖν ὁ τε Ματθαῖος καὶ ὁ Λουκᾶς εὐαγγελιζόμενοι παραδεδώκασι, διαφωνεῖν τε νομίζονται τοῖς πολλοῖς, τῶν δὲ πιστῶν ἕκαστος (86) ἀγνοίᾳ τ' ἀληθῶς εὐρεσιλογεῖν εἰς τοὺς τόπους πεφιλοτίμηται, φέρε καὶ τὴν περὶ τούτων καταλθοῦσαν εἰς ἡμᾶς ἱστορίαν παραθώμεθα, ἣν δι' ἐπιστολῆς Ἀριστείδῃ γράφων περὶ συμφωνίας τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγέλοις γενεαλογίας, ὁ μικρῶ πρόσθεν ἡμῖν δηλωθεὶς Ἀφρικανὸς ἐμνημόνευσε, τὰς μὲν δὲ τῶν λοιπῶν δόξας ὡς ἂν βιαίους καὶ διεψευσμένους ἀπελέγξας (87), ἣν δ' αὐτὸς παρελιφεν ἱστορίαν, τούτοις αὐτοῖς ἐκτιθέμενος τοῖς ῥήμασιν· « Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα (88) τῶν γενῶν ἐν Ἰσραὴλ ἠριθμεῖτο ἢ φύσει, ἢ νόμῳ, φύσει μὲν, γνησίου σπέρματος διαδοχῆ, νόμῳ δὲ, ἑτέρου παιδοποιουμένου εἰς ἕνομα τελευτήσαντος ἀδελφοῦ ἀτέκνου· ὅτι γὰρ οὐδέπω δέδοτο ἔλπις ἀναστάσεως σαφῆς, τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν ἀναστᾶσαι ἐμμεοῦντο θνητῇ, ἵνα ἀνέκλειπτον μένη τὸ ἕνομα τοῦ μετῆλλαχότος· ἐπεὶ οὖν οἱ τῇ γενεαλογίᾳ ταύτῃ

Sed quoniam Matthæus et Lucas in Evangeliorum libris Christi genus ac stirpem varie nobis tradiderunt, et plurimum inter se dissentire vulgo existimantur, adeo ut singuli fidelium ob veritatis ignorationem, varias eorum locorum explicationes certatim excogitaverint: de his traditionem quæ ad nos usque deducta est proponamus, quam is de quo paulo ante diximus Africanus, in *Epistola ad Aristidem* de consensu Evangeliorum in stirpe Christi narranda, commemoravit. Ubi aliorum quidem opiniones tanquam violentas et falso confictas coarguit; ipse vero quam compererat historiam, his refert verbis: « Nam quoniam, inquit, apud Israelitas generationum nomina, **21** vel ex naturæ, vel ex legis ordine numerabantur: naturæ quidem, cum legitimi filii parentibus succedunt; legis vero, quoties quis in nomen ac familiam fratris sine liberis defuncti filios sustulit. Cum enim certa spes resurrectionis nondum eis data esset, futuram ejus promissionem mortali quadam resurrectione

(85) Περὶ ὧν ἐν ἑτέροις διετλήψαμεν. Intelligit libros *Demonstrationis evangelicæ*. Etenim in octavo ejus operis libro agit de hebdomadibus Danielis, quas adventu Christi completas esse contendit juxta sententiam Africani. Eundem Eusebii locum ex lib. viii *Demonstrationis evangelicæ* citat Hieronymus in *Commentariis in Daniele*m.

(86) Τῶν δὲ πιστῶν ἕκαστος. Quatuor nostri codices, Regius scilicet ac Maz., cum Med. et Fuk., scriptum habent τῶν τε πιστῶν, etc. Sed Rob. Stephanus cum hanc particulam jam antea in superiore membro positam videret, hoc loco δὲ substituit; nobis tamen rectior videtur scripta lectio.

(87) Vulg. διεψευσμένους ἀποδείξας. Hoc loco Rob. Stephani consilium laudare nullo modo possum, qui cum Regium codicem sibi sequendum proposuisset, eum ex parte duntaxat expressit. Nam in Regio quidem codice totus hic locus ita legitur: τὰς μὲν

δὲ τῶν λοιπῶν δόξας βιαίους καὶ διεψευσμένους ἀποδείξας. In reliquis autem codicibus, Med. scilicet et Maz. ac Fuk., ita scriptus est: τὰς μὲν τῶν λοιπῶν δόξας ὡς ἂν βιαίους καὶ διεψευσμένους ἀπελέγξας. Atque ita legitur etiam apud Nicephorum. Duplex igitur fuit scriptura hujus loci, cum alii ἀποδείξας legerent, alii ἀπελέγξας. Sed qui legebant ἀποδείξας, si adverbium illud ὡς ἂν expungebant, quippe quod nullo modo convenire possit cum verbo ἀποδείξας. Nos ἀπελέγξας prætulimus, tum quia plurimum exemplarium auctoritate firmatur, tum quod Rufinum ita legisse ex ejus versione comperimus.

(88) Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα. Particula γὰρ abest a nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil., nec habetur in interpretatione Rufini. Exstat tamen in codice Regio et apud Nicephorum in cap. 11 lib. 1.

delineabant, ut mortui nomen nullis unquam obli-
terandum sæculis permaneret. Quoniam igitur eor-
um qui inter majores Christi recensentur, alii natu-
rali jure, ut filii, parentibus successerunt, non-
nulli vero cum ab aliis procreati essent, aliis ascri-
pti sunt: ideo utrorumque mentio facta est, tam
eorum qui vere patres, quam illorum qui quasi
patres fuerunt. Ita fit, ut neutrum Evangeliorum
falsum sit, cum alterum naturam, alterum legem
in majoribus enumerandis sequatur. Nam familiæ
quæ cum a Salomone, tum a Nathan deducuntur,
adeo inter se permistæ sunt, partim reparatione
nominis eorum qui sine prole decessissent, partim
secundis nuptiis, partim etiam seminis suscita-
tione, ut iidem homines diversos patres habuisse
merito credantur; hos quidem fictitios, illos vero
naturales. Quo fit, ut Evangelii utriusque narratio
absolute verissima, vario quidem linearum com-
textu, sed accurate ad Josephum usque descendat.
Verum ut id quod diximus, clarius fiat, utriusque
stirpis seriem proponemus. Igitur si a Davide per

(89) Vulg. *συνεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις τὰ γένη*. Ita quidem ex codice Mediceo edidit Rob. Stephanus. In Regio exemplari prius scriptum erat *ἐπε-
πλάκη*. Postea vero emendatum est paulo recentiore
manu *συνεπεπλάκη*. Priorem illam lectionem *ἐπε-
πλάκη* retinuit Nicephorus. Codd. autem Maz. et Fuk.
scriptum habent *συνεπεπλάκει*, vel, quod idem est,
συνεπεπλάκη. Atque ita legisse videtur Rufinus: sic
enim vertit: *Reconjunctum namque est sibi invicem
genus, et illud quod per Salomonem, et illud quod
per Nathan deducitur*, etc. Ubi videt Rufinum duas
illas præpositiones verbi *συνεπεπλάκει* totidem Latini-
s exprimere voluisse. In vulgatis quidem Rufini
editionibus legitur, *conjunctum namque est sibi invi-
cem genus*, etc. Verum in duobus manuscriptis codi-
cibus, altero bibliothecæ Regiæ, altero Parisiensis
Ecclesiæ, et in vetustissimis editionibus legitur *re-
conjunctum*. Nec tamen probare possum interpretationem
Rufini. Nam reconjungi quidem dicuntur
duæ familiæ, quæ cum ex eadem gente ortæ sint,
mutuis post ea conubiis inter se rejununtur. Sed
in hoc loco longe alia Africani mens est. Non enim
dicit Africanus Nathanæos ac Salomonios qui ex
eadem gente Davidica originem ducebant, mutuis
inter se conubiis postea rejunctos fuisse. Verum
hoc dicit, generationes illas, tum quæ a Nathane,
tum quæ a Salomone ducuntur, implexas esse atque
intricatas, ob secundas scilicet nuptias viduarum et
seminum suscitationes, quæ in multis generationum
illarum gradibus occurrunt. Proinde præpositio illa *ἐπι*
in verbo *συνεπεπλάκει*, non exponenda erat per *re*
ut fecit Rufinus, sed potius per præpositionem
super. Ad verbum, *συνεπεπλάκει*, *superimplexum
est*.

(90) *Ἀναστάσειν ἀτέκνων*. Vir doctissimus
Joannes Langus, qui Nicephorum Latine interpreta-
tus est, hunc locum ita vertit: *Implicata enim inter
se sunt genera, et quod a Salomone et quod a Nathan
descendit, representatione eorum qui liberos non
creverunt secundisque nuptiis ac resuscitatione sem-
inum*. Rufinus vero liberius quidem, sed non sine
elegantia ita vertit: *Reconjunctum namque sibi est
invicem genus, et illud quod per Salomonem, et illud
quod per Nathan deducitur, per legales substitutio-
nes quæ fiebant his qui sine liberis decedebant, et per
secundas nihilominus nuptias, quibus unus atque
idem ab aliis parentibus progenitus, aliorum esse filius
videbatur*. Omisit Rufinus verba illa Africani: *καὶ
ἀναστάσει σπερμάτων*, quæ certe superflua videntur.

ἔμφορμένοι, οἱ μὲν διεδέξαντο πατέρας πατέρα γυν-
αίως, οἱ δὲ ἑτέροις μὲν ἐγεννήθησαν, ἑτέροις δὲ
προσετέθησαν κλησει, ἀμφοτέρων γέγονεν ἡ μνήμη,
καὶ τῶν γεγεννηκότων, καὶ τῶν ὡς γεγεννηκότων.
Οὕτως οὐδέτερον καὶ νόμον· συνεπεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις
τὰ γένη (89), τὸ τε ἀπὸ τοῦ Σολομώντος, καὶ τὸ ἀπὸ
τοῦ Νάθαν, ἀναστάσειν ἀτέκνων (90), καὶ δευτερογα-
μαίαις, καὶ ἀναστάσει σπερμάτων (91), ὡς δικαίως τοὺς
αὐτοὺς ἄλλοτε ἄλλων νομιζεσθαι (92), τῶν μὲν δοκούν-
των πατέρων, τῶν δὲ ὑπαρχόντων· ὡς ἀμφοτέρας τὰς
διηγήσεις ἀληθεῖς οὐσας, ἐπὶ τὸν Ἰωσήφ πολυπλό-
κως μὲν, ἀλλ' ἀκριβῶς καταθεῖν. Ἴνα δὲ σαφές
ἦ τὸ λεγόμενον, τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν (93) διη-
γήσομαι. Ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομώντος τὰς γενεάς
καταριθμουμένοις, τρίτος ἀπὸ τέλους εὐρίσκειται
Ματθάν, ὃς ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ τοῦ Ἰωσήφ τὸν
πατέρα· ἀπὸ δὲ Νάθαν τοῦ Δαβὶδ κατὰ Λουκᾶν,
ὁμοίως τρίτος ἀπὸ τέλους Μελεχί, οὗ υἱὸς ὁ ἥλιος
τοῦ Ἰωσήφ πατῆρ· Ἰωσήφ γὰρ υἱὸς ἥλιος τοῦ
Μελεχί. Σκοποῦ τούτων ἡμῖν κειμένου τοῦ Ἰωσήφ,

Cum enim jam antea dixerit ἀναστάσειν ἀτέκνων
rejunctas fuisse familias, quid opus est addere ἀνα-
στάσειν σπερμάτων, quod unum idemque est teste
Africano in hac ipsa ad Aristidem epistola. Ceterum
obscurum est quod hic ait Africanus, reparatione
scilicet seminis eorum qui sine liberis decessissent,
misceri solitas esse familias. Nam quoties frater
eodem patre natus relicta fratris sui in conjugium
ducebat, nulla erat agnationis mutatio. Sed si forte
frater uterinus viduam fratris sui uxorem duceret,
tunc aliqua familiarum permistio nasci poterat.
Itaque merito addidit Africanus, καὶ δευτερογα-
μαίαις. Hæc enim præcipua fuit causa permistionis
familiarum, quoties mulier susceptis jam liberis ex
priori matrimonio, ad secundas nuptias transvola-
bat, et filios ex posteriore etiam viro pariebat. Quo
facto, filium ex prioris matrimonio natum, uxorem
duxisse, et improlem postea obisse fingamus. Tunc
si frater illius uterinus viduam in conjugium duxe-
rit, et ex ea liberis sustulerit, in persona libero-
rum erit aliqua familiarum confusio, ita ut natura
quidem hujus, lege autem illius filii dicantur.

(91) *Καὶ ἀναστάσει σπερμάτων*. Apud Nicepho-
rum legitur ἀναστάσει, atque ita in codice Regio prius
scriptum fuerat, postea vero emendatum est alia
manu ἀναστάσει. Verum Nicephori lectio magis
placet, cum paulo ante positum sit ἀναστά-
σει.

(92) *Ἄλλοτε ἄλλων νομιζεσθαι*. Hæc est scri-
ptura Regii codicis, quam Nicephorus etiam con-
firmat. Nostri tamen codices Med., Maz., Fuk.,
scriptum habent ἄλλοτε ἄλλως.

(93) Vulg. *τὴν ἀπολοῦθαι τῶν γενῶν*. Hæc est
scriptura codicis Regii, quem secutus est Stephanus.
Nec aliter legisse videtur Rufinus qui sic vertit,
ipsius generationum consequentias enarrabimus. Reliqui
tamen codices Maz., Med., Fuk. ac Savilli, præfer-
unt τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν. Quam quidem le-
ctionem etiam ad latum codicis Regii ascriptam in-
veni. Nicephorus autem habet ἐναλλαγὴν, id est
commutationem. Et Christophorus quidem vul-
gatam a Rob. Stephano lectionem secutus est. Ego
vero alteram lectionem amplexus sum, quippe quam
plures et meliores codices exhibent. Deinde Afric-
anus hoc loco nequaquam recenset seriem utrius-
que generationis. Neque enim progreditur ultra
Matthan et Melchi. Sed tantum exponit ἐπαλλα-
γὴν, id est *commutationem* seu *complicationem* dua-
rum familiarum in genealogia Christi.

ἀποδεικτέον πῶς ἑκάτερος αὐτοῦ πατὴρ ἱστορεῖται, ὃ τε Ἰακώβ ἀπὸ Σολομῶντος, καὶ Ἥλι ὁ ἀπὸ τοῦ Νάθαν ἑκάτερος καταγόνοτες τὸ γένος, ὅπως τε πρότερον οὗτοι δὴ ὃ τε Ἰακώβ καὶ Ἥλι δύο ἀδελφοί, καὶ πρὸς γε, πῶς οἱ τούτων πατέρες Μαθάν καὶ Μελχι διαφόρων ὄντες γενῶν, τοῦ Ἰωσήφ ἀναφαίνονται πάπποι. Καὶ δὴ οὖν ὃ τε Μαθάν καὶ Μελχι ἐν μέρει τὴν αὐτὴν ἀγαγόμενοι γυναῖκα, ὁμομητρίους ἀδελφοὺς ἐπαιδοποιήσαντο, τοῦ νόμου μὴ κωλύοντος χηρεύουσαν (94), ἥτοι ἀπολελυμένην, ἣ καὶ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, ἄλλω γαμείσθαι. Ἐκ δὴ τῆς Ἑσθᾶ, τοῦτο γὰρ καλεῖσθαι τὴν γυναῖκα παραδέδοται, πρῶτος Μαθάν ὃ ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος καταγῶν τὸ γένος, τὸν Ἰακώβ γεννᾷ· καὶ τελευτήσαντος τοῦ Μαθάν, Μελχι ὃ ἐπὶ τὸν Νάθαν κατὰ γένος ἀναφερόμενος, χηρεύουσαν ἐκ μὲν τῆς αὐτῆς φυλῆς, ἐξ ἄλλου δὲ γένους ὦν, ὡς προεπιπομεν, ἀγαγόμενος αὐτὴν, ἔσχεν υἱὸν τὸν Ἥλι. Οὕτω δὴ διαφόρων δύο γενῶν (95) εὐρήσομεν τὸν τε Ἰακώβ καὶ τὸν Ἥλι ὁμομητρίους ἀδελφοὺς· ὦν ὁ ἕτερος Ἰακώβ, ἀτέκνου τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος Ἥλι, τὴν γυναῖκα παραλαβὼν, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τρίτον τὸν Ἰωσήφ. Κατὰ φύσιν μὲν ἐαυτῷ, καὶ κατὰ λόγον· διὸ καὶ γέγραπται· « Ἰακώβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ. » Κατὰ νόμον δὲ τοῦ Ἥλι υἱὸς ἦν· ἐκεῖν γὰρ ὃ Ἰακώβ ἀδελφὸς ὦν, ἀνέστησε σπέρμα. Διόπερ οὐκ ἀκυρωθῆσεται καὶ ἡ κατ' αὐτὸν γενεαλογία, ἣν Ματθαῖος μὲν ὃ εὐαγγελιστὴς ἐξαρθρωμῶμενος, « Ἰακώβ δὲ, φησὶν, ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· » ὃ δὲ Λουκᾶς ἀνάπαλιν· ὃς ἦν υἱὸς, ὡς ἐνομιζέτο (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προστίθησι) τοῦ Ἰωσήφ, τοῦ Ἥλι, τοῦ Μελχι· τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν (96) ἐπισημότερον οὐκ ἦν ἐξεπιεῖν. Καὶ τὸ ἐγέννησεν ἐπὶ τῆς τοιαύτης παιδοποιίας ἀχρι τέλους ἐσιώπησε, τὴν ἀναφορὰν ποιησάμενος ἕως τοῦ Ἀδάμ καὶ τοῦ Θεοῦ (97) κατ' ἀνάλυσιν. Οὐδὲ μὴν ἀναπέδεικτον ἦ ἐσχιδιασμένον ἐστὶ τοῦτο· τοῦ γούν Σωτῆρος οἱ κατὰ σάρκα συγγενεῖς, εἴτε ὅν φανητῶντες, εἴθ' ἀπλῶς ἐκδιδάσκοντες, πάντως δὲ ἀληθεύον-

⁹³ Cap. III. ⁹⁴ Matth. I.

* (94) *Χηρεύουσαν.* Hoc loco Africanus χηρεύειν promiscue dixit tam de mulieribus repudiatis, quam de iis quarum viri fato functi sunt.

(95) *Διαφόρων δύο γενῶν.* Hoc loco γένος sumitur pro familia. Gens enim dividitur in familias. Sic gens Cornelia, verbi gratia, in plures erat divisa familias, puta Scipionum, Sullarum, Lentulorum; qui omnes ex diversa quidem familia, sed ex una eademque erant gente; ac proinde gentiles dicebantur. Eodem modo Matthan et Melchi ex diversa erant familia; ambo tamen ex eadem gente Davidica quæ in duas familias erat divisa, Salomoniorum scilicet et Nathanæorum.

(96) *Τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν.* Illic vero nimum argutari videtur Africanus. Cum enim Lucas de Christo dixerit: «Ὡς ἐνομιζέτο υἱὸς Ἰωσήφ τοῦ Ἥλι, τοῦ Μελχι, etc.» Africanus voces illas ὡς ἐνομιζέτο referri vult non solum ad illa verba υἱὸς Ἰωσήφ, sed etiam ad illa quæ sequuntur τοῦ Ἥλι. Quod etsi acutum videtur, est tamen ineptum atque insulsum. Nam si Lucas evangelista his vocibus ὡς ἐνομιζέτο, legalem illam generationem seu adoptionem intelligit, ut vult Africanus, sequeretur Christum filium fuisse Josephi per adoptionem legalem, eodem plane modo quo Josephus filius fuit Heli. Ita dicendum esset Mariam post mortem Jose-

A Salomonem generationes cum Matthæo numeraveris, tertius a fine reperietur Matthan qui genuit Jacob patrem Josephi. Quod si cum Luca a Nathan Davidis filio numeres, tertius item a fine reperietur Melchi, cujus filius fuit Heli pater Josephi. Sic enim ait⁹³: « Joseph qui fuit Heli, qui fuit Melchi. » Cum igitur velut scopus nobis propositus sit Josephus, explicandum nobis est, quomodo uterque pater illius esse dicatur, tam Jacob qui ex Salomone, quam Heli qui ex Nathan originem ducit: ac præterea quomodo isii duo Jacob et Heli fratres fuerint; deinde vero qua ratione horum patres Matthan et Melchi, diverso genere prognati, avi Josephi fuisse probentur. Matthan et Melchi cum eandem uxorem alter post alterum habuissent, liberos ex ea, qui uterini fratres erant, susceperunt. Quippe lex minime vetabat, ne mulier vidua, seu repudiata, seu viro ipsius mortuo, alteri nubere. Igitur ex Estha (hoc enim mulieris nomen fuisse accepimus) primus Matthan, qui ⁹⁴ a Salomone genus ducebat, Jacobum filium susulit. Post Matthanis autem interitum, Melchi, qui ad Nathanem originem referebat, cum ex eadem tribu sed diversa familia editus esset, ut antea diximus, uxorem eam sortitus, Heli filium suscepit. Hoc modo Jacob et Heli licet diverso genere prognatos, uterinos fratres reperiemus. Quorum alter, Jacob scilicet, cum frater ipsius Heli sine liberis decessisset, viduam ejus conjugem sibi accipiens, tertium ex ea Josephum genuit, naturali quidem ratione filium suum. Unde etiam scriptum est⁹⁴: « Jacob autem genuit Joseph. » Sed secundum legem filius erat Heli, quippe cum ejus semen Jacobus frater suscitavisset. Proinde nec generis per eum deducta series, vana ac inutilis deprehenditur: quam Matthæus quidem recensens, « Jacob, inquit, genuit Joseph, » Lucas vero e contrario a filiis ad parentes ascendens: Jesus, inquit, qui erat, ut putabatur (hoc enim diserte ad-

phi nupsisse ejus fratri, atque ex eo Christum peperisse, quod impium est et absurdum. Id tamen necessario sequitur ex verbis Africani. Præterea si voces illæ ὡς ἐνομιζέτο extenduntur ad ea verba τοῦ Ἥλι, eadem ratione extendi etiam poterunt ad omnes generationum gradus qui sequuntur. Nulla enim ratio est cur in secundo gradu subaudiatur potius quam in reliquis lineis. Hoc igitur primo improbandum est in explicatione Africani. Secundo loco notandum est quod ait in generatione illa Christi quam refert Lucas tertium esse Melchi: atqui in Evangelio Lucæ tertius nominatur Matthan, avus scilicet Josephi; Melchi vero quintus, abavus scilicet Josephi. Itaque aut Africanum memoria lapsum esse dicendum est, aut certe in codice Evangelii quo usus est Africanus Melchi scriptum fuisse pro Matthan: quæ est conjectura Bedæ in caput III Lucæ. Certe Gregorius Nazianzenus in carmine 58, *De Christi genealogia*, Africanum sequens, Melchi pro Matthan posuit, et Ambrosius in lib. III *Commentariorum in Lucam*.

(97) Vulg. ἕως τοῦ Ἀδάμ τοῦ Θεοῦ. Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Savil., particulam interserunt hoc modo ἕως τοῦ Ἀδάμ καὶ τοῦ Θεοῦ, quod quidem mihi videtur elegantius. Atque ita legit Rufinus, ut ex versione ejus apparet.

dit), filius Joseph qui fuit Heli, qui fuit Melchi. Neque enim poterat disertius exprimi fictitia illa generandi ratio quæ ex lege profecta est. Ideo in hujusmodi liberorum generatione, verbum illud, genuit, ad finem usque reticuit, cum ad ipsum usque Adamum, qui fuit Dei, gradatim ascendendo, totius generis seriem perduxisset. Neque vero id certa ratione destitutum aut temere confictum est. Cognati enim Servatoris nostri, sive ad ostendendam generis sui nobilitatem, sive ut simpliciter rem docerent, veraci utique sermone hæc nobis tradiderunt: Iatrones scilicet Idumæos, cum Ascaloni Palæstinæ civitati supervenissent, ex delubro quodam Apollinis quod ad ipsos urbis muros positum erat, Antipatrum Herodis cujusdam hieroduli filium simul cum reliqua sacra præda captivum duxisse. Cum vero pro redemptione filii minister templi pretium solvere non valeret, Antipater Idumæorum more institutoque educatus, postinodum Hircani summi Judæorum pontificis amicus effectus est. Mox legatus ad Pompeium missus ab Hircano, cum ei regnum quod Aristobulus maxima ex parte occupaverat, liberum restituisset, ad summam felicitatem pervenit, curator Palæstinæ promotus. Tandem ab iis qui felicitati ejus invidiebant, per insidias interceptus, Herodem filium successorem reliquit, cui postea Antonius 23 et Augustus ex senatusconsulto regnum Judææ adjudicarunt. Hujus Herodis filius fuit Herodes alique tetrarchæ. Et

(98) *Ἀντίπατρον Ἡρώδου τινός.* Hæc narratio prorsus fabulosa est et commentitia. Nam Antipater patrem habuit non Herodem, hierodulum templi Apollinis, sed Antipatrum Idumæum, ut scribit Josephus in lib. xiv, cap. 2. Quem Antipatrum Alexander Judæorum rex præfectum totius Idumææ constituit. Primusque hic Antipater auctor fuisse videtur hujus potentia, ad quam posteri ipsius postea pervenerunt. Nam et præfecturam Idumææ gessit Alexandro et Alexandra regnantibus; et hospitio atque amicitia cum Ascalonitis et Gazæis et Arabibus inita, maximas sibi opes comparavit.

(99) *Τὸν ἱερέα.* Improperie sacerdotem vocat qui erat hierodulus. Longe enim hæc inter se differunt, ut supra notavi. Fieri tamen potuit, ut idem esset sacerdos et hierodulus; puta si hæc erat conditio sacerdotii, ut non nisi exuta libertate sacerdotes caperentur.

(1) *Ἰρχανῶ φιλοῦται.* Hoc quoque in loco nostri codices Regius, Mazarinus, Medicæus ac Fuketianus constanter scriptum habent *φιλοῦται*. Quam scripturam nescio cur Robertus Stephanus repudiavit. *Φιλοῦται* enim dicitur ut *ἐχθροῦται*.

(2) *Ἐπιμελητῆς τῆς Παλαιστίνης προκόψας.* Antipater Herodis parens, sub Hircano Judæorum rege procurationem totius regni gessit, et negotia tam civilia quam militaria administravit. Itaque *ἐπιμελητῆς τῆς Ἰουδαίας* et *ἐπίτροπος* vocatur a Josepho in dicto libro. Porro codex Med. et Savil. *χρηματίσας* scriptum habent, non *προκόψας*. In Maz. autem et Fuk. legitur *χρηματίσαι*. Quam scripturam confirmat Nicephorus. Sic enim habet cap. ix lib. primi, *ἡτύχησεν οὗτος ἐπιμελητῆς τῆς Παλαιστίνης γενέσθαι*. Eleganter Græci dicunt, *εὐτυχεῖν τὸ γενέσθαι*.

(3) *Τῶν ἄχρι προσηλύτων.* Mirum est in codicibus nostris Maz., Med., Fuk. ac Savil. scribi *τῶν ἀρχιπροσηλύτων*. Unde conicere quis posset legendum

ἄχρι, παρέδοσαν καὶ ταῦτα, ὡς Ἰουδαῖοι ληστοὶ Ἀσκάλωνι πόλει τῆς Παλαιστίνης ἐπελθόντες, ἐξ εἰδωλείου Ἀπόλλωνος, ὃ πρὸς τοῖς τεῖχεσιν Ἰδρυτο, Ἀντίπατρον Ἡρώδου τινός (98) ἱεροδούλου παῖδα, πρὸς τοῖς ἄλλοις σύλοις αἰχμάλωτον ἀπῆγον· τῷ δὲ λύτρα ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ καταθέσθαι μὴ δύνασθαι τὸν ἱερέα (99), ὃ Ἀντίπατρος τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἕθεσιν ἐντραφεῖς, ὕστερον Ἰρχανῶ φιλοῦται (1) τῷ τῆς Ἰουδαίας ἀρχιερεῖ. Πραεβείσας δὲ πρὸς Ἡομπήτιον ὑπὲρ τοῦ Ἰρχανοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν ἐλευθερώσας αὐτῷ ὑπὸ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ περικοπτομένην, αὐτὸς ἡτύχησεν ἐπιμελητῆς τῆς Παλαιστίνης προκόψας (2)· διαδέχεται δὲ τὸν Ἀντίπατρον φθόνῳ τῆς πολλῆς εὐτυχίας δολοφονηθέντα, ὃ υἱὸς Ἡρώδης, ὃς ὕστερον ὑπ' Ἀντωνίου καὶ τοῦ Αὐγούστου, συγκλήτου δόγματι τῶν Ἰουδαίων ἐκρίθη βασιλεύειν· οὗ παῖδες, Ἡρώδης οἱ τ' ἄλλοι τετράρχαι. Ταῦτα μὲν δὴ κοινὰ καὶ ταῖς Ἑλλήνων ἱστορίαις. Ἀναγράφτων δὲ εἰς τότε ἐν τοῖς ἀρχείοις βυτων τῶν Ἑβραϊκῶν γενῶν, καὶ τῶν ἄχρι προσηλύτων (3) ἀναφερομένων, ὡς Ἀχιῶρ τοῦ Ἀρμανίτου, καὶ Ροῦθ τῆς Μωαβίτιδος, τῶν τε ἀπ' Αἰγύπτου συνεκπεσόντων ἐπιμίχτων, Ἡρώδης οὐδὲν τι συμβαλλομένου τοῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν γένους αὐτῷ, καὶ τῷ συνειδῶτι τῆς δυσγενείας κρούόμενος, ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφὰς (4) τῶν γενῶν, οὐ μένος εὐγενῆς ἀναφανέσθαι, τῷ μὴδὲ ἄλλον ἔχειν ἐκ δημοσίου συγγραφῆς τὸ γένος ἀνάγειν ἐπὶ τοὺς πατριάρχας ἢ προσηλύτους (5), τοὺς τε καλουμένους γειώ-

esse τῶν ἄχρι τῶν ἀρχιπροσηλύτων, etc., ut ἀρχιπροσηλύτοι sint principes et quasi patriarchæ proselytorum; cujusmodi fuit Achior Ammanites, et convenæ illi qui Israelitis ex Ægypto egredientibus sese adjunxerunt. Quæ quidem interpretatio mihi certe non displicet. In codice Regio scriptum est ut in editis, *ἀχρι προσηλύτων*. Nicephorus quoque vulgatam lectionem tuetur. Paulo ante nostri codices Maz., Med. ac Fuk. scriptum habent εἰς τὸ τότε, cum articulo præpositivo.

(4) *Ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφὰς.* Hanc etiam narrationem parum certam existimo. Nam Josephus in libro *De vita sua* originem et antiquitatem stirpis suæ commemorans, ex publicis archivis eam repetit. Igitur restabant adhuc ætate Josephi publica tabularia, in quibus Judaicarum familiarum origines continebantur. Ac proinde falsum est Herodem ea combussisse. Porro hæc tabularia erant in templo Hierosolymitano sub custodia scribarum, ut equidem existimo. Itaque optime Rufinus verba African. ita vertit: *Omnes Hebræorum generationes descriptæ, in archivis templi secretioribus habebantur*.

(5) *Ἡ προσηλύτους.* Mallem scribere ἀρχιπροσηλύτους ut supra. Neque enim de novitiis ac recentibus proselytis hic loquitur Africanus, sed de nobilissimis quibusque et antiquissimis, quorum nomen in sacris libris commemoratum est; cujusmodi fuit Achior, de quo in libro Judith sæpe fit mentio. Quippe hoc loco agit Africanus de nobilitate, cujus præcipuum insigne est antiquitas generis. Ait enim Herodem origines familiarum ideo concremasse, ne quis ex publicis monumentis probare posset se ab ipsis patriarchis aut prophetis originem generis sui ducere. Quod si novellos proselytos intelligamus, perit omnis hujus loci sententia, cum Herodis ætate innumerabiles essent in Judæa qui genus suum ad novellos proselytos referrent, utpote avo natū proselyto. Qui profecto archivorum suffragio opus ut:

ρας (6) τοὺς ἐπιμίχτους. Ὀλλγοὶ δὴ τῶν ἐπιμελῶν ἰδιω-
 τικὰς ἑαυτοῖς ἀπογραφάς, ἢ μνημονεύσαντες τῶν ὀνο-
 μάτων, ἢ ἄλλως ἔχοντες ἐξ ἀντιγράφων, ἐναδρύνονται,
 σωζομένης τῇ μνήμῃ τῆς εὐγενείας. Ὡν ἐτύγχανον
 ἢ προεπιρριμένοι δεσπότην καλούμενοι, διὰ τὴν πρὸς
 τὸ σωτήριον γένος συνάφειαν. Ἀπὸ τε Ναζάρων καὶ
 Κωχαβῶ (7) κωμῶν Ἰουδαϊκῶν τῇ λοιπῇ γῆ ἐπιφοι-
 τήσαντες, καὶ τὴν προεπιρρημένην γενεαλογίαν (8) ἐκ
 μήμητος ἐκ τε τῆς βίβλου τῶν Ἡμερῶν (9) εἰς ὅσον
 ἐξικνούοντο, ἐξηγησάμενοι. Ἐστ' οὖν οὕτως, ἐστ' ἄλ-
 λως ἔχει, σαφεστέραν ἐξηγήσιν οὐκ ἂν ἔχοι τις ἄλλος
 ἐξευρεῖν, ὡς ἐγωγε νομίζω πᾶς τε ὁ εὐγνώμων
 τυγχάνει. Καὶ ἡμῖν αὕτη μελέτω, εἰ καὶ μὴ ἐμάρ-
 τυρός (10) ἐστί, τῷ μὴ κρείττονα ἢ ἀληθεστέραν ἔχειν
 εἰπεῖν. Τὸ μέντοι Εὐαγγέλιον πάντως ἀληθεύει. Ἔ
 Καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, προστίθεται
 ταῦτα: « Ματθάν ὁ ἀπὸ Σολομώντος (11), ἐγέννησε τὸν
 Ἰακώβ. Ματθάν ἀποθανόντος, Μελεχὶ ὁ ἀπὸ Νάθαν, ἐκ
 τῆς αὐτῆς γυναικὸς ἐγέννησε τὸν Ἡλ. Ὁμομήτριοι
 ἄρα ἀδελφοὶ (12) Ἡλ καὶ Ἰακώβ. Ἡλ ἀτέκνον

habebant, ut se ex proselytis oriundos esse appro-
 barent. Huc accedit, quod ex proselytis originem
 ducere, ignobile potius quam splendidum apud Ju-
 dæos habebatur, exceptis, ut dixi, antiquis illis
 proselytis quorum fides ac religio sacris litteris
 nobilitata est.

(6) *Τοὺς τε καλουμένους γειώρας.* Id verbum le-
 gitur in c. xii Exodi, ubi Deus Moysi in Ægypto ad-
 huc consistenti loquitur his verbis: Πᾶς ὁς ἂν φάγη
 ζυμωτὸν, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχή ἐκεῖνη ἐκ συναγω-
 γῆς Ἰσραὴλ ἐν τε τοῖς γειώραις, καὶ αὐτόχθοισι τῆς γῆς.
 Africanus γειώρας interpretatur τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου
 συνεκπεσόντας ἐπιμίχτους. Id est, *convenas qui ex*
Ægypto simul cum Israelitis egressi fuerant. Duplex
 enim hominum genus Judæis ab Ægypto egredien-
 tibus sese adjunxit: alterum Ægyptiorum indigena-
 rum, quos *Moyse ἀυτόχθονας* vocat; alterum conve-
 narum, id est promiscuæ multitudinis, qui γειώραι
 dicebantur. Hesychius: *Γέωρες, γεωφύλακες, μέ-
 τριοι, πάροικοι.* Georæ ergo apud Ægyptios dice-
 bantur homines extranei, qui terram colendam ac-
 ceperant sub certa pensione, quales erant in Ægy-
 ptio Judæi antequam exiissent. Eos cum indigenis
 Ægyptiis confudisse videtur Africanus; quem tamen
 refellit Moyses in dicto loco. Utrosque vero, tam
 georas quam indigenas Ægyptios, uno ἐπιμί-
 χτων nomine comprehendit sacra Scriptura in
 dicto cap., versu 38, καὶ ἐπιμίχτος πολλὸς συν-
 ἀνέβη αὐτοῖς, id est *promiscua turba*, συμμιγῆς
λάος. Origenes tamen libro iii *De principis*, ἐπι-
 μίχτων nomine Ægyptios solos intellexisse vide-
 tur, qui Hebræis permisti ex Ægypto egressi sunt.
 Σκληρυσμὸν μὲν ἤλεγχε τὸν τοῦ Φαραῶν, διὰ τὴν κα-
 χίαν αὐτοῦ. Πιεθὼ δὲ τὴν τῶν ἐπιμίχτων Αἰγυπτίων
 συνεξορησάντων τοῖς Ἑβραίοις. Drusius in lib. ii
 de tribus sectis Judæorum, agens de proselytis, vo-
 cem γειώρα Hebræicæ originis esse dicit, eaque si-
 gnificari proselytum seu advenam.

(7) *Ἀπὸ τε Ναζάρων καὶ Κωχαβῶ.* Cochaba vicus
 fuit in Basanide juxta Decapolim, ut tradit Epi-
 phanius in hæresi Ebionæorum, cap. 2 et 18.

(8) *τὴν προεπιρρημένην γενεαλογίαν.* Nicephorus
 habet τὴν προκειμένην, et sic in codice Regio prius
 scriptum fuit, sed recentiore manu emendatum est
προεπιρρημένην.

(9) *Ἐκ τε τῆς βίβλου τῶν Ἡμερῶν.* Per librum
 Dierum intelligit Africanus Epheméridas, quas
 paulo ante ἰδιωτικὰς ἀπογραφὰς appellavit. Pleri-
 que enim apud Judæos originum suarum studiosi,
 privatos generis sui commentarios ex archivis pu-

A hæc quidem gentiliū etiam historiæ cum Judaica
 communiā sunt. Cæterum cum ad id usque tempo-
 ris in tabulariis publicis descriptæ essent origines
 tam familiarum Hebræicarum, quam eorum qui ad
 proselytos, id est advenas, genus suum referebant,
 verbi gratia ad Achior Amanitem, et ad Ruth Mo-
 abitidem, eosque qui ex Ægypto simul cum Israe-
 litis egressi per matrimonia cum ipsis permisti
 fuerant, Herodes priscas illas Israelitarum familias
 nihil ad se pertinere intelligens, ignobilitatis suæ
 conscientia stimulatus, omnia illa veterum familia-
 rum monumenta concremavit: ratus se tum de-
 mum nobilem visum iri, cum nemo esset qui ex
 publicis monumentis originem generis sui, vel ad
 patriarchas, vel ad proselytos, vel ad permistos
 B Israelitis peregrinos qui γειώραι dicuntur, posset
 referre. Pauci tamen antiquitatis studiosi privatos
 stirpis suæ commentarios, vel quod nomina ipsa
 memoriter callerent, vel ex archivis descriptos
 penes se habentes, in primis gloriabantur quod

blicis descriptos penes se habebant, quemadmodum
 apud nos etiamnum a nobilitatibus fieri videntur.
 Porro hoc in loco aliquid deesse apparet ex particu-
 la τε, quæ in omnibus nostris codicibus et apud
 Nicephorum habetur. Quare supplenda videntur
 hæc verba: καὶ ἀπὸ μήμητος ἐς ὅσον ἐξικνούοντο. Ita
 certe legisse videtur Rufinus, qui sic verit: *Ordi-
 nem supradictæ generationis partim memoriter, partim
 etiam ex Dierum libri, in quantum erat possi-
 bile, perducebant.*

(10) *Εἰ καὶ μὴ ἐμάρτυρος.* In codice Regio et
 apud Nicephorum legitur et καὶ ἐμάρτυρος, quod
 idem est. Cæterum quanti faciendū sit hæc evange-
 licæ loci explicatio, patet ex his Africanus verbis,
 quippe qui fatetur eam nullo testimonio fulciri ve-
 terum scriptorum. Admitti tamen eam vult a nobis,
 eo quod nulla melior afferri possit. Quæ cum ita
 sint, nollem Eusebium nostrum in vestibulo *Histo-
 riæ* suæ mentionem hujus rei fecisse. Satis pro-
 fecto fuisse ac consultis, hæc Evangeliorum dis-
 sonantiam silentio involvere, ne lectoribus a fide
 nostra alienis, cujusmodi tunc temporis erant quam-
 plurimi, occasio subministraretur de Evangeliorum
 veritate dubitandi. Certe Julianus Augustus in libro
 contra Christianos, hæc evangelistarum dissensio-
 nem nobis objicit, teste Hieronymo in *Commentariis*
in Matthæum. Locus Juliani exstat apud Cyrillum
 in libro octavo contra Julianum. Auctor *Questio-
 num Veteris et Novi Testamenti*, cap. 56, de hac
 dissonantia loquens, Africanus opinionem improbat.
 Sed ipse aliam affert minus probabilem.

D (11) *Ματθάν ὁ ἀπὸ Σολομώντος.* Mira est varie-
 tas accentus in hoc nomine. Maz. quidem et Fuk.
 codd. accentum habent in antepenultima. Nicepho-
 rus vero et Fuk. codex paulo antea penultimam
 circumflectunt. In Regio ac Med. duplex est accentus,
 tum in penultima tum in antepenultima syl-
 laba. Idque in aliis etiam nominibus supradicti co-
 dices observant, quoties ambiguum est quoniam ac-
 centu notanda sint vocabula; ut denotetur in aliis
 quidem exemplaribus hunc accentum, in aliis vero
 illum reperiri. Quin etiam nostri codices paulo
 ante scriptum habent ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομώντος
 τὰς γενεὰς καταριθμούμενοις. Sic enim omnes no-
 stri codices, excepto Regio, qui Σολομώντος illic
 habet.

(12) *Ὁμομήτριοι ἄρα ἀδελφοί, etc.* In hac concilia-
 tione quam refert Africanus, duo sunt quæ non-
 nihil difficultatis habere videntur. Primum enim
 dubito an licuerit uterino fratri viduam fratris sui

avitæ nobilitatis memoriam conservassent. Ex quorum numero erant hi de quibus supra dixi, ob propinquitatem generis qua Servatori nostro juncti erant δεσπύσωνοι appellati. Qui e Nazaris et Cochaba Judææ vicis in varias regiones dispersi, supradictam generis seriem, ex Ephemeridum libro quam poterant fidelissime exposuerunt. Sive igitur ita se res habet, sive aliter, planiorem certe interpretationem, meo quidem iudicio aliorumque qui æqui rerum æstimatores esse volent, nemo facile repererit. Proinde hæc nobis sufficiat, tametsi nullo testimonio fulta; quando nec meliorem aliam nec veriolem proferre possumus. Cæterum quin

Α ἀποθανόντος, ὁ Ἰακώβ ἀνέστησεν αὐτῷ σπέρμα, γεννήσας τὸν Ἰωσήφ, κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, κατὰ νόμον δὲ τῷ Ἠλῆ. Οὕτως ἀμφοτέρων υἱὸς ἦν ὁ Ἰωσήφ. Ὑποσαῦτα δὲ ὁ Ἀφρικανός. Καὶ δὲ τοῦ Ἰωσήφ ὡδὲ πως γενεαλογουμένου, δυνάμει καὶ ἡ Μαρία σὺν αὐτῷ πέφηνεν ἐκ τῆς αὐτῆς οὔσα φυλῆς, εἶγε κατὰ τὸν Μωυσέως νόμον οὐκ ἐξῆν ἐτέραις ἐπιμίγνυσθαι φυλαῖς· ἐνὶ γὰρ τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ δήμου καὶ πατριᾶς (13) τῆς αὐτῆς ζεύγυσθαι πρὸς γάμον παρακελεύεται, ὡς ἂν μὴ περιστρέφοιτο (14) τοῦ γένους ὁ κληρὸς ἀπὸ φυλῆς ἐπὶ φυλῆν. Ὡς μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἐχέτω.

vera sit Evangelii narratio dubitari non potest. In fine autem ejusdem *Epistolæ* Africanus hæc addit: « Matthan a Salomone genus ducens, Jacobum genuit. Mortuo deinde Matthane, Melchi oriundus ex Nathanis stirpe, ex eadem muliere genuit Heli. Quocirca Jacobus et Heli fratres erant uterini. Heli deinde sine liberis defuncto, Jacobus ei semen suscitavit, Josepho genito: qui natura quidem Jacobi, lege autem Heli filius fuit. Sic uterque Josephi pater recte dicitur. » Hæc Africanus. Porro recensita hoc modo Josephi stirpe, simul etiam Mariæ genus, quæ ex eadem tribu erat oriunda, tacite expositum 24 est, lege siquidem Moysis inter diversæ tribus homines erant vetita connubia. Uni enim ex eodem populo eademque gente mulier nubere præcipitur, ne sors patrimonii in aliam tribum transferatur. Et de his quidem hactenus.

CAPUT VIII.

De Herodis adversus infantes crudelitate, et qualem is exitum vitæ habuerit.

Christo igitur secundum prophetarum oracula in Bethlehem Judææ nato iis quibus supra dixi temporibus, Herodes cum magi quidam ex Oriente venientes ipsum interrogassent ubinam natus esset rex Judæorum: quippe stellam ejus sibi conspectam aiebant, hancque tanti itineris sibi causam fuisse, quod illum utpote Deum adorare omnibus volis arderent: ea re non mediocriter conturbatus quasi regnum ipsius in maximum discrimen esset adductum, percontatus est ex legis doctoribus qui in sua gente erant, ubinam Christum natum iri exspectarent. Postquam vero Michææ vaticinium C

uxorem ducere, et ex ea liberos procreare in nomen ac familiam fratris sui transituros. Lex enim Deuteronomii cap. 25 loquitur de fratre qui habitat in eadem domo, et qui est συγγενής. Quod quidem solis germanis aut consanguineis competit. Nam uterinus frater non est ex eadem domo neque ex eodem genere; cum genus præsertim apud Judæos ex paterna stirpe ducatur. Certe Africanus discrete testatur, Jacobum et Heli fratres uterinos contribules quidem fuisse, ex diverso tamen genere, ἐκ διαφόρων δύο γενῶν. Secundo loco dubitare quis non immerito possit utrum in generationibus recensendis ratio a Judæis habita sit patrum adoptivorum. Exemplum habemus illustre in Obed, cujus in genealogia Christi fit mentio. Nam cum Maalon mortuus fuisset in Moabitide, et Ruth viduam absque liberis reliquisset, Booz agnatus Maalonis, proximior agnatus suum ipsi concedente, Ruth uxorem accepit, quo semen Maalonis suscitaret. Ex ea tamen genitus Obedus, non Maalonis sed Boosi filius dicitur ab evangelistis qui Christi prosapiam texuerunt, et in libro qui inscribitur *Ruth*. Scio quid responderi possit: Moysem scilicet de fratre Juntaxat locutum: Boosum vero fratrem non fuisse Maalonis, ac proinde legem qua jubebatur, ut filius ex fratris vidua susceptus ejus nomine appellaretur, ad Boosum non pertinuisse. Deinde dici potest Boo-

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.


Περὶ τῆς Ἡρώδου κατὰ τῶν παιδῶν ἐπιβουλῆς, καὶ ὅσα μετῆλθεν αὐτὸν καταστροφή βίου (31c. H. E. 1, 12, 15).

Ἄλλὰ γὰρ τοῦ Χριστοῦ γεννηθέντος ταῖς προφητεῖλαις ἀκολουθῶν ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας κατὰ τοὺς δεδηλωμένους χρόνους, Ἡρώδης ἐπὶ τῇ τῶν ἐξ Ἀνατολῆς μάγων ἀνερωτήσει, ὅτι εἴη διαπυθνομένου ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων· ἑωρακέναι γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα, καὶ τῆς τοσηοδε πορείας τοῦ αἰτίου αὐτοῖς γεγενῆσθαι, ὅσα θεῶν προσκυνῆσαι τῷ τεχθέντι διὰ σπουδῆς πεποιημένοι· οὐ σμικρῶς ἐπὶ τῷ πράγματι ἄτε κινδυνευούσης, ὡς γε δὴ ᾤετο, αὐτῷ τῆς ἀρχῆς διακνηθεὶς, πυθόμενος τῶν παρὰ τῷ ἔθνει νομοδιασκόλων τοῦ τὸν Χριστὸν γεννηθήσασθαι προσδοκῶν, ὡς ἔγνω τὴν Μιχαίου προφητείαν ἐν

sum idcirco nominari in generatione Christi, quod illustrior exstitisset quam Maalon.

(13) Ἐκ τοῦ αὐτοῦ δήμου καὶ πατριᾶς. Judæi divisi erant in tribus, quæ φυλαὶ dicebantur. Singulæ autem tribus dividebantur in δήμους, ut manifeste patet ex capite xxxvi Numerorum. Ἄῃμοι ergo idem sunt quod apud Romanos familie; sicut φυλαὶ Judæis sunt quas Romani gentes vocabant. Jam vero πατριά idem erant quod δήμοι. Et recte vetus interpres in libro Numerorum *familias* vertit, ubi LXX Interpretes πατριᾶς posuerunt. Horus Grammaticus: Φατρία· σύνταγμα, οἶον πατρία, ὅτ' ἂν ἀφ' ἐνὸς καὶ εὐγενοῦς ἀνδρός, ὡς πατρός, κατὰ διαδοχὰς ἐπέκτασιν λάβῃ τὰ γένη, τό τε ἐπὶ τινὰ ἀναφέρεσθαι. ὡς Ἡρακλεῖδαι. Exstat hic illustri locus Hori Grammatici apud auctorem *Etymologici*. Atque hinc πατριάχαι vocabantur generis auctores apud Judæos, a quibus unaqueque familia nomen accepit, quemadmodum videre est in cap. xxvi Numerorum. Chrysostomus homilia 7 in *Epistolam ad Ephesios*, πατριᾶς ἐτ' γένῃ idem esse ait.

(14) Vulg. ὡς ἂν μὴ περιστρέφοιτο. Ita quidem codex Regius. Sed reliqui codices, Mazar. scilicet, ac Med., cum Fuk. ac Savil. scriptum habent περιστρέφοιτο, quibus consentit etiam Nicephorus. Et sic legitur in cap. xvi Numerorum, ad quem locum alludit Eusebius.



Βηθλεὲμ προαναφωνῶσαν, ἐν προστάγματι τοῦ Ἀ
 ὑπμαζίου ἐν τε τῇ Βηθλεὲμ καὶ πᾶσι τοῖς ὄριοις
 αὐτῆς ἀπὸ διετοῦ καὶ κατωτέρω παιδᾶς κατὰ τὸν
 ἀπικριδωμένον αὐτῷ χρόνον παρὰ τῶν μάγων, ἀνα-
 ρεθῆναι προστάττει, πάντως που καὶ τὸν Ἰησοῦν,
 ὡς γη εἰκόδ, τῆς αὐτῆς τοῖς ὀμηλίζι συναπολαύσαι
 συμφορᾶς οἰόμενος. Φθάνει γὰρ μὴν τὴν ἐπιβουλήν εἰς
 Αἴγυπτον διακομισθεὶς ὁ παῖς, δι' ἐπιφανείας ἀγγέλου
 τὸ μέλλον προμεμαθηκότων αὐτοῦ τῶν γονέων. Ταῦτα
 μὲν οὖν καὶ ἡ ἱερὰ τοῦ Εὐαγγελίου διδάσκει γραφή.
 Ἄξιον δ' ἐπὶ τούτοις συνιδεῖν τὰ πείριερα τῆς Ἡρώδου
 κατὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ὀμηλικῶν αὐτῷ τόλμης·
 ὡς παρατυχεῖα μὴδὲ σμικρᾶς ἀναβολῆς γεγεννημένης,
 ἡθεῖα δίκη περιόντα ἐπ' αὐτὸν τῷ βίῳ μετελήλυθε,
 τὰ τῶν μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν διαδεξομένων
 αὐτὸν ἐπιδεικνύοντα προοίμια (15). Ὡς μὲν οὖν τὰς
 κατὰ τὴν βασιλείαν αὐτῷ νομισθεῖσας εὐπραγίας, ταῖς
 κατὰ τὸν οἶκον ἐπαλλήλοισ ἡμαῦρωσε συμφοραῖς,
 γυναικῶς καὶ τέκνων καὶ τῶν λοιπῶν τῶν μάλιστα
 πρὸς γένους ἀναγκαιοτάτων τὸ καὶ φιλτάτων μισοφ-
 νίας, οὐδὲ οἶόν τε νῦν καταλέγειν (16), τραγικὴν
 ἄπασαν δραματούργιαν ἐπισκιαζούσης τῆς περὶ τού-
 των ὑποθέσεως, ἣν εἰς πλάτος ἐν ταῖς κατ' αὐτὸν ἱστο-
 ρίαις ὁ Ἰώσηπος διελήλυθεν. Ὡς δ' ἅμα τῇ κατὰ τοῦ
 Σωτῆρος ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων νηπιῶν ἐπιβουλῇ (17),

(15) *Ἐπιδεικνύοντα προοίμια.* Hæc est lectio
 codicis Regii, quam Rob. Stephanus expressit, nec
 nos rejiciendam esse censuimus. Herodes enim, græ-
 vissimo oppressus morbo, eleganter dicitur *ἐπιδει-
 κνύειν τὰ προοίμια τῶν μετὰ θάνατον*, id est, *prolu-
 dia malorum quæ post hanc vitam passurus erat*,
 exhibere. Codd. tamen Med. ac Maz. cum Fik. ac
 Savil. longe aliter scriptum habent, hæc modo :
 καὶ ὡς τῶν μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν διαδεξομέ-
 νων αὐτὸν ἐπιδεικνύσι τὰ προοίμια. Quam quidem
 scripturam confirmat etiam Nicephorus in cap. 15,
 lib. 1, ubi hunc Eusebii nostri locum ita interpola-
 vit : Ὡς γοῦν ἡ θεία δίκη μετὰ τὴν αἰκὸν μισοφ-
 νίαν τὸν θεομάχον μετελήλυθε, προοίμιον ὡς ἂν τις
 εἴποι τῶν ἐσομένων ἐκεῖσε κακῶν ὑποφαίνουσα,
 ἄξιον διελεῖν. Eandem quoque lectionem secuti
 sunt Rufinus et Christophorus, ut ex interpre-
 tationibus eorum apparet. Quare non dubito quin
 hæc lectio præferenda sit Regii codicis scripturæ.
 Henricus Savilius prius quidem ad oram libri sui
 adnotaverat forte scribendum esse ἐπιδεικνύσα.
 Sed postea notavit, duos codices manu exaratos
 scriptum habere καὶ ὡς μετὰ τὴν ... ἐπιδεικνύσι τὰ
 προοίμια, recte.

(16) *Vulg. οὐδὲν οἶόν τε καταλέγειν.* In Maz. et
 Fik. codicibus scribitur οὐδὲν οἶόν τὸ νῦν καταλέ-
 γειν. Atque ita codex Med. prius scriptum habuit.
 Est quidem hæc locutio familiaris Eusebio. Sic in
 cap. xii libri hujus, hi-toriam Abgari referens,
 οὐδὲν δὲ οἶόν καὶ αὐτῶν ἐπακούσαι τῶν ἐπιστολῶν·
 et sexcentis aliis in locis. Verum hic non convenit
 ea locutio. Quare non dubito quin, una dempta li-
 tera, scribendum sit οὐδὲ οἶόν τε, etc. Conjecturam
 nostram plane confirmat Nicephorus, qui hæc Eu-
 seabii verba ita expressit, τότε νῦν ἔχον διεξίεναι, οὐ
 πρόπῳ, οἶμαι, καιρός.

(17) Ὡς δ' ἅμα τῇ κατὰ τοῦ Σωτῆρος καὶ τῶν
 νηπιῶν ἐπιβουλῇ. Editus est anno superiore libel-
 lus de loco Josephi in quo Jesu Christi sit mentio.
 In eo libro hic Eusebii nostri locus graviter suggil-
 latur. Ac primo quidem Eusebius noster fraudis
 arguitur, qui a Josepho id dictum esse confinxerit,
 ut quo Josephus ne cogitavit quidem. Neque enim

A comperit, qui in Bethlehem nasciturum esse prædi-
 xerat, statim omnes pueros adhuc lactentes in
 Bethlehem, et in conterminis locis a bimis usque
 ad recentissime natos secundum tempus quod a ma-
 gis diligenter inquisiverat, uno edicto interfici ju-
 bet. Jesum quippe eadem cum æqualibus suis, ut
 erat verisimile, calamitate involvendum esse spe-
 rabat. Sed insidias regis prævertit puer asportatus
 in Ægyptum a parentibus, quibus apparens ange-
 lus rem omnem aperuerat. Et hæc quidem sacer
 Evangelii sermo declarat. Jam vero operæ pretium
 fuerit spectare quæ merces sceleris in Christum et
 æquales ejus infantes admissi Herodem consecu-
 sit: et quo pacto e vestigio nulla mora interposita,
 adhuc superstitem ultio divina corripuit, adeo ut
 B eorum qui post hanc vitam ipsum manebant, crucia-
 tum præludia quædam ostenderet. Et qualiter quid-
 dem regni sui, ut putabat, prosperitates domesticis
 calamitatibus sibi vicissim excedentibus obscuravit,
 uxore ac liberis, cæterisque partim propinquitate,
 partim amicitia sibi junctissimis nefarie trucidatis,
 ne numerando quidem nunc possim recensere, cum
 omnem tragœdiarum atrocitatem superet hujus
 argumenti tractatio, quod Josephus in *Antiquitatum*
 libris uberrime est exsecutus. Qualiter vero post

Josephus Herodem tantis doloribus ante mortem
 cruciatum esse dixit, ob persecutionem Christi, vel
 ob cædem infantum. Objicit præterea Eusebio nu-
 perus ille scriptor, quod dixerit statim post cædem
 Bethlehemiticorum infantum, cruciatus illos He-
 rodi contigisse, cum inter βροφροκτονίαν et Herodis
 sædissimum illum morbum, septem anni, et ipse
 ait, intr-resserint. Sed utramque objectionem re-
 fellere facillimum fuerit. Neque enim dicit Eusebius
 id quod ipsi objicitur. Utitur quidem testimonio
 Josephi, ut probet Herodem maximis affectum do-
 loribus interiisse, ob scelera quæ toto vite spatio
 admiserat, non vero ut probet, eos cruciatus ob
 cædem infantum et persecutionem Christi Herodem
 pertulisse. Quamobrem non est culpandus Euse-
 bius, sed potius laudanda est ejus fides atque in-
 dustria: qui cum ex evangelicis libris compertum
 haberet, Herodem nascenti Christo insidias compa-
 rasse, et infantes Bethlehemiticos trucidasse, ut
 eorum cæde Christum quoque involveret; cumque
 ex Josephi testimonio didicisset, Herodem paulo
 postea pestilenti ulcere consumptum inter gravis-
 simos dolores animam exhalasse, utrumque simul
 aptissime conjunxit, ac Josephi quidem testimo-
 nium attulit, ut rem ipsam prout quædam exponeret.
 Veram autem causam ob quam Herodes tot ac
 tanta perpessus fuerat, a Josepho ignoratam, com-
 memoravit. Nullum igitur hic est peccatum Eusebii,
 sed potius ejus qui Eusebium temere et inconsulte
 reprehendit. Nam Eusebius quidem sibi ipse constat.
 Quippe in *Chronico* mortem Herodis anno post
 cædem infantum evenisse scribit, omnesque adeo
 chronologi non diu post infanticidium Herodem
 vixisse consentiunt. Atque hæc ideo scripsi, non
 quo auctorem illius libelli reprehenderem, cujus
 etsi consilium non probem, ingenium tamen ac eru-
 ditionem laudo, verum ut Eusebium nostrum de-
 fenderem, cujus acumen et elegantia passim in his
 libris, sed in hoc præcipue loco elucet. Est enim
 hic figura qua oratores maxime uti solent, cum id
 quod ab adversario dictum non est, perinde quasi
 dictum esset arripiunt; quod Græci eleganter dicunt
 συναρπάζειν.

insidias adversus Servatorem reliquosque infantes comparatas, statim immisso cœlitus morbo quasi verberare ad mortem adactus est, non alienum fuerit ex ipso scriptore cognoscere, qui in septimo *Antiquitatum* libro Herodis exitum refert his verbis: « Herodem porro, inquit, morbi vis acrius in dies exagitabat, Deo pœnas scelerum illius exigente. Ignis quidam erat lentus qui non tantum contrectantibus ardorem nuntiabat, quantum intus viscera depascebat. Ingens præterea aviditas accipienda cibi, cui denegare quidquam non licebat. Scatebant ulceribus intestina, et acerbissimis coli doloribus cruciabatur. Pedes humore pelucido distenti, eademque circa ventriculum mali labes erat. Ipsa quoque genitalia putrefacta vermibus scaturiebant. Accedebat anhelitus contentio, tum ob fetorem tum ob nimiam crebritatem molestissima. Denique convulsiones per universa propemodum membra, insuperabile ipsi robur addebant. Aiebant porro divini et qui in hujusmodi vaticinandi scientia studium suum collocaverant, hanc multiplicis impietatis pœnam Deum a rege exposcere. » Hæc sunt quæ in supradicto libro scriptor jam a nobis laudatus commemorat. In secundo autem libro *belli Judaici* eadem de illo tradit his verbis: « Post hæc, inquit, morbi vis per universum ejus corpus diffusa, diversi generis doloribus distrahare illud cœpit. Febris quædam erat tepidior; pruritus per universam cuticulam intolerabilis; coli quoque dolores continui. Circa pedes tumor quasi aqua intercute laborantis. Ad hæc inflatio ventriculi, et genitalium vermibus scatentium tabes. Postremo contentio anhelitus, et respirandi difficultas, et membrorum omnium convulsio ho-

θεήλατος αὐτὸν καταλαβοῦσα μάστιξι εἰς θάνατον συνήλασεν, οὐ χεῖρον καὶ τῶν φωνῶν τοῦ συγγραφέως ἐπακοῦσαι, κατὰ λέξιν ἐν ἐπτακαιδεκάτῃ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας τὴν καταστροφὴν τοῦ κατ' αὐτὸν βίου τοῦτον γράφοντος τὸν τρόπον: « Ἡρώδῃ δὲ μειζόνως ἡ νόσος ἐνεπικραίνετο, δίκην ὧν παρανομήσειεν, ἐκπρασσομένου τοῦ Θεοῦ. Πῦρ μὲν γὰρ μαλακὸν ἦν, οὐχ ὥδε πολλὴν ἀποσημαίνον τοῖς ἐπαφωμένοις τὴν φλόγωσιν, ὅσῃν τοῖς ἐντὸς προσετιθεῖ τὴν κάκωσιν· ἐπιθυμία δὲ δεινὴ τοῦ δέξασθαι τι (18), οὐδὲ ἦν μὴ οὐχ ὑπομνεγῆν· καὶ ἐλκώσεις τῶν τε ἐντέρων (19), καὶ μάλιστα τοῦ κώλου δεινὰ ἀλγυδόνες· καὶ φλέγμα ὑγρὸν περὶ τοὺς πόδας καὶ διαυγές. Παραπλησία δὲ καὶ ἡ περὶ τὸ ἦτρον κάκωσις ἦν. Ναλ μὴν καὶ τοῦ αἰδοίου σῆψις σκώληκας ἐμποιοῦσα, πνεύματός τε ὀρθία ἔντασις (20), καὶ αὐτὴ λίαν ἀηδής, ἀχθηδόνι τε τῆς ἀποφορᾶς καὶ τῷ πυκνῷ τοῦ ἄσθματος. Ἐσπασμένος τε (21) περὶ πᾶν ἦν μέρος, ἰσχύον οὐχ ὑπομνεγῆν προσετιθέμενος. Ἐλέγετο γοῦν ὑπὸ τῶν θειαζόντων καὶ οἷς ταῦτα προσηποφθέγγεσθαι σοφία προδύκετο, ποιήν τοῦ πολλοῦ καὶ δυσσεβοῦς (22) ταύτην ὁ Θεὸς εἰσπράττεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως. » Ταῦτα μὲν ὄν ἐν τῇ δηλωθείσῃ γραφῇ παρασημαίνεται ὁ προσηρημένος. Καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ δὲ τῶν Ἱστοριῶν (23) τὰ παραπλήσια περὶ τοῦ αὐτοῦ παραδίδωσι, ὡδὲ πως γράφων· « Ἐνθεν αὐτοῦ τὸ σῶμα πᾶν ἡ νόσος διαλαβοῦσα, ποικίλοις πάθεισιν ἐμέριζε. Πυρετὸς μὲν γὰρ ἦν χλιαρὸς (24), κνησμὸς δ' ἀφόρητος τῆς ἐπιφανείας ὄλης, καὶ κώλου συνεχεῖς ἀλγυδόνες, περὶ τε τοὺς πόδας ὡς ὑδρωπιῶντος οἰδήματα, τοῦ τε ἦτρον φλεγμονή, καὶ αἰδοίου σηπεδὸν σκώληκας γεννώσα. Πρὸς τούτοις ὀρθόπνοια, καὶ δύσπνοια, καὶ σπασμοὶ ἀπάντων τῶν μελῶν, ὥστε τοὺς ἐπιθειάζοντας, ποιήν εἶναι τὰ νοσήματα, λέγειν.

(18) Τοῦ δέξασθαι τι. In Josephi editionibus et apud Nicephorum post has voces adduntur hæc verba, ἀπ' αὐτοῦ, quæ tamen superflua esse existimo.

(19) Καὶ ἐλκώσεις τῶν ἐντέρων. Hæc est lectio codicis Regii, et ea quidem non improbanda. Nostri tamen codices Maz. ac Med., cum Fuk. ac Savil., aliquantulum discrepant; sic enim habent: καὶ ἐλκώσις τῶν τε ἐντέρων, καὶ μάλιστα τοῦ κώλου, etc. In Nicephoro etiam scribitur ἑλκώσις.

(20) Πνεύματός τε ὀρθία ἔντασις. Sigismundus Gelenius *tentiginem* interpretatus est. Rufinus vero utrumque sensum in versione sua complexus est. *Spiritus quoque incredibilis inflatio, et tentigo obscena satis et execranda.* Sed Josephus suimetipse interpretis est. Nam in lib. 1 *De bello Judaico* ὀρθόπνοιαν pro eodem dicit. Sed et quæ sequuntur manifeste arguunt intentionem spiritus hic intelligi, non autem obscenam tentiginem: καὶ αὐτὴ λίαν ἀηδής... ἀχθηδόνι τε τῆς ἀποφορᾶς καὶ τῷ πυκνῷ τοῦ ἄσθματος, ubi ἀποφορᾶν *respirationem* vertunt Langus, Musculus et Christophorus. At Rufinus *febre* vertit; quem nos cum Gelenio secuti sumus.

(21) Ἐσπασμένος τε. In codice Fuk. et Savil. et apud Nicephorum legitur *σπασμός τε*, quam quidem scripturam secutus est Christophorus, ut ex versione ejus apparet. *Nervorum præterea contractio per omnia membra pervasit, quæ quidem vim et acrimoniam inflixit ei plane intolerabilem.* Rufinus vero pessime vertit hoc modo: *Ita ex omni parte cruciatibus fesso, nullæ sufficere vires ad tolerantiam poterant.* Ex quo tamen apparet eum ἑσπασμένος legisse, sicut in optimis codicibus nostris Regio,

Maz., Med. et apud Josephum habetur. Et parum quidem referre existimo, *σπασμός* ne an ἑσπασμένος hic legamus, cum in utraque lectione idem sit sensus. Sed difficultas est in iis verbis quæ sequuntur: ἰσχύον οὐχ ὑπομνεγῆν προσετιθέμενος. Omnium enim interpretes hæc Josephi verba de vi ac violentia morbi intellexerunt, quæ esset intolerabilis. Ego vero de ipsius ægroti viribus id dictum puto, quas nervorum contractio magnopere intendebat. Certe ἰσχύος de vi morbi dici non potest. Porro in codice Regio ὑπομνεγῆν scriptum invenit, quomodo etiam legitur apud Josephum.

(22) Ποιήν τοῦ πολλοῦ καὶ δυσσεβοῦς. In codice Maz., Fuk. ac Savil. necnon apud Nicephorum deest particula conjunctiva.

(23) Ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Ἱστοριῶν. Verba Josephi hodie leguntur in lib. 1, cap. 21, *De bello Judaico*. Verum in manuscriptis codicibus Josephi, alia fuit librorum distinctio, quam Rufinus sicut noluit: qui librum primum ad nimiam molem produxit, ut ad Herodis usque mortem eum perduceret. Itaque in hoc Eusebii loco nihil mutandum est. Savilius hunc Eusebii locum aliter intellexit. Putavit enim *deuτέραν τῶν Ἱστοριῶν* ab illo dici opus *De excidio urbis Hierosolymitanæ*, quod opus secundum est respectu *Ἀρχαιολογίας*. Verba sunt ipsius Savillii, quæ profecto tanto viro excidisse nollem.

(24) Πυρετὸς μὲν γὰρ ἦν χλιαρὸς. Hæc quidem est scriptura codicis Regii. Sed in Maz., Med., Fuk. ac Savillii. et apud Nicephorum legitur *πυρετὸς μὲν γὰρ ἦν οὐ λαβρὸς*.

Ἔ δὲ παλαιῶν τοσούτοις πάθεισιν, ὁμοῦ τοῦ ζῆν ἀντέφερο, σωτηρίαν τε ἤλπιζε, καὶ θεραπείας ἐπενόει. Διαβάς γοῦν τὸν Ἰορδάνην, τοῖς κατὰ Καλλιρῶν θερμοῖς ἐχρήτο. Ταῦτα δὲ ἔξεισι μὲν εἰς τὴν Ἀσφαλιετίν λιμνὴν, ὑπὸ γλυκύτητος δὲ ἐστὶ καὶ πότιμα. Δόξαν ἐξ ἐνταῦθα τοῖς ἰατροῖς, ἐλαίῳ θερμῷ πᾶν ἀναβάλλει τὸ σῶμα χαλασθὲν εἰς ἐλαίου πλήρη πύελον, ἐκλύει τοὺς ὀφθαλμούς καὶ ὡς θεθνεῶς ἀνέστρεψεν. Θορύβου δὲ τῶν θεραπόντων γενομένου, πρὸς μὲν τὴν κραυγὴν ἀνήνεγκεν. Εἰς δὲ τὸ λοιπὸν ἀπογνοῦς τὴν σωτηρίαν, τοῖς τε στρατιώταις ἀνὰ δραχμὰς πεντήκοντα ἐκέλευσε διανείμει, καὶ πολλὰ χρήματα τοῖς ἡγεμόσι καὶ τοῖς φίλοις. Αὐτοῦ δ' ὑποστρέψας, εἰς Ἱεριχοῦντα παραγίνεται, μελαγχολῶν ἦδη, καὶ μονονοχλὶ αὐτῷ τὴν θανάτῳ ἀπειλῶν, προέκοψεν εἰς ἐπιβουλήν ἀθεμίτου πράξεως (25). Τοὺς γὰρ ἀρ' ἐκάστης κώμης ἐπισήμους ἀνδρας ἐξ ὅλης Ἰουδαίας συναγαγὼν, εἰς τὸν καλούμενον ἱππόδρομον ἐκέλευσε συγκεῖσαι. Προσκαισάμενος δὲ Σαλώμην τὴν ἀδελφὴν καὶ τὸν ἀνδρα ταύτης Ἀλέξανδρον· Ὀϊδα, Ἐφη, Ἰουδαίους τὸν ἐμὸν ἑορτάσαντας θάνατον. Δύναμαι δὲ πενθεῖσθαι δι' ἐτέρων καὶ λαμπρὸν ἐπιτάφιον σχεῖν, ἂν ὁμοῦς ἐβελήσῃτε καὶ ἐμαῖς ἐντολαῖς ὑπουργῆσαι. Τούσδε τοὺς φρουρούμενους ἀνδρας, ἐπειδὴν ἐκπνεύσω, τάχιστα κτείνετε περιστήσαντες τοὺς στρατιώτας, ἵνα πᾶσα ἡ Ἰουδαία καὶ πᾶς οἶκος, καὶ ἄκων ἐπ' ἐμὸν διακρύση. » Καὶ μετὰ βραχέα φησὶν· Ἐ Αὐτοῦ δὲ, καὶ γὰρ ἐνδοξὰ τροφῆς καὶ βραχὶ σπασμῶδει διετείνετο, τῶν ἀλγηθόνων ἤτηθεις, φθάσαι τὴν εἰμαρμένην ἐπεβάλετο. Λαβὼν δὲ μῆλον (26), ἤτησε καὶ μαχαίριον, εἰώθει γὰρ ἀποτέμνων ἐσθίειν, ἔπειτα περιεβήσας μὴ τις ὁ κωλύων αὐτὸν εἴη, ἐπήρε τὴν δεξιὰν ὡς πληξῶν ἑαυτὸν. » Ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ αὐτοῦ ἱστορεῖ συγγραφεὺς, ἕτερον αὐτοῦ γνήσιον παῖδα πρὸ τῆς ἰσχάτης τοῦ βίου τελευτήσης, τρίτον ἐπὶ δυσίη ἦδη προσηρημένοις δι' ἐπιτάξεως ἀνελόντα, παραχρήμα τὴν ζωὴν οὐ μετὰ μικρῶν ἀλγηθόνων ἀποβόρῃσαι. Καὶ τοῦτο μὲν τὸ πέρασ τῆς Ἡρώδου γέγονε τελευτῆς, ποιήνῃ δικαίαν ἐκτίσαντος ὧν ἀμφὶ τὴν Βηθλεὲμ ἠέθε παιδῶν, τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῆς ἕνεκα. Μεθ' ἣν ἄγγελος ἕναρ ἐπιστάς ἐν Αἰγύπτῳ διατρέθοντι τῷ Ἰωσήφ, ἀπαρῆαι ἅμα τῷ παιδί καὶ τῇ τούτου μητρὶ ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν παρακελεύεται, ἐβηθῆναι δὴ τῶν τοὺς ἀναζητούντας τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου. Τούτοις δ' ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπιφέρει λέγων·

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τῶν κατὰ Πιλάτον χρόνων.

Τῆ δ' ἐπὶ τὴν ἀρχὴν μετὰ τὸν Ἡρώδην τοῦ Ἀρχε-

(25) *Προέκοψεν εἰς ἐπιβουλήν ἀθεμίτου πράξεως.* Λεγοεῖς ἐπιβουλήν, quod sine dubio rectius est, quam antea editum ἐπιβολήν, tametsi editiones Josephi nihil variant. Conjecturam nostram confirmat vetustissimus codex Maz., in quo plane scriptum est εἰς ἐπιβουλήν sicut conjeceram. Facessat igitur conjectura Savilii, qui ad oram libri sui notarat: *Fortē scribendum*

PATROL. GR. XX.

A minem cruciabat, adeo ut harioli hujusmodi morbum pœnam esse dicerent cœlitus irrogatam. At ille tametsi cum tot morborum generibus luctaretur, spem tamen adhuc vitæ retinens, remedia excogitabat. Itaque trajecto Jordane, aquis calidis quæ juxta Callirhoen sunt, usus est. Hæc influnt quidem in Asphaltitem lacum, sed adeo dulces sunt, ut etiam potui commodæ sint. Ibi cum medicis visum esset ut tepente oleo foveretur, demissus in dolum plenum olei, toto corpore adeo resolutus est, ut etiam oculi instar hominis mortui revolverentur. Deinde ministrorum tumultantium clamore excitatus, ad se quidem rediit. Cæterum spe salutis in posterum abjecta, quinquaginta drachmas militibus viritum, ducibus vero et amicis magnam pecuniæ vim distribui jussit. Inde Hierichuntem reversus est, jamque atra bile correptus, et ipsi quodammodo morti minitans, teterrimum facinus perpetrare statuit. Etenim illustrissimos quosque totius Judææ viros ex singulis vicis collectos, in Hippodromo concludi præcepit. Tum accersita Salome viroque ejus Alexandro: « Novi, inquit, Judæos morte mea exultaturos. Sed lugeri aliorum causa, et illustres exsequias consequi possum, dummodo meis mandatis obsequi velitis. Hos viros quos custodiæ mandavi, simul atque animam exhalavero militibus circumdatos, omnes interficite, quo et universa Judæa et singulæ domus vel invitæ mea morte illacrymentur. » Et paulo post: « Rursus, inquit, cum partim inedia, partim tussis violentia cruciaretur, victus doloribus fatum antevertere statuit. Sumpto igitur pomo, cutellum poposcit. Solitus enim erat poma manu sua incisa comedere. Tum circumspectans ne quis esset qui impediret, tanquam se percussurus dextram levavit. » Postremo idem scriptor narrat, quo pacto paulo ante exitum vitæ proprium filium, post duos quos jam ante necaverat, impie jussit occidi, atque ita demum non sine maximis cruciatibus animam efflavit. Hujusmodi exitum vitæ habuit Herodes, merita percussus supplicia pro scelere quod adversus infantes Bethlehennitas admiserat, dum Servatori nostro insidias compararet. Post cuius interitum angelus Josepho etiam tum in Ægypto moranti in somnis apparens, eum in Judæam redire una cum puero et matre præcepit, mortuos nuntians, qui puerum e medio tollere cupiebant. Quibus hæc evangelista subjungit: « Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illo

27 CAPUT IX.

De Pilati temporibus.

De Archelai post Herodis obitum dominatione

βουλήν. Porro in codice Reg. scriptum est προέκοψε δ' εἰς ἐπιβουλήν, etc., quæ lectio confirmare videtur conjecturam Savilii. Apud Nicephorum legitur etiam προέκοψε δὲ εἰς ἐπιβουλήν.

(26) *Λαβὼν δὲ μῆλον.* Omnino scribendum est λαβὼν δὴ μῆλον. Has enim particulas inter se con-

consentit etiam supradictorū scriptor, narrans qua ratione, tum ex Herodis patris testamento, tum iudicio Cæsaris Augusti Judææ regnum suscepit: utque, cum ipse post annos decem regno excidisset, fratres ejus Philippus et Herodes junior ac Lysanias tetrarchias suas rexerint. Idem in octavo decimo *Antiquitatum* libro, anno duodecimo principatus Tiberii (hic enim orbis imperium acceperat, cum Augustus septem et quinquaginta annis imperasset), Pontium Pilatum procuratorum Judææ accepisse auctor est, ibique decem annis usque ad Tiberii fere exitum permansisse. Ex quibus manifeste convincitur commentum eorum qui *Acta* adversus Servatorem nostrum nuperrime ediderunt. In quibus primum ipsa temporis ratio *Actis* prænotata, auctores mendacii coarguit. Quippe consulatu Tiberii Augusti quarto, qui incidit in septimum ejus imperii annum, ea quæ isti in salutari Domini nostri passione ausi sunt confingere gesta dicuntur. Quo quidem tempore nondum in Judæam advenisse Pilatum satis constat, si testimonio Josephi fides adhibenda est. Qui in libro jam supra laudato (26^o) disertè indicat, anno principatus Tiberii duodecimo Pilatum Judææ procuratorem a Tiberio factum fuisse.

τῆς Τιβερίου βασιλείας, ἐπίτροπος τῆς Ἰουδαίας ὑπὸ

CAPUT X.

De pontificibus Judæorum sub quibus Christus Evangelium prædicavit.

Horum temporibus cum Tiberius quidem quintum

(26^o) Lib. xviii, 3.

(27) Ἄμα Λυσανία. Id de suo adjecit Eusebius, quem merito reprehendit Scaliger in animadversionibus ad *Chronicon* Eusebii. Neque enim Josephus Lysaniam meminit in hujus reinarratione; constatque Herodis regnum in tres duntaxat partes post ejus mortem divisum fuisse. Tacitus in lib. v *Historiarum*, de Judæis loquens: *Centem coercitam liberi Herodis tripartito revere*. Idem testatur Philo in oratione *adversus Flaccum*, pag. 968, ubi dicit Caium dedisse Agrippæ, Magni Herodis nepoti, tertiam partem aviæ dittonis, quam Philippus tetrarcha obtinuerat: Γάτος Καίσαρ Ἀγρίππῃ, τῷ Ἡρώδου βασιλέως υἱοῦν, δίδωσι βασιλείαν, τῆς παπύρας λήξεως τρίτην μοῖραν, ἣν Φίλιππος ὁ τετράρχης, υἱὸς ὢν αὐτῷ πρὸς πατρός, ἐχαρπούτο.

(28) Τὰς ἐαυτῶν διεῖπον τετραρχίας. Scribendum est procul dubio διεῖπον, ut legitur in omnibus nostris codicibus, adeoque in Regio exemplari. Itaque nescio unde Rob. Stephanus vulgatam lectionem, διεῖλον, hauserit. Accedit etiam Josephi auctoritas, qui in lib. ii *De excedio*, cap. 8, emendationem nostram confirmat. Ille cum non vidisset Scaliger, frustra Eusebium nostrum reprehendit in animadversionibus ad *Chronicon* Eusebii, p. 164. Qui si manuscriptorum Eusebii codices consulisset, ut certe facere debuerat, animadvertisset profecto Eusebium nostrum hic quidem omni culpa vacuum esse.

(29) Τὰ ὑπομνήματα. Conficta sunt hæc *Acta Pilati* a Christianis religionis inimicis, in persecutione illa Maximini, ut testatur Eusebius in lib. ix, cap. 5. Quanquam ex *Actis* prædialibus sanctorum martyrum Tarachi, Probi et Andronici colligi potest, *Acta* illa jam antea ficta ac divulgata fuisse. Sic enim legitur in *Actis* illorum martyrum, cap. 9: *Præses dixit: Inique, non scis, quem invocas Chri-*

λάου καταστάσει συνῆδει καὶ ὁ προσηρημένος ιστορικὸς, τὸν τρόπον τε ἀναγράφων καθ' ὃν ἐκ διαθηκῶν Ἡρώδου τοῦ πατρὸς, ἐπικρίσεως τε Καίσαρος Αὐγούστου, τὴν κατὰ Ἰουδαίων βασιλείαν διεδέξατο, καὶ ὡς τῆς ἀρχῆς μετὰ δεκαετῆ χρόνον ἀποπεσόντος, οἱ ἀδελφοὶ Φίλιππος τε καὶ ὁ νέος Ἡρώδης ἅμα Λυσανίᾳ (27), τὰς ἐαυτῶν διεῖπον τετραρχίας (28). Ὁ δ' αὐτὸς ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ἀρχαιολογίας, κατὰ τὸ δωδέκατον ἔτος τῆς Τιβερίου βασιλείας (τοῦτον γὰρ τὴν καθ' ὅλων ἀρχὴν διαδέξασθαι, ἑπτὰ ἐπὶ πεντήκοντα ἔτεσι τὴν ἡγεμονίαν ἐπικρατήσαντος Αὐγούστου), Πόντιον Πιλάτον ἐπιτραπῆναι τὴν Ἰουδαίαν δηλοῖ, ἐνταυθα τε ἐφ' ὅλοις ἔτεσι δέκα, σχεδὸν εἰς αὐτὴν παραμείναι τὴν Τιβερίου τελευταίην. Οὐκ οὖν σαφῶς ἀπελήλεγκται τὸ πλάσμα τῶν κατὰ τοῦ Σωτήρος ἡμῶν ὑπομνήματα (29) χθὲς καὶ πρώην διαδεδωκότων· ἐν οἷς πρώτος αὐτὸς ὁ τῆς παρασημειώσεως χρόνος (30) τῶν πεπλακῶτων ἀπελέγει τὸ ψεῦδος. Ἐπὶ τῆς τετάρτης γοῦν ὑπατείας Τιβερίου, ἣ γέγονεν ἔτους ἐβδόμου τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὰ περὶ τὸ σωτήριον αὐτοῖς πάθος τολμηθέντα (31) περιέχει. Καθ' ὃν δεικνύται χρόνον, μὴδ' ἐπιστάς πω τῇ Ἰουδαίᾳ Πιλάτος, εἶγε τῷ Ἰωσήφῳ μάρτυρι χρῆσασθαι δεόν, σαφῶς οὕτω σημαίνονται κατὰ τὴν δηλωθεῖσαν αὐτοῦ γραφὴν, ὅτι δὴ δωδεκάτῳ ἐνιαυτῷ Τιβερίου καθίσταται Πιλάτος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι΄.

Περὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίους ἀρχιερέων, καθ' οἷς ὁ Χριστὸς τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο. (Nic. II. E. 1, 18, 29.)

Ἐπὶ τούτων δὴ οἷν κατὰ τὸν Εὐαγγελιστὴν ἔτος

stum, hominem quidem fuisse, factum sub custodia Pontii Pilati et punitum; cujus exstant Acta passionis. Inducti sunt autem in iudicium supradicti martyres Diocletiano iv et Maximiano iii cons., ut docet titulus *Actorum*. Ex quo sequitur, *Acta Pilati* jam ante persecutionem Maximini concinnata fuisse. Verum Maximinum, cum paucis adhuc nota essent, ea latius publicavit, et in scholis legi et ubique cantari ad Christianorum opprobrium iussit. Male autem Musculus et Christophorus *Υπομνήματα Commentarios* vertenter, cum *Acta* vertere debuissent, ut recte interpretatus est Rufinus. Græci enim ὑπομνήματα vocant quæ Latini *acta*, tam senatus quam magistratum. Exemplam passim occurrunt in Dionis Cassii *Historia*, et apud alios, ubi tamen fere labuntur interpretes.

(30) Ὁ τῆς παρασημειώσεως χρόνος. Hoc loco παρασημειώσις est titulus seu notatio temporis, quæ *Actis* præligi solebat. Sic enim *acta* iudicialia concipiebantur: *Consulatu Tiberii Augusti septimo, inducto in iudicium Jesu*, etc. Ita apud Ammianum Marcellinum in lib. xii: *Et acta super eo gesta, non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium: « Consulatu Tauri et Florentii, inducto sub præconibus Tauro. »* Eodem modo in gestis purgationis Cæciliani. Sed et in *actis* conciliorum idem observari consueverat. Nec consulatus modo, verum etiam dies ac mensis præscribebantur. Videtur autem in his Eusebii verbis esse enallage, ὁ τῆς παρασημειώσεως χρόνος, pro eo quod alii dicerent ἡ τοῦ χρόνου παρασημειώσις. Utitur porro Socrates eadem voce in lib. i, cap. 15, ubi scribit de tempore concilii Nicæni: *Καὶ ὁ χρόνος δὲ τῆς συνόδου, ὡς ἐν παρασημειώσεσιν εὑρομέν, etc.*

(31) Τὰ περὶ τὸ σωτήριον αὐτοῖς πάθος τολμηθέντα. De Judæis id dici outavit Kullanus. αὐτοῖς

πενταεκάτητον Τιθερίου Καίσαρος ἄγοντος, τέταρτον δὲ τῆς ἡγεμονίας Ποντίου Πιλάτου, τῆς τε λοιπῆς Ἰουδαίας τετραρχούντων Ἡρώδου καὶ Λυσανίου (52) καὶ Φιλίππου, ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ἀρχόμενος ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ἐπὶ τῷ Ἰωάννου βάπτισμα παραγίνεται, καταρχὴν τε ποιεῖ (53) τηλικαῦτα τοῦ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον κηρύγματος. Φησὶ δὲ αὐτὸν ἡ θεία Γραφή τὸν πάντα τῆς διδασκαλίας διατελέσαι χρόνον ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα (54), δηλοῦσα ὅτι δὴ ἐν τοῖς μεταξὺ τῆς τούτων ἔτσει λειτουργίας, ὁ πᾶς τῆς διδασκαλίας αὐτῷ συνεπεράνη χρόνος· ἀρξαμένου μὲν κατὰ τὴν τοῦ Ἄννα ἀρχιερωσύνην, μέχρι δὲ τῆς

secuti sunt Musculus et Christophorus; sed cum nullum de Judæis verbum præcesserit, de falsariis illis id intelligere malui, qui *Pilati Acta* confinxerant. Vox igitur αὐτοῖς referenda est ad ea verba quæ præcesserunt, τὸν πεπλασθέντων. Porro in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. hic locus ita legitur: τὰ περὶ τὸ σωτήριον πάθος αὐτοῖς τολμηθέντα. (52) Ἡρώδου καὶ Λυσανίου. Nescio cur Eusebius inter Herodem ac Philippum, Magni Herodis liberos, Lysaniam medium collocaverit. Lucas enim, cujus hic verba sequi se proficitur Eusebius, in celeberrimo illo loco de baptismo Christi, post Herodem ac Philippum, tertio loco Lysaniam nominavit. Quare debuerat etiam Eusebius eumdem ordinem observare, maxime cum Lysaniam non fuerit ex liberis aut successoribus Herodis. Illud etiam in Eusebio hoc loco reprehendendum videtur, quod postquam dixit Pilatum Judææ procuratorem tunc fuisse, addit reliquam Judæam paruisse tetrarchis Herodi, Philippo ac Lysaniam. Atqui Lysaniam nullam Judææ portionem unquam obtinuit. Neque enim Abila Judææ urbs fuit, sed Syria Cœles, seu Decapolitana. Excusari tamen potest Eusebius, si dicamus Judææ nomine eum intellexisse totam ditionem Herodis Magni. Constat enim Herodem Magnum tetrarchiam Lysaniam possedisse, donatam ipsi ab Augusto. Solebant quippe imperatores Romani has tetrarchias dono dare regibus fœderatis atque amicis populi Romani, quo illos sibi magis devincerent. Cujus rei exempla suppetunt apud Josephum. Id ipsum significat Plinius in lib. v, cap. 18, his verbis: *Intercursant cinguntque has urbes tetrarchie, regionum instar singulæ, et in regna contri buuntur*, etc.; et cap. 23 ejusdem libri: *præter tetrarchias in regna ascriptas*. Porro de hoc Lysania cujus meminit Lucas, mirum est nullam exstare mentionem apud Josephum, nec apud Dionem et reliquos. Quod si apud B. Lucam ita legeretur, Φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχούντος τῆς Ἰουδαίας καὶ Τραχωνιτιδος χώρας, καὶ τῆς Λυσανίου Ἀβιληνῆς, expuncta voce τετραρχούντος, quæ sequitur, res esset planissima. Nam Philippus tetrarchiam Lysaniam, quæ Zenodoro ante tradita fuerat, ab Augusto donatam accepit, ut testatur Josephus.

(53) Καταρχὴν τε ποιεῖ. In codicibus nostris Maz., Med. ac Fuk. scriptum est ποιεῖται.

(54) Ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα. Ita legitur in omnibus nostris codicibus. Apud Lucam in cap. III scriptum est ἐπὶ ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα. Cæterum hæc verba B. Lucæ nullatenus id significant, quod sibi persuasit Eusebius, Christum scilicet prædicare cœpisse ab eo anno quo sacerdos Judæorum fuit Annas, usque ad pontificatum Caiphæ. Nam primo quidem Lucas ibi loquitur non de prædicatione Christi, sed de prædicatione Joannis, quæ prædicationem Christi antecessit. Deinde eam Joannis prædicationem cœpisse dicit sub pontifici-

decimum imperii annum ageret, ut scribit Evangelista, Pilatus vero procuratoris Judææ quartum: Herode, Lysania ac Philippo tetrarchis reliquam Judæam obtinentibus, Servator ac Dominus noster Jesus Christus anno ætatis circiter tricesimo ad Joannis lavaerum accessit: tuncque primum Evangelium prædicare instituit. Refert porro divina Scriptura totum prædicationis suæ tempus sub **28** Anna et Caiphæ pontificibus illum exegisse, id scilicet significans, temporis spatio quo illi sacerdotium administrarunt, universam Christi prædicationem terminatam fuisse; cum ergo ab Annæ pontificatu exorsus ad Caiphæ pontificatum docere per-

bus Anna et Caiphæ: non quod anno illo quo prædicare cœpit Joannes, duo simul pontifices fuerint apud Judæos, ut putavit Scaliger in lib. vi *De emendatione temporum*, cap. 1; id enim absurdum est et inauditum. Nec verior est Theodori Bezae interpretatio, quam postea amplexus est Scaliger in *Prolegomenis ad Chronicon* Eusebii, et Casaubonus in *Exercitationibus*, Annam videlicet fuisse vicarium Caiphæ summi pontificis, seu δεύτερον ἀρχιερέα, atque idcirco una cum Caiphæ nominari. Nam si Anna vicem gessit Caiphæ, cur priore loco nominatur, non solum in Evangelio, verum etiam in Actibus apostolorum? cum simpliciter et absolute pontifex dicitur a B. Luca perinde ac Caiphæ. Triam nobis probent oportet illius sententiæ fautores: Primum est, pontifices Judæorum habuisse vicarios perpetuos atque ordinarios; secundum, vicarios illos in actis publicis una cum pontificibus nominatos fuisse ad temporum notationem. Postremo illos dictos esse simpliciter ἀρχιερεῖς seu pontifices. Sed profecto nunquam hæc probantur. Certe Josephus, qui in *Antiquitatum* libris universos Judæorum pontifices accurate percensuit, nunquam perpetuos illos vicarios commemoravit. Unius duntaxat meminit in lib. xvii, Josephi scilicet, qui in spatium unius diei creatus est pontifex, ut vice Matthiæ pontificis sacra faceret. Ex quo apparet, perpetuos vicarios summi pontificis nullos tunc fuisse. Nam si Matthias pontifex hujusmodi vicarium habuisset, nil opus erat ob nocturnam illam pollutionem subito vicarium illi constituere. Existimo igitur B. Lucam his verbis nihil aliud significare voluisse, quam anno quinto decimo Tiberii Cæsaris Caiphæ summum fuisse pontificem, Annam vero ex pontifice. Nam cum Annas socer esset Caiphæ, et paulo antea pontificatum gessisset, summamque inter Judæos auctoritatem obtinere, merito cum Caiphæ conjungitur a Luca, non in Evangelio solum, sed in cap. iv Actuum apostolorum. Quippe hic Annas vir fuit sui temporis celeberrimus ac potentissimus, et quasi quidam perpetuus pontifex. Ex quo enim summus sacerdos factus est a Quirinio, ipse deinceps reliquo vitæ tempore aut per filios, aut per generos suos sacerdotium administravit, ut testatur Josephus, qui illum semper *Ananum* nominat. Cum igitur tunc temporis tota sacerdotii auctoritas penes Annam resideret, mirum non est, si cum Caiphæ pontifex nominatur a B. Luca. Cæterum Caiphæ anno xv Tiberii pontificem Judæorum fuisse docet Josephus in lib. xviii. Factus enim est pontifex a Valerio Grato, qui ex Judæa decessit anno circiter Tiberii Cæsaris xvii inenute. Quem pontificatum plus quam x annis obtinuit, toto scilicet tempore administrationis Pilati. Remoto deinde Pilato, Vitellius legatus Syriæ sacerdotium ademit Caiphæ, et Jonathan in ejus locum substituit, ut scribit Josephus in cap. 6.

stiterit, vix hoc temporis intervallo quadriennium integrum continetur. Quippe cum jam inde ab illis quibus dixi temporibus aboliti prope essent ritus legesque sacrorum, simul sacerdotium perpetuum et hereditarium esse desiderat: nec quæ ad cultum Dei pertinent rite agebantur. Sed a præsibus Romanis alii subinde atque alii sacerdotes constituti, non plus quam anni spatium illud gerebant. Certe Josephus ab Anna ad Caipham quatuor continuo ordine sacerdotes fuisse in dicto *Antiquitatum* libro narrat his verbis: « Valerius Gratus cum Annæ sacerdotium ademisset, Ismaelem Baphi filium in ejus locum promovit. Quo non multo post remoto, Eleazarum supradicti Annæ filium sacerdotem designavit. Interjecto deinceps anni spatium cum huic honorem abrogasset, Simoni Canithi filio sacerdotium tradidit. Qui eo munere non ultra annum perfunctus, mox Josephum, cui etiam Caiphæ nomen fuit, successorem accepit. » Proinde universum prædicationis Dominicæ tempus non totos quatuor annos complecti manifestum est, quorum spatium totidem sacerdotes ab Anna usque ad promotionem Caiphæ annuum singuli sacerdotium administrarunt. Itaque illo anno quo salutaris Chris-

(35) Μέχρι δὲ τῆς ἀρχῆς τοῦ Καϊάφα. Rufinus initium verit; Langus vero *administrationem*, quod magis probo. Nam apud Judæos magistratus fuit sacerdotium, cum sacerdos seu ἀρχιερεύς jurisdictionem haberet. Præerat enim publico gentis concilio, quod συνέδριον vocabant. Paulo post in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. ita legitur: οὐδ' ὄλος ὁ μεταξὺ παριστάται τετραέτης χρόνος.

(36) Λέλυτο μὲν ἡ διὰ βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχῆ. Hujus loci insignis emendatio debetur codicibus nostris Maz., Med. ac Fuk. Nam Rob. quidem Stephanus Regii codicis lectionem expresserat, quæ meo quidem iudicio ferri non potest. Quid enim sibi volunt illa verba, οὕτε τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν? Quanto planior est scriptura codicum nostrorum, λέλυτο μὲν ὧ δια βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχῆς τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν. Confirmat hanc lectionem Nicephorus, qui in cap. 29, lib. 1 locum Eusebii sic expressit: λέλυτο πρὸς τοὺς ἄλλοις καὶ ὧ δια βίου καὶ τῆς τῶν προγόνων διαδοχῆς διέφερον ἡ τοῦ Θεοῦ θεραπεία καὶ λειτουργία. Nulla potest afferri melior interpretatio Eusebii loci, quam hoc Nicephori scholium. Illud tantum monendum est, singularem numerum hic positum esse pro plurali. Idem enim est ac si dixisset λέλυτο μὲν οἷς δια βίου, etc. Quid sit διὰ βίου nec Rufinus nec Langus intellexerunt. Nos pluribus exponemus in adnotationibus ad librum decimum.

(37) Ἰστορεῖ γοῦν ὁ Ἰώσηπος. Longe hic fallitur Eusebius. Nam Josephus non loquitur de iisdem temporibus de quibus Lucas. Josephus quidem loquitur de primo Tiberii Cæsaris decennio, quo tempore procurator Judææ fuit Valerius Gratus. At Lucas loquitur de secundo Tiberii decennio, quando præses fuit Pilatus. Hunc Eusebii errorem jaundudum notavit Scaliger in lib. vi *De emendatione temporum*, cap. 1, et multo ante Scaligerum Langus in notis ad cap. 29 lib. 1 Nicephori.

(38) Κατὰ τὴν αὐτῆς Ἀρχαιολογίας γραφῆν. Melius nostri codices Maz. Med. cum Fuk. ac Savil. scripturam habent κατὰ τὴν αὐτὴν τῆς ἱστορίας γραφῆν.

(39) Τὸν τοῦ Βαφί. Ita quidem codex Regius, cui astipulatur Rufinus his verbis: Valerius Gratus,

ἀρχῆς τοῦ Καϊάφα (35) παραμείναντος, οὐδ' ὄλος ὁ μεταξὺ τετραέτης παριστάται χρόνος. Τῶν γάρ τοι κατὰ τὸν νόμον ἦδη πως καθηρημένων ἐξ ἐκείνου θεσμῶν, λέλυτο μὲν ἡ διὰ βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχῆ (36), οὕτε τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν· ὑπὸ δὲ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἡγεμόνων ἄλλοι τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπιτρέπόμενοι, οὐ πλέον ἔτους ἐνὸς ἐπὶ ταύτης διετέλουν. Ἰστορεῖ γοῦν ὁ Ἰώσηπος (37) τέσσαρας κατὰ διαδοχὴν ἐπὶ Καϊάφην ἀρχιερεῖς μετὰ τὸν Ἄνναν διαγενέσθαι, κατὰ τὴν αὐτῆς τῆς Ἀρχαιολογίας γραφῆν (38), ὧδέ πως λέγων· « Οὐαλίριος Γράτος παύσας ἱεραῖσθαι Ἄνναν, Ἰσμαῆλον ἀρχιερέα ἀποφαίνει τὸν τοῦ Βαφί (39). Καὶ τοῦτον δὲ μετοῦ πολὺ μεταστήσας, Ἐλεάζαρον τὸν Ἄνναν τοῦ ἀρχιερέως υἱὸν ἀποδεικνυσιν ἀρχιερέα. Ἐνιαυτοῦ δὲ διαγενομένου καὶ τόνδε παύσας, Σίμωνι τῷ Καμίθου τὴν ἀρχιερωσύνην παραβίδωσιν. Οὐ πλέον δὲ καὶ τῶδε ἐνιαυτοῦ τὴν τιμὴν ἔχοντι διαγίνεται χρόνος (40), καὶ Ἰώσηπος ὁ καὶ Καϊάφας (41) διάδοχος ἦν αὐτῶν. » Οὐκοῦν ὁ σύμπας οὐδ' ὄλος τετραέτης ἀποδεικνύται τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας χρόνος, τεσσάρων ἐπὶ τέσσασιν (42) ἔτεσιν ἀρχιερέων ἀπὸ τοῦ Ἄννα καὶ ἐπὶ τῆν τοῦ Καϊάφα κατάστασιν ἐνιαύσιον λειτουργίαν ἐκτελεχότων. Τὸν γέ τοι Καϊάφην ἀρ-

Anna sacerdotio deturbato, Ismaelem pontificem designavit filium Baphi. Ita enim legitur in vetustissimo codice Parisiensis Ecclesiæ. Reliqui vero Eusebii codices Maz., Med., cum Fuk. et Savil., scriptum habent τὸν τοῦ Βαφί. Quibus consentit etiam Nicephorus.

(40) Διαγίνεται χρόνος. In nostris codicibus Maz., Med. Fuk. et Savilli scriptum est διεγένητο. Sic etiam legit Nicephorus in cap. 29 lib. 1.

« Έστι δ' αὐτοῖς καὶ συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν , οἱ τῆς αἰρέσεως αὐτῶν ἀρχηγέται (64) γενόμενοι , πολλὰ μνημεῖα τῆς ἐν τοῖς ἀλληγορούμενοις ἰδέας ἀπέλιπον , οἷα καθάπερ τισὶν ἀρχετύποις χρώμενοι , μιμῶνται τῆς προαιρέσεως τὸν τρόπον. » Ταῦτα μὲν οὖν εἰσικεν εἰρῆσθαι τῷ ἀνδρὶ , τὰς ἱερὰς ἐξηγουμένων ἐπακροασαμένῳ Γραφάς. Τάχα δ' εἰκὸς ἂ ψησιν ἀρχαίων παρ' αὐτοῖς εἶναι συγγράμματα , τὰ τε Εὐαγγέλια καὶ τὰς τῶν ἀποστόλων γραφάς [τυγγάνειν] , διηγήσεις τε τινὰς κατὰ τὸ εἰκὸς τῶν πάλαι προφητῶν ἐρμηνευτικὰς , ὁποίας ἦ τε πρὸς Ἑβραίους , καὶ ἄλλαι πλείους τοῦ Παύλου περιέχουσιν ἐπιστολαὶ , ταῦτα εἶναι. Εἶτα πάλιν ἐξῆς περὶ τοῦ νέους αὐτοῖς ποιεῖσθαι ψαλμοὺς οὕτως γράφει : « Ὄστ' οὐ θεωροῦσι μόνον , ἀλλὰ καὶ ποιοῦσιν ἕσματα καὶ ὕμνους εἰς τὸν Θεόν , διὰ παντοίων μέτρων καὶ μελῶν ῥυθμοῖς σεμνοτέροις ἀναγκαίως χαράσσοντες. » Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα περὶ ὧν ὁ λόγος , ἐν ταῦτῳ διεξείσιν , ἐκεῖνα δ' ἀναγκαῖον ἐφάνη δεῖν ἀναλέξασθαι , δι' ὧν τὰ χαρακτηριστικὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀγωγῆς ὑποτίθεται. Εἰ δὲ τῷ μὴ δοκεῖ τὰ εἰρημένα ἴδια εἶναι τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείας , δύνασθαι δὲ καὶ ἄλλοις παρὰ τοὺς δεδῶλμμένους ἀρμόττειν , πειθέσθω καὶ ἀπὸ τῶν ἐξῆς αὐτοῦ φωνῶν , ἐν αἷς ἀναμφῆριστον εἰ εὐγνωμονοῖη , κομίσεται τὴν περὶ τοῦδε μαρτυρίαν. Γράφει γὰρ ὧδε : « Ἐγκράτειαν δ' ὥσπερ τινὰ θεμέλιον προκαταβαλλόμενοι τῇ ψυχῇ , τὰς ἄλλας ἐποικοδομοῦσιν ἀρετάς. Σιτίον γὰρ ἢ ποτὴν οὐδεὶς ἀν' αὐτῶν προσενέγκαιτο πρὸ ἡλίου δύσεως , ἐπεὶ τὸ μὲν φιλοσοφεῖν φωτὸς ἀξίον κρίνουσιν εἶναι , σκότους δὲ τὰς τοῦ σώματος ἀνάγκας , θὲν τῷ μὲν ἡμέραν , ταῖς δὲ νυκτὸς βραγὺ τι μέρος ἀπένειμαν. » Ἔνιοι δὲ καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ὑπομνησκονταὶ τροφῆς , οἷς πλείων ὁ πόθος ἐπιστήμης ἐνίδρυσται , τινὲς δ' οὕτως ἐνευφραίνονται καὶ τρυφῶσιν ὑπὸ σοφίας ἐστῶμενοι πλουσίως καὶ ἀφθόνως τὰ δόγματα χορηγούσης , ὡς καὶ πρὸς διπλασίονα χρόνον ἀντέχειν καὶ μόγις δι' ἑξ ἡμερῶν ἀπογεύεσθαι τροφῆς ἀναγκαίας ἐθισθέντες (65). » Ταῦτα

hariter Romæ versatus est , si Eusebio credimus. An non ex his aperte colligitur , Philonem eo in libro de Christianis non loqui? Sunt et alia argumenta ex quibus idem probari potest , ut cum dicit Philo Therapeutas his tantum quotidie preces fecisse , oriente scilicet sole et occidente : quasi vero primi Christiani non tertia , sexta et nona hora , ut in Actibus legitur , et singulis non dici modo , sed et noctis horis Deum oraverint. Item quod ait Therapeutas hymnos et cantica vario metrorum genere in honorem Dei composuisse , cadere non potest in primævos illos Christianos. Serius enim novos hymnos contexere cœperunt , post Antoninorum scilicet tempora , cum viri docti sese ad nostram religionem applicuissent. Jam vero quod scribit Philo , Therapeutas per universum prope orbem diffusos fuisse , sed potissimum in Ægypto frequentes fuisse , et Mareoticam præfecturam fuisse illis instar patriæ , in quam præstantissimi quique illorum relicti patriis sedibus migrare soliti essent , quomodo de Christianis dici potest , qui et paucissimi tunc erant , nec patriam sibi ullam esse præter cœlestem Jerusalem existimabant?

(65) *Ἐθισθέντες*. Aut hæc vox delenda est , aut adjicienda sunt , quæ sequuntur in Philone ἐθισθέντες ὥσπερ φασὶ τὸ τῶν τεττίγων γένος ἀερί τρέφεσθαι.

τοῦ Φιλωνος σαφεις καὶ ἀναντιρρήτους περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὑπάρχειν ἡγοῦμεθα λέξεις. Εἰ δ' ἐπὶ τούτοις ἀντιλέγων τις ἔτι σκληρόνιστο, καὶ οὕτως ἀπαλλατέσθω τῆς δυσπιστίας, ἐναργεστέραις πειθαρχῶν ἀποδείξαι, ἃς οὐ παρά τισιν, ἢ μόνῃ τῇ τῶν Χριστιανῶν εὐρεῖν ἔνεστι κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον θρησκεία. Φησὶ γὰρ τοῖς περὶ ὧν ὁ λόγος, καὶ γυναῖκας συνείναι. ὧν αἱ πλεῖστα γηραλέαι τυγχάνουσι παρθένοι, τὴν ἀγνείαν οὐκ ἀνάγκη, καθάπερ ἔναιαι τῶν παρ' Ἑλλήσιν ἱερεῶν, φυλάξασαι μᾶλλον, ἢ καθ' ἑκούσιον γλώμην, διὰ ζῆλον καὶ πόθον σοφίας ἢ συμβιοῦν σπουδάσασαι. τῶν περὶ τὸ σῶμα ἡδονῶν ἠλόγησαν, οὐ θνητῶν ἐκγόνων, ἀλλ' ἀθανάτων ὀρεχθεῖσαι, ἃ μόνῃ τίττειν ἀφ' ἑαυτῆς οἶα τε ἐστὶν ἡ θεοφιλεῖς ψυχῇ. Εἰθ' ὑποκαταβάς ἐμφαντικώτερον ἐκτίθεται καὶ ταῦτα· « Αἱ δ' ἐξηγήσεις τῶν ἱερῶν γραμμάτων γίνονται αὐτοῖς δι' ὑπονοῶν ἐν ἀλληγοραῖς. Ἄπαντα γὰρ ἡ νομοθεσία δοκεῖ τοῖς ἀνδράσι τούτοις εὐκέναι ζῶν, καὶ σῶμα μὲν ἔχειν τὰς ῥήτάς λέξεις, ψυχὴν δὲ τὸν ἐναποκείμενον ταῖς λέξεσιν ἀόρατον νοῦν, ὃν ἔρξαστο διαφερόντως ἡ θρησκεία αὐτὴ θεωρεῖν, ὡς διὰ κριτοπύρου τῶν ὀνομάτων, ἐξαιρία κάλλη νοημάτων ἐμφανιόμενα κατιδοῦσα. » Τί δεῖ τούτους ἐπιλέγειν τὰς ἐπὶ ταῦτον συνόδους, καὶ τὰς ἰδίαι μὲν ἀνδρῶν, ἰδίαι δὲ γυναικῶν ἐν ταῦτῳ διατριβάς, καὶ τὰς ἐξ ἔθους εἰσέτι καὶ νῦν πρὸς ἡμῶν ἐπιτελούμενας ἀκῆσεις, ἃς διαφερόντως κατὰ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆν, ἐν αἰτείαις καὶ διανυκτερεύσεσιν, προσοχαῖς τε τῶν θείων λόγων ἀποτελεῖν εἰθώμεν. Ἄπερ ἐπακριβὲς τὸν αὐτὸν (66) ὄν καὶ εἰς δεῦρο τετήρηται παρὰ μόνοις ἡμῖν τρόπον, ἐπισημημένον ὁ δηλωθεὶς ἀνὴρ, τῇ ἰδίᾳ παραδέδωκε γραφῇ· καὶ μάλιστα τὰς τῆς μεγάλης ἑορτῆς (67) παννυχίδας (68), καὶ τὰς ἐν ταύταις ἀσκήσεις, τοῦς

(66) Ἐπακριβὲς τὸν αὐτὸν. Paulo aliter nostri codices Maz... Med. et Fuk., qui ita scriptum exhibent : ἃ καὶ ἐπακριβέστερον αὐτὸς ὄν καὶ εἰς δεῦρο, etc.

(67) Τῆς μεγάλης ἑορτῆς παννυχίδας. Intelligit totam illam hebdomadem quæ Paschales ferias præcedit, quam Μεγάλην Ἑβδομάδα Græci Patres appellant. Epiphanius in hæresi Nazarenorum vocat ἑβδομάδα τῶν Πάσχα, ut et Cyrillus in Homiliis Paschalibus. Ex quo discimus, hebdomadem illam in Alexandria Ecclesia a secunda duntaxat feria incepisse. Ait autem Epiphanius Philonem per eos dies venisse ad monasteria Therapeutarum quos ipse Jessæos nominat. Verum in Philonis libro nulla sit mentio Paschalis solemnitatis. Meminit quidem Philo τῆς Μεγάλης Ἑορτῆς, ubi scribit Therapeutas seorsum vixisse in monasteriis, septimo autem quoque die in unum convenire solitos : post dies vero septies septenos convivere frugalissima celebrasse cum choreis et canticis in honorem Dei compositis. Quippe eos septenarium numerum coluisse ; nec solum simplicem hebdomadem in honore habuisse, verum etiam repetitam ac per se multiplicatam, quippe quæ vigilia sit seu προσόρτιος magnæ festivitatis, Pentecostes videlicet. Hæc sunt Philonis verba, quæ profecto nihil faciunt pro Eusebio. Nam primum quidem Philo hebdomadis nomine Sabbatum intelligit, quod Therapeutæ religiose colebant ex Mosis præcepto, ut tradit Philo. At hoc longe abhorret a Christianorum ritu, qui non Sabbata, sed dies Dominicos celebrabant. Deinde Μεγάλης Ἑορτῆς vocabulum Pentecostem designari in semet testatur, non autem Pascha, ut affir-

A quit, temperantiam tanquam fundamentum aliquod in animis suis jecerunt, reliquas deinceps virtutes superstruunt. Cibum enim potumque nemo illorum ante solis occasum unquam sumpserit. Quippe philosophiæ studium luci convenire : curam autem corporis tenebris dignam esse existimant. Itaque illi quidem studio totum diem, corporis autem necessitatibus exigua noctis partem deputarunt. Nonnulli eorum toto triduo cibum capere omittunt, dum ardentiori discendi cupiditate rapiuntur. Quidam vero tam incredibili voluptate, tantisque deliciis perfunduntur, dum pascuntur epulis sapientiæ, quæ salubria ipsis præcepta tanquam opiparum convivium apponit, ut duplo diutius famem perferant, ac vix sexto die necessarium cibum degustent. » Hæc Philonis verba de primis nostræ religionis viris perspicue et absque ulla dubitatione dicta esse arbitror. Quod si quis adhuc pertinaciter his refragari voluerit, is manifestioribus convictus indicibus, quæ non alibi quam in Christianorum religione ad Evangelii normam composita reperiuntur, pertinaciam suam tandem abjiciat. Ait igitur Philo cum his viris de quibus jam diximus, versari etiam feminas quasdam, quarum plurimæ ad extremam usque senectutem virgines manent. Quæ quidem non coactæ necessitate ut pleræque apud Græcos sacerdotes, sed sua sponte castitatem corporis custodierunt, illectæ amore ac desiderio sapientiæ ; in cujus complexu ac contubernio dum vitam omnem traducere cupiunt, sprevere corporis voluptates, nec perituros partus concupiverunt, sed potius immortales fœtus. Quos quidem solus animus divino Numini dicatus et acceptus ex seipso elere potest. 57 Multis deinde interjectis, disert-

mat Eusebius. Omitto choreas et saltationes Therapeutarum in illis pervigiliis, quæ potius ad Bacchanalium insaniam, quam ad Christianam sobrietatem pertinent ; licet Philo, utpote gentis suæ philosophis favens, ejusmodi furorem sacrum ac sobrium nominet.

(68) Παννυχίδας. Paulo supra διανυκτερεύσεις pro eodem dixit : Καὶ τὰς ἐξ ἔθους εἰσέτι καὶ νῦν πρὸς ἡμῶν ἐπιτελούμενας ἀσκήσεις, ἃς διαφερόντως κατὰ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆν, ἐν αἰτείαις καὶ διανυκτερεύσεσιν, προσοχαῖς τε τῶν θείων λόγων, etc. Qui locus imprimis notandus est, utpote ex quo antiquitas jejunii Paschalis manifestissime ostenditur. Quamvis enim concedamus, Philonis locum ex libro *De vita contemplativa*, de Christianis non esse intelligendum, ex interpretatione tamen Eusebii hoc colligimus : Eusebium non dubitasse quin Paschale jejunium Marci evangelistæ temporibus jam tum in Ecclesia celebraretur. Cæterum ut ad παννυχίδας seu pervigilia Paschalis festi redeamus, de iisdem loquitur Eusebius cap. 9, l. vi, ubi agit de miraculis Narcisii Hierosolymorum episcopi ; et in libro iv *De vita Constantini*, c. 22, τὴν ἱερὰν διανυκτερεύσιν appellat. Epiphanius in epilogō operis *De hæresibus*, has vigiliis varie in Ecclesia observatas esse testatur. Plerique enim per sex illos dies qui Pascha præcedunt, pervigilia celebrabant. Alii quinta duntaxat feria et Sabbato vigiliis agebant, ἀγρυπνιας δὲ διατελοῦσι τὰς ἑξ, etc. ; et paulo post, ἐν τισὶ δὲ τόποις τὴν μετὰ τὴν πέμπτην ἀγρυπνοῦσιν, ἐπιφώσκουσιν εἰς τὸ προσάδδαν, καὶ τὴν κυριακὴν μόνας. Qui locus cum nullus sit, ita mihi suppleendus videtur, τὴν μετὰ τὴν

tius adhuc loquitur his verbis : « Expositiones autem, inquit, sacrorum voluminum ab iis fiunt figurate per allegorias. Universam enim legem similem esse existimant animalis: et verba quidem ipsa corporis instar esse; occultum autem sensum qui sub verbis latet, animæ speciem quamdam habere. Quem quidem sensum hæc secta scrutari et contemplari primitus instituit, in verbis ipsis velut in speculo quodam, admirabilem sententiarum pulchritudinem cœtuens. Quid præterea hic attinet commemorare cœtus et virorum ac mulierum seorsum degentium studia atque exercitationes, quæ apud nos etiamnum in usu sunt, præcipue circa diem festum Dominicæ passionis, quo tempore jejuniis atque vigiliis, et sacrorum librorum lectioni impensius vacare consuevimus. » Quæ omnia vir ille toties jam nominatus, eodem plane modo quo a nobis solis hodieque observantur, accurate notata, scriptis suis tradidit, atque in primis pervigilia magnæ solemnitatis, piæque in iisdem exercitationes, et hymnos qui a nobis recitari solent, commemorat. Et quo pacto, cum unus quispiam modulate ac decenter psalmum canere exorsus fuerit, cæteri cum silentio auscultantes, extremas duntaxat hymnorum partes simul concinant. Utque per illos dies humi in stramentis recubantes, a vino quidem, ut ejus verbis utar, penitus abstineant, neque carnes ullas degustent: sola autem aqua ad potum utantur, neque ad panem aliud quidquam adhibeant præter sal atque hyssopum. Ad hæc gradus atque ordinem præsentium describit, eorum videlicet qui ecclesiastica obeunt munera: tum ministeria diaconorum: postremo episcopatus apicem omnibus antistantem. Quæ si quis accuratius nosse desiderat, ex ipso Philonis libro discere poterit. Cæterum quin dum ista scriberet Philo, primos illos evangelicæ doctrinæ prædicatores, et ab apostolis primum traditam disciplinam in mente habuerit, nemini dubium esse arbitror.

58 CAPUT XVIII.

Qui Philonis libri ad nos pervenerint.

Hic porro vir in dicendo copiosus, in sententiis locuples, in divinæ Scripturæ intelligentia sublimis atque excelsus, variam ac multiplicem sacrorum voluminum expositionem edidit. Ac primo quidem scripsit in *Genesis*, cuncta quæ illic commemorantur, ordine explanans: quos libros *sacrarum legum Allegoriam* inscripsit. Deinde vero capita quædam sacræ Scripturæ quæ difficultatem habere videntur, singillatim exposuit, objectiones earumque solutiones apponens. Quos similiter libros *Quæstionum ac Solutionum in Genesis et in Exodus* titulo prænotavit. Sunt præterea ab eodem seorsum conscripti de diversis argumentis tractatus: verbi gratia, *De agricultura libri duo*, totidemque, *De temulentia*, et alia plurima opuscula variis pro cuiusque argumento titulis insignita. Inter quæ est illud *De rebus quas mens sobria optat et quas exsecratur*. Item *De con-*

πέμπτην ἀγρυπνοῦσιν ἐπιφώσκουσαν εἰς τὸ προσάβ-
βατον, καὶ τὴν μετὰ τὸ σάββατον ἐπιφώσκουσαν εἰς
τὴν κυριακὴν μὴνας. Ac fortasse etiam plura desunt
in illo Eriphanii loco. Nam et nocte illa quæ Pa-
rascenem sequitur, Christiani vigilabant, ut docet
Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi 18, διὰ δὲ
τὸν κάματον τὸν προγενόμενον ὑμῖν ἐκ τῆς ὑπερ-
θέσεως τῆς νηστείας τῆς παρασκευῆς, καὶ τῆς
ἀγρυπνίας.

(69) Τὸν τῆς προστασίας τρόπον. Presbyteros
intelligit, de quibus Philo in dicto libro *De vita con-*
templativa, pag. 899 editionis Parisiensis.

(70) Πλατὺς ταῖς διαβολαῖς. Rufinus legisse vi-

τε λέγεσθαι εἰωθότας πρὸς ἡμῶν ὕμνων ἱστορῶν, καὶ
ὡς ἐνὸς μετὰ ῥυθμοῦ κοσμίου ἐπιψάλλοντος, οἱ λοιποὶ
καθ' ἡσυχίαν ἀκροώμενοι, τῶν ὕμνων τὰ ἀκροτελευτία
συνεξηγοῦσιν, ὅπως τε κατὰ τὰς δεδλωμένας ἡμέρας
ἐπὶ στιβάδων χαμμουνοῦντες, οἴνου μὲν τοπαράπαν. ὡς
αὐτοῖς βήμασιν ἀνέγραψεν, οὐκ ἀπογοινοῦνται, ἀλλ'
οὐδὲ τῶν ἐναίμων τινὸς, ὕδωρ δὲ μόνον αὐτοῖς ἔστι τὸ
ποτὸν, καὶ προσόψημα μετ' ἄρτου ἄλλες καὶ ὕσσωπον.
Πρὸς τοῦτοις γράφει τὸν τῆς προστασίας τρόπον (69),
τῶν τὰς ἐκκλησιαστικὰς λειτουργίας ἐγκεχειρισμέ-
νων, διακονίας τε καὶ τὰς ἐπὶ πᾶσιν ἀνωτάτω τῆς
ἐπισκοπῆς προεδρίας. Τούτων δ' ὅτι πόθος ἔνεστι
τῆς ἀκριβοῦς ἐπιστάσεως, μάθοι ἂν ἐκ τῆς δηλωθείσης
τοῦ ἀνδρὸς ἱστορίας. Ὅτι δὲ τοὺς πρώτους κήρυκας
τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον διδασκαλίας, τὰ τε ἀρχῆθεν
πρὸς τῶν ἀποστόλων ἔθη παραδεδομένα καταλαβὼν ὁ
Φίλων ταῦτ' ἔγραφε, παντὶ τῷ ὄντι.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

"Ὅσα τοῦ Φίλωνος εἰς ἡμᾶς περιῆλθε συγ-
γράμματα (Nic. H. E. II, 17, 18).

Πολὺς γε μὴν τῷ λόγῳ, καὶ πλατὺς ταῖς δια-
νοίαις (70), ὑψηλὸς τε καὶ μετέωρος ἐν ταῖς εἰς τὰς
θείας Γραφαῖς θεωρηταῖς γεγεννημένος, ποικίλην καὶ
πολύτροπον τῶν ἱερῶν λόγων πεποίηται τὴν ὑφήγη-
σιν τοῦτο μὲν εἰρημῶ καὶ ἀκολουθίᾳ, τὴν τῶν εἰς τὴν
Γένεσιν διεξελθῶν *πραγματειῶν*, ἐν οἷς ἐπέγραψε νό-
μων ἱερῶν Ἀλληγορίας, τοῦτο δὲ, κατὰ μέρος δια-
στολὰς κεφαλῶν τῶν ἐν ταῖς Γραφαῖς ζητούμε-
νων, ἐπιστάσεις τε καὶ διαλύσεις ποιούμενος ἐν
οἷς καὶ αὐτοῖς κατὰ τὴν ἑρμηνείαν τῶν ἐν *Γένεσει* καὶ
τῶν ἐν *Ἐξαρῳγῇ* ζητημάτων τε καὶ λύσεων τε-
θροῖται τὴν ἐπιγραφὴν. Ἔστι δ' αὐτῷ παρὰ ταῦτα,
προβλημάτων τινῶν ἰδίως πεπονημένα σπουδάσματα.
Οἷα ἔστι τὰ *Περὶ γεωργίας δύο*, καὶ τὰ *Περὶ μέθης*
τοσαῦτα, καὶ ἄλλα ἅττα διαφόρου καὶ οἰκίας ἐπιγρα-
φῆς ἤξιωμένα. Οἷος *Περὶ ὧν νήψας ὁ νοῦς εὐχε-
ται* (71) καὶ *καταράται*, καὶ ὁ *Περὶ φουγῆς καὶ εὐρέ-*

detur βαθύς, vertit enim in sensibus profundissimis.
Nicephorus tamen et scripti codices vulgatam
lectionem tuentur. Paulo post nostri codices Maz.,
Med. ac Fuk. vocem interserunt hoc modo, ὑψηλὸς
τε ὢν καὶ μετέωρος.

(71) *Περὶ ὧν νήψας ὁ νοῦς εὐχεταί*. Hic Philo-
nis liber hodie non existat. Nam quod Nicolaus Fa-
ber ad oram codicis sui adnotaverat, forte scriben-
do esse *Περὶ τοῦ Ἐξέρηψε Νωε*, id equidem pro-
bare non possum, licet in eo libro agat Philo de vo-
tis et imprecationibus. Apud Snidam liber hic Phi-
lonis inscribitur *Περὶ ὧν κατὰ νοῦν τις εὐχεταί*
εἰς. Sophronius vero sic habet: *Περὶ ὧν κατὰ νοῦν*

σεως (72), καὶ ὁ Περὶ τῆς πρὸς τὰ παιδεύματα συν-
 ὄθου. Περὶ τε τοῦ, τίς ὁ τῶν θείων ἐστὶ κληρονόμος,
 ἢ Περὶ τῆς εἰς τὰ ἴσα καὶ ἐναντία τομῆς, καὶ ἔτι ὁ
 Περὶ τῶν τριῶν ἀρετῶν, ἃς σὺν ἄλλαις ἀνέγραψε
 Μωσῆς. Πρὸς τοῦτοις, ὁ Περὶ τῶν μετονομαζομένων,
 καὶ ὧν ἕνεκα μετονομάζονται, ἐν ᾧ φησι συνεταχέ-
 ναι: καὶ περὶ Διαθηκῶν πρώτης καὶ δευτέρας (73). Ἔστι
 δ' αὐτοῦ καὶ Περὶ ἀποκλίας, καὶ Βλου σοφοῦ τοῦ κατὰ
 δικαιοσύνην τελειωθέντος, ἢ Περὶ νόμων ἀγράφων.
 Καὶ ἔτι Περὶ γιγάντων, καὶ Περὶ τοῦ μή τρέπεσθαι τὸ
 Θεῖον (74), Περὶ τε τοῦ, κατὰ Μωϋσέα, θεοπέμπτους
 εἶναι τοὺς ὄνειρους (75), πρώτον, δεύτερον, τρίτον, τέ-
 ταρτον, πέμπτον. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα
 τῶν Εἰς τὴν Γένεσιν. Εἰς δὲ τὴν Ἐξοδον ἐγνωμεν αὐ-
 τοῦ Ζητημάτων καὶ Λύσεων πρώτον, δεύτερον, τρί-
 τον, τέταρτον, πέμπτον. Καὶ τὸ Περὶ τῆς σκηρῆς, τὸ
 τε Περὶ τῶν δέκα λογίων, καὶ τὰ Περὶ τῶν ἀναφερο-
 μένων ἐν εἰδὶ νόμων εἰς τὰ συντείνοντα κεφάλαια
 τῶν δέκα λόγων, πρώτον, δεύτερον, τρίτον, τέταρτον.
 Καὶ τὸ Περὶ τῶν εἰς τὰς Ἱερουσαλίας ζώων, καὶ τίνα
 τὰ τῶν θυσιῶν εἶδη. Καὶ τὸ Περὶ τῶν προκειμένων
 ἐν τῷ νόμῳ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἄλλων, τοῖς δὲ πορη-
 ροῖς ἐπιτιμῶν καὶ ἀρῶν. Πρὸς τοῦτοις ἅπασιν καὶ μο-
 νόβιβλα αὐτοῦ φέρεται, ὡς τὸ Περὶ Προβολας (76), καὶ

εὐδόμηθα καὶ ἀπομαρτυρόμεθα, λόγος εἰς. Hiero-
 nymus dicitur, De iis quæ sensu precamur et dete-
 stamur, liber unus. Ubi notabis sensum poni pro in-
 tellectu, more illius sæculi. Sic idem Hieronymus
 in Indice hæreseon, cap. 7, de Valentinianis, sensum
 semper vocat, qui Græce est νοῦς, et in cap. 28
 ejusdem libri. Ita etiam Eusebii Emissenus, seu
 C potius Eucherii in homilia prima de Ascensione:
 Τοῦτος, inquit, homo in animi intellectu, et sensus
 exercitio, et in mentis ratione ac vigore consistit. Nul-
 la enim carnis utilitas est. Et in sermone de Pente-
 coste cum dicit: Ad hoc enim sensum rationabilem
 naturæ munere, et secundæ natalitatis reparatione
 suscepimus. Rufinus in expositione symboli: Conci-
 lium vanitatis est et hoc, quod olim congregavit per-
 tinax et prava contentio, asserens quidem Christum
 carnem humanam suscepisse, non tamen et animam
 rationalem, cum utique et carni et animæ et sensui
 et menti una eademque salus a Christo collata sit.
 Ubi defendendæ sunt voces illæ et menti.

(72) Ὁ περὶ φυγῆς καὶ εὐρέσεως. Ita quidem
 scribitur in codice Regio, quam scripturam confir-
 mat Rufinus. Vertit enim De natura et inventione.
 Apud Suidam hic liber inscribitur Περὶ φύσεως καὶ
 εὐρήματος. Quam inscriptionem Suidas ex Sophro-
 nio Hieronymi interprete desumpsit. Verum optimi
 codices Max. ac Med., cum Fuk. et Saviliano,
 præferunt καὶ ὁ Περὶ φύσεως καὶ ἀίρέσεως. Quare
 assentior Nicephoro, qui duos Philonis libros recte
 distinxit: quorum alter inscriptus erat Περὶ φυγῆς
 καὶ ἀίρέσεως, id est, De fuga et electione; alter
 Περὶ φύσεως καὶ εὐρέσεως, hoc est, De natura et
 inventione. Ex quo apparet codicem Eusebium quo
 usus est Nicephorus, hoc quidem in loco nostris
 exemplaribus emendatorem fuisse.

(73) Vulg. περὶ διαθηκῶν πρώτων καὶ δευτέρον.
 Hieronymus et Christophorus vertunt De pactis.
 Sed nos, Rufinum secuti, malimus vertere De
 testamentis. Διαθήκην LXX Interpretes posuerunt
 pro pactione quam Græci συνθήκην vocant, ut no-
 tavit Isidorus Pelusiota. Præcipue autem sic voca-
 runt fœdera quæ Deus inivit cum hominibus; cu-
 jusmodi multa referuntur in Veteri Instrumento.
 Sed omnium maximum est et sanctissimum quod
 Deus pepigit cum Abrahamo. Hoc Latini omnes uno

A fusione linguarum. Est et alius De fuga et inven-
 tione. Item De congressu et consuetudine cum huma-
 noribus disciplinis. Præterea Quis rerum divinarum
 hæres sit, seu De divisione in partes æquales et inæ-
 quales. Item De tribus virtutibus quas cum aliis Mo-
 ses descripsit. Est insuper alius liber De nominum
 mutatione, et quas ob causas nomina immutantur.
 In quo libro de duobus Testamentis primo ac se-
 cundo se scripsisse testatur. Est et alius liber De
 migratione. Item De vita sapientis qui per justitiam
 consummatus est, seu De legibus non scriptis: et al-
 ter De gigantibus; tum Quod Deus sit immutabilis.
 Adde his libros quinque De eo quod somnia inmit-
 tantur a Deo, ex sententia Mosis. Atque hi sunt li-
 bri ab illo in Genesin conscripti, qui ad nos perve-
 nerunt. In Exodum vero quinque libros Quæstio-
 num et Solutionum ab eo scriptos vidimus. Item
 De tabernaculo, De decem præceptis. Sunt et quatuor
 B ejus libri De specialibus legibus quæ ad summa De-
 calogî capita referuntur. Alius item De animalibus
 quæ sacrificiis deputata sunt, et quæ sunt species
 sacrificiorum. De præmiis et suppliciis quæ in lege
 proposita sunt tam bonis quam malis. Et De impre-
 cationibus. Præter 59 hos omnes circumferuntur

consensu Testamentum dixerunt, alludentes potius
 ad vim ipsam nominis, qua testatio voluntatis desi-
 gnatur, quam ad mortis significationem. Ostendere
 scilicet voluerunt, pacta illa et promissa Dei non
 minus firma esse quam testamenta hominum rata
 esse solent. Secundum fœdus fuit illud, quod Deus
 C pepigit cum Mose et Israelitis, ut est in Exodi cap.
 xxix. Quanquam duplex fœdus cum Mose Deus percussit:
 prius quidem in monte Horeb, alterum vero
 in agro Moabitarum, ut legitur in Deuteronomii
 cap. xxx. De duobus his fœderibus librum scripse-
 rat Philo hoc titulo: Περὶ Διαθηκῶν πρώτης καὶ
 δευτέρας. Sic enim scribitur in quatuor nostris co-
 dicibus, Max. scilicet, Med., Fuk. et Savil. Quod
 si quis vulgatam codicis Regii scripturam retinere
 maluerit, non valde repugnabo. Certe Philo diserte
 testatur duos se libros scripsisse Περὶ Διαθηκῶν.
 Sic enim ait in libro De nominum mutatione: Τὸν δὲ
 Περὶ Διαθηκῶν συμπαντα λόγον, ἐν ἑσὶν ἀναγέ-
 γραφα πράξει.

(74) Vulg. ἡ περὶ τοῦ μή τρέπεσθαι τὸ Θεῖον. Scri-
 bendum est καὶ περὶ τοῦ, etc. Est enim titulus al-
 terius libri, qui in vulgatis Philonis editionibus ita
 perscribitur: Περὶ τοῦ ὅτι ἀτραπὸν τὸ Θεῖον.

(75) Περὶ τοῦ κατὰ Μωϋσέα θεοπέμπτους εἶναι
 D τοὺς ὄνειρους α. β. γ. δ. ε. Aliter hunc locum le-
 gisse videtur Rufinus. Vertit enim De Moysis vita
 libros quinque. De eo quod a Deo mittantur somnia.
 Sed cum De vita Moysis libros tres duntaxat scripse-
 rit Philo, hæc Rufini versio ferri non potest. De eo
 quidem quod a Deo mittantur somnia, tres libros a
 Philone conscriptos fuisse constat; quorum primus
 perit, secundus exstat pag. 465 editionis Pari-
 siensis: in cuius exordio mentionem facit prioris
 libri, quem de eodem argumento exaraverat. Tertius
 demum exstat liber in eadem editione p. 1108,
 non suo loco positus. An autem plures his tribus
 scripserit libros, nobis non constat. Suidas certe
 quinque libros Philonis de somniis commemorat.

(76) Vulg. τὰ περὶ Προβολας. In codice Max. et Fuk.
 scriptum est τὸ Περὶ Προβολας, rectius; unicus
 enim fuit Philonis liber hoc titulo prænotatus Περὶ
 Προβολας. In manuscripto Philonis codice biblio-
 thecæ Augustanæ, hic Philonis liber De Providentia
 confunditur cum altero ejusdem Philonis libro ad-

etiam singulares ejusdem libri. *De providentia. De Judæis. De homine civilem vitam agente. Alexander, sive De eo quod bruta animalia ratione sint prædita. Item Quod quicumque peccat servus est. Cui subjunctus est liber, De eo quod liber est quicumque virtuti studet. Sequitur liber ille De vita contemplativa seu De supplicibus, ex quo capita quædam de apostolicorum hominum vita supra retulimus. Sed et Hebraicorum nominum quæ in lege et in prophetis occurrunt, interpretationes ab ipso compositæ esse dicuntur. Idem cum imperante Caio Romam venisset, librumque de illius sceleribus et flagitiis conscripserat, quem per cavillationem *De virtutibus* inscripsit, postmodum Claudio ad imperium evecto, coram universo senatu librum illum fertur recitasse. Qui quidem tanta omnium admiratione exceptus est, ut ejus scripta digna deinceps judicata sint, quæ in bibliothecis publicis consecrarentur. Sub idem tempus cum Paulus apostolus ab Hierosolymis et finitimis locis regressus ad Illyricum usque properaret, Claudius imperator Judæos Urbe expulit. Unde Aquila et Priscilla cum aliis Judæis Roma egressi, in Asiam appulerunt, ibique cum apostolo Paulo qui Ecclesiarum regionis illius fundamenta a se recens posita tum maxime firmabat, commorati*

versus Flaccum. Perit quidem hic Philonis liber *De Providentia*. Sed ejus insigne fragmentum habes apud Eusebium in lib. viii *Præparationis*, cap. ultimo, et in lib. vii, c. 21.

(77) *Περὶ Ἰουδαίων*. Non dubito quin scribendum sit *Ἰγέρ Ἰουδαίων*. Sic enim laudatur hic Philonis liber ab Eusebio in lib. viii *De præparatione evangelica*, cap. 10, ubi locus profertur elegantissimus ex τῆς Φίλωνος *Ἰγέρ Ἰουδαίων ἀπολογίας*. Emendationem nostram confirmat Rufinus, qui hunc locum ita vertit, *de Judæis apologeticus liber*.

(78) *Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων ἑρμηνείαι*. De hoc Philonis libro Hieronymus in interpretatione nominum Hebraicorum ita scribit: *Philo, vir disertissimus Judæorum, Origenis quoque testimonio comprobatur edidisse librum Hebraicorum nominum, eorumque etymologias juxta ordinem litterarum e latere copulasse. Qui cum vulgo habeatur a Græcis, et bibliothecas orbis impleverit, studii mihi fuit in Latinam eum linguam vertere*. Porro cum Philo ea duntaxat nomina interpretatus fuisset quæ in lege ac prophetis habebantur, postea Origenes verborum ac nominum Novi Testamenti interpretationem adjecit, supplens videlicet id quod in Philonis libro deesse videbatur, ut scribit Hieronymus ibidem. Origenes in lib. v *Comment. in Evangelium Joannis*: *Invenimus ergo in interpretatione nominum, Joannes, etc.*

(79) *Σπουδὴ εἶναι λέγονται*. Tres nostri codices, Maz., Med. ac Fuketii scriptum habent *σπουδαί*.

(80) *Ἰουδαίους Ῥώμης ἀπελαύνει Κλαύδιος*. Desumpsit hoc ex Luca in Actibus apostolorum cap. xviii. Et Orosius quidem anno Claudii nono id gestum esse scribit ex Josepho. Anno, inquit, ejusdem nono expulsos per Claudium urbe Judæos Josephus tradit. Verum Josephi locus cujus testimonio nititur Orosius, hodie non exstat. Itaque Orosius memoria lapsus mihi videtur. Ac profecto nequaquam verisimile est, Claudium imp., qui tanta benevolentia semper Judæos complexus est, ut patet ex multis ejus edictis quæ apud Josephum leguntur, ipsos nominatim Judæos urbe expulisse. Crediderim potius, cum magna Romæ famas orta esset, id quod anno Claudii decimo refertur in *Chronico* Eusebii,

ὁ *Περὶ Ἰουδαίων* (77) συνταχθεὶς αὐτῷ λόγος, καὶ Πολιτικός· ἐτι τε Ὁ Ἀλέξανδρος, ἢ *Περὶ τοῦ λόγου ἔχειν τὰ ἄλογα ζῶα*. Ἐπὶ τοῦτοις ὁ *Περὶ τοῦ δουλον εἶναι πάντα φαῦλον*. Ὡ ἐξῆς ἐστιν, ὁ *Περὶ τοῦ πάντα σπουδαίων ἐλευθερον εἶναι*. Μεθ' οὗς συντάχεται αὐτῷ, ὁ *Περὶ βίου θεωρητικῷ ἢ λικετῶν*, ἐξ οὗ τὰ περὶ τοῦ βίου τῶν ἀποστολικῶν ἀνδρῶν διεληλυθασμεν· καὶ *Τῶν ἐν ῥώμῃ δὲ καὶ προφίταις Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων αἱ ἑρμηνείαι* (78), τοῦ αὐτοῦ σπουδὴ εἶναι λέγονται (79). Οὗτος μὲν οὖν κατὰ Γάϊον ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἀφικόμενος, τὰ περὶ τῆς Γαίου θεοστυγίας αὐτῷ γραφέντα, ἃ μετὰ ἤθους καὶ εἰρωνείας ἐπέγραψεν *Περὶ ἀρετῶν*, ἐπὶ πάσης λέγεται τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου κατὰ Κλαύδιον διελεῖν, ὡς καὶ τῆς ἐν βιβλιοθήκαις ἀναθέσεως θαυμασθέντας αὐτοῦ καταξιοθῆναι τοὺς λόγους. Τηνικαῦτα δὲ καὶ Παύλου τὴν ἀπὸ Ἱερουσαλήμ καὶ κύκλῳ πορεύει μέχρι τοῦ Ἰλλυρικῷ διανότος, Ἰουδαίους Ῥώμης ἀπελαύνει Κλαύδιος (80). Ὅτε Ἀκύλας (81) καὶ Πρίσκιλλα μετὰ τῶν ἄλλων Ἰουδαίων τῆς Ῥώμης ἀπαλλαγέντες, ἐπὶ τὴν Ἀσίαν καταίρουσιν· ἐνταῦθα τε Παῦλος τῷ ἀποστόλῳ συνδιατρέβουσι, τοὺς αὐτόθι τῶν Ἐκκλησιῶν ἄρτι πρὸς αὐτοῦ καταβληθέντας θεμελίους ἐπιστηρίζοντι. Διδάσκαλος καὶ τούτων ἢ ἱερὰ τῶν Πράξεων γραφή. sunt, ut docet divinus Actuum apostolicorum liber.

Claudium omnes peregrinos urbe expulisse, inter quos etiam fuere Judæi. Illi enim antea ab Augusto factum fuerat; et a secutis imperatoribus frequentissime postea usurpatum, quoties urbs Roma penuria annonæ laborabat. Atque ita explicandum censeo locum illum beati Lucæ. Quod si quis fultus auctoritate Suetonii, opinionem nostram respiciat, equidem non magnopere repugnabo. Orosium secuti sunt deinceps omnes Chronographi, et Baronius in *Annalibus*. Quem tamen miror, cum edictum illud Claudii contra Judæos referat anno Claudii nono, concilium Hierosolymitanum in eundem annum conferre. At id manifesto pugnat cum Actibus apostolorum. Nam post concilium Hierosolymitanum, quod refertur cap. xv, Paulus regressus Antiochiam apostolorum Epistolam fratribus tradidit, et aliquanto tempore ibidem moratus esse dicitur. Posthæc sejunctus a Barnaba, abiit in Syriam ac Ciliciam, prædicans verbum Dei. Inde in Phrygiam et Galatiam ac Mysiam profectus est, ubi in somnis a Spiritu sancto admonitus, in Macedoniam navigavit, ac primum quidem Philippis annuntiavit fidem Christi: posthæc Thessalonicæ et Berrhoæ. Hinc Athenas cum navigasset, diutius ibi commoratus, dum Timotheum et Sylam expectat, Atheniensibus verbum Dei prædicavit. Deinde Corinthum profectus, Aquilam et Priscillam ibi reperit, qui nuper eo ab Italia venerant ob edictum Claudii, quo omnes Judæi compulsi erant Urbe excedere, ut est in cap. xviii Actuum apostolorum. Ex his apparet, inter concilium Hierosolymis habitum, et edictum Claudii, multum temporis intercessisse. Quo temporis spatio cuncta hæc quæ compendiose retulimus, a Paulo apostolo sunt gesta. In *Chronico Alexandrino* concilium Hierosolymitanum refertur anno Claudii sexto, melius dixisset septimo. Sic enim cuncta egregie conveniunt. Nam Paulus residuis mensibus anni illius quo concilium habitum fuerat, mansit Antiochiæ, tum anno sequenti Syriam et Ciliciam perlustravit cum Phrygia et Galatia. Anno demum Claudii nono venit in Græciam.

(81) *Ὅτε Ἀκύλας*. Id est quo tempore Aquila, etc. Potest etiam legi disjunctim ὁ τε, ut in Regio et Fuk. codice scriptum inveni.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

A

CAPUT XIX.

Ὅσα τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίους συμφορὰ με-
τήληθεν ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ (Nic. H. E. II, 26).

Ἐτι δὲ Κλαυδίου τὰ τῆς βασιλείας διέποντος, κα-
τὰ τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτήν, τοσαύτην ἐπὶ τῶν Ἱε-
ροσολύμων στάσει καὶ παραγῆν ἐγγενέσθαι συνέθη,
ὡς μόνον τῶν περὶ τὰς ἐξόδους τοῦ ἱεροῦ βίᾳ συν-
ωθουμένων, τρεῖς μυριάδας (82) Ἰουδαίων ἀποθανεῖν
πρὸς ἀλλήλων καταπατηθέντων, γενέσθαι τε τὴν ἑορ-
τὴν πένθος μὲν ὅλη τῷ ἔθνει, θρῆνον δὲ καθ' ἑκάστην
οἰκίαν. Καὶ ταῦτα μὲν σχεδὸν κατὰ λέξιν ὁ Ἰώσηπος.
Κλαύδιος δὲ Ἀγρίππαν, Ἀγρίππου παῖδα, Ἰου-
δαίων καθίστησι βασιλέα (83), Φήλικα (84) τῆς
χώρας ἀπάτης Σαμαρείας τε καὶ Γαλιλαίας, καὶ
προσέτι τῆς ἐπιχαλουμένης Περαίας, ἐπίτροπον ἐκ-
πέμψας. Διοικήσας δὲ αὐτὸς τὴν ἡγεμονίαν ἔτεσι
τριῶν καὶ δέκα πρὸς μῆσιν ὀκτώ, Νέρωνα τῆς ἀρχῆς
διάδοχον καταλιπὼν τελευτᾷ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ὅσα καὶ κατὰ Νέρωνα ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις
ἐπράχθη (Nic. H. E. II, 26).

Κατὰ δὲ Νέρωνα Φήλικος τῆς Ἰουδαίας ἐπιτρο-
πεύοντος, αὐτοῖς ῥήμασι αὖθις ὁ Ἰώσηπος, τὴν εἰς
ἀλλήλους στάσιν τῶν ἱερῶν ὡδε πως ἐν εἰκοστῷ τῆς
Ἀρχαιολογίας γράφει: « Ἐξάπτεται δὲ καὶ τοὺς ἀρ-
χιερεῦσι στάσις πρὸς τοὺς ἱερεῖς, καὶ τοὺς πρώτους
τοῦ πλῆθους τῶν Ἱεροσολύμων, ἕκαστός τε αὐτῶν,
στίζος ἀνθρώπων τῶν θρασυτάτων καὶ νεωτεριστῶν
ἐαυτῷ ποιήσας, ἡγεμῶν ἦν. Καὶ συββάσσοντες ἐκα-
κόλογγον τε ἀλλήλους, καὶ λίθους ἔβαλλον. Ὁ δ' ἐπι-
πλήξων, ἦν οὐδὲ εἷς, ἀλλ' ὡς ἐν ἀπροστατεύτῳ πόλει
ταῦτ' ἐπράσσετο μετ' ἐξουσίας. Τοσαύτη δὲ τοὺς ἀρ-
χιερεῖς κατέλαθεν ἀναίδεια καὶ τόλμα, ὥστε ἐκπέμ-
πειν δούλους ἐτόλμων ἐπὶ τὰς ἀλυνας, τοὺς ληψομέ-
νους τὰς τοῖς ἱερεῦσι ὀφειλομένας δεκάτας. Καὶ συν-
εβαίνε τοὺς ἀπορουμένους τῶν ἱερῶν ὑπ' ἐνδείας

(82) *Τρεῖς μυριάδας.* Idem numerus ponitur in
Chronico. Sed Josephus in lib. II *De excidio* plus
quam decem millia hominum extincta esse dicit.
In vicesimo autem libro *Antiquitatum*, qui libri post
historiam belli Judaici ab eo conscripti sunt, viginti
millia occisorum numerat. Quem quidem numerum
sequi malim, propterea quod hi libri posterius
scripti sunt, ut dixi.

(83) *Ἀγρίππαν Ἰουδαίων καθίστησι βασιλέα.*
Hic junior Agrippa, si proprie loquamur, nunquam
Judæorum rex fuit. Nam post obitum patris Agrip-
pæ, qui anno IV Claudii abiit e vita, cum adhuc
infirma esset ætate, Claudius eum apud se detinuit,
nec in patris regno succedere permisit. Postea de-
functo Herode Chalcidii rege, Claudius regnum
patruī ei donavit. Quod cum per quadriennium te-
nuisset, Claudius anno imperii sui duodecimo Tra-
conitidem quæ tetrarchia Philippi fuerat, cum Ly-
sanix regno ei concessit, adempta prius Chalcide.
Jus quoque in templum, et eligendorum pontificum
potestatem quam Herodes patruus habuerat, in eum
transulit. Paulo post Nero partem Galixæ ejus
adjunxit regno, ut scribit Josephus in lib. XX. Quæ
cum ita sint, apparet falli Eusebium, qui hunc ju-
niorem Agrippam statim post obitum patris in
regnum ejus successisse, et regem Judæorum a
Claudio factum esse tum hic, tum in *Chronico* scri-
bat. Quanquam hoc loco Eusebium aperte non dicit
statim post obitum patris regem illum a Claudio

*Cujusmodi calamitas Judæos Hierosolymis ipso
Paschæ die affligerit.*

Cæterum Claudio Romanum adhuc imperium gu-
bernante, tanta seditio tantusque tumultus Hiero-
solymis in ipsa solemnitate Paschæ conflatus est,
ut illorum duntaxat qui circa templi portas contrusi
et conferti conculcatione mutua perierunt, numerus
ad triginta hominum millia pervenisse dicatur.
Adeo ut festus ille dies et universæ genti lugubris,
et singulis familiis lamentabilis fuerit. Hæc Jose-
phus iisdem fere verbis memorat. Interea Claudius
Agrippam Agrippæ filium Judæorum regem consti-
tuit, misso Felice qui Judææ simul et Samarixæ et
Galilææ, et regionis trans Jordanem 60 procurator
esset. Ipse cum tredecim annis et octo insuper
mensibus imperium administrasset, Neronem im-
peril successorem relinquens, e vita decessit.

CAPUT XX.

Quæ acta sint Hierosolymis sub imperio Neronis.

Neronis autem temporibus Felice Judæam pro-
curante, aliam rursus inter sacerdotes exortam se-
ditionem, Josephus in vicesimo *Antiquitatum* libro
narrat his verbis: « Orta est, inquit, ingens sedi-
tio pontificum adversus sacerdotes primoresque ple-
bis Hierosolymorum, adeo ut singuli illorum col-
lecta manu perditorum hominum novisque rebus
studentium, doctores se palam ferrent: congressi-
que interdum conviciis et lapidibus se mutuo impe-
terent: cum interim nemo esset qui eos objurga-
ret, sed tanquam in civitate omni rectore destituta
hæc licentius agerentur: tanta porro pontificum
erat impudentia et audacia, ut non dubitarent ser-
vos suos ad areas mittere, qui decimas sacerdoti-
bus debitas rapere. Unde accidit ut nonnulli ex

factum fuisse. Certe ipsius Josephi testimonio de-
monstrari potest, juniorem Agrippam non continuo
post patris mortem regia dignitate ornatum fuisse.
Etenim Josephus in lib. II *De bello Judaico*, cap. 13,
duodecimum Neronis annum quo cœpit bellum Ju-
daicum, componit cum anno regis Agrippæ XVII.
Proinde junior Agrippa regnare orsus est anno
Claudii octavo. Porro non negaverim eum Judæo-
rum regem dici posse, cum rex fuerit Galilææ, et
inter Judæorum reges recenseatur a Justo. Sed
nego illum Judææ regem unquam fuisse. Nam post
obitum senioris Agrippæ, qui contigit anno IV imp.
Claudii, Judæa in provinciæ formam redacta est,
missique in eam quotannis procuratores Cæsaris,
ut docet Josephus.

(84) *Φήλικα.* In *Chronico* Eusebii Felix ad pro-
curacionem Judææ missus esse dicitur a Claudio
anno XI. Sed in editione Scaligeri rectius id ascri-
bitur anno X Claudii. Verius tamen videtur, Feli-
cem anno Claudii nono missum esse in Judæam.
Nam Tacitus in lib. XII, Sulla et Othone coss., qui
est annus X Claudii, Felicem jampridem Judæis
impositum fuisse dicit, et in cap. XXIV Actum
apostolorum Paulus causam agens apud eundem
Felicem, quod contigit anno Claudii XIII, sic cum
alloquitur: *Ex multis annis te esse judicem huic
geni sciens*, etc. Cæterum, fallitur hic Rufinus, qui
hæc verba Josephi esse existimavit, cum sint Euse-
bii ipsius ut apparet.

sacerdotum ordine, quibus res familiaris erat angustior, præ alimentorum inopia deficerent. Ita seditiosorum violentia jus fasque penitus opprresserat. Idem scriptor sub hæc tempora turmam quamdam grassatorum Hierosolymis exstitisse dicit, qui interdum obvios in civitate trucidabant. Præcipue vero ait, diebus festis plebi immisti, sicas sub vestibus occultantes, optimum quemque percutiebant. Cumque vulnerati protinus corruissent, ipsi cum astantibus indignari se simulabant. Quo facto, credulitate hominum nihil de iis sinistri suspicantium, diu tecti latuerunt. Ac primuni quidem Jonatbam pontificem ab illis ait interfectum fuisse, deinde vero complures alios quotidie confossos. Adeo ut timor ipsa calamitate acerbior esset, dum singuli tanquam in acie positi, quovis momento mortem sibi imminere crederent.

61 CAPUT XXI.

De homine Ægyptio, cujus mentio fit in Actibus apostolorum.

Paucis deinde interjectis hæc subjungit: « Sed multo, inquit, graviore clade Judæos afflxit Ægyptius quidam falsus propheta. Namque is in regionem ingressus, homo magus, cum opinionem atque auctoritatem prophetæ sibi conciliasset, usque ad triginta hominum millia quos præstigiis suis deceperat, congregavit. Quos cum ex solitudine ad montem usque Olivarum perduxisset, inde in urbem Hierosolymorum irrupere statuerat, depulsoque Romanorum præsidio, dominationem occupare, satellites eos habiturus qui secum in urbem irruissent. Verum Felix conatum hominis prævenit, obviam adversus eum progressus cum Romanis militibus. Et universus populus pro salute patriæ certaturus Romanos strenue adjuvabat. Facto igitur congressu, Ægyptius quidem ipse cum paucis evasit; cæteri partim trucidati, partim capti sunt. » Hæc Josephus in secundo *Historiarum* libro retulit. Operæ pretium autem fuerit iis quæ a Josepho de homine Ægyptio dicta sunt, illa subjungere quæ in Actibus apostolorum scripta habentur: quo loco tribunus militum Hierosolymis cum plebs adversus Paulum seditionem concitasset, Felice Judæam procurante, dixit

ἀπολλυμένους θεωρεῖν. Οὕτως ἐκράτει τοῦ δικαίου παντὸς ἢ τῶν στασιαζόντων βία. » Πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐν Ἱεροσολύμοις ὑποφύηται ληστῶν τι εἶδος ἱστορεῖ, « οἱ μὲθ' ἡμέραν, ὡς φησι, καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐφόνευον τοὺς συναντώντας· μάλιστα γὰρ ἐν ταῖς ἑορταῖς μιγνυμένων τῷ πλήθει, καὶ ταῖς ἐσθῆτιν ὑποκρύπτοντας μικρὰ ξιφίδια, τοὺτους νύττειν τοὺς διαφόρους (85)· ἔπειτα πεσόντων, μέρος γίνεσθαι τῶν ἐπαγανακτούντων αὐτοὺς τοὺς πεφονευκτάς· διὸ καὶ παντάπασιν ὑπ' ἀξιοπιστίας ἀνευρέτους γενέσθαι. Πρῶτον μὲν οὖν ὑπ' αὐτῶν, Ἰωνάθην τὸν ἀρχιερέα κατασφαγῆναι, μετὰ δ' αὐτὸν, καθ' ἡμέραν ἀναρῆσθαι πολλοὺς, καὶ τῶν συμφορῶν τὸν φόβον εἶναι χαλεπώτερον, ἐκάστου καθάπερ ἐν πολέμῳ καθ' ὧραν τὸν θάνατον προσδεχομένου. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ τοῦ Αἰγυπτίου, οὗ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ Πράξεις ἐμνημόνευσαν (Nic. H. E. II, 26).

Ἐξῆς δὲ τούτοις ἐπιφέρει μεθ' ἑτερα λέγων· « Μείζονι δὲ τούτων πληγῇ Ἰουδαίους ἐκάκωσεν ὁ Αἰγύπτιος ψευδοπροφήτης. Παραγενόμενος γὰρ εἰς τὴν χώραν ἀνθρώπος γόης, καὶ προφήτου πίστιν ἐπιθεὶς ἑαυτῷ, περὶ τρισμυρίους μὲν ἀθροίζει τῶν ἠπατημένων, περιαιγῶν δ' αὐτοὺς ἐκ τῆς ἐρημίας εἰς τὸ Ἐλαιῶν καλούμενον ὄρος, ἐκείθεν οἷός τε ἦν εἰς Ἱεροσόλυμα παρελθεῖν βιάζεσθαι, καὶ κρατήσας (86) τῆς τε Ῥωμαϊκῆς φρουρᾶς καὶ τοῦ δήμου τυραννεῖν, χρώμενος τοῖς συνεισπεσοῦσι δορυφόροις. Φθάνει τ' αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν Φῆλιξ, ὑπαντήσας μετὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ὀπλιτῶν. Καὶ πᾶς ὁ δῆμος συνεψήφισατο τῆς ἀμύνης, ὥστε, συμβολῆς γενόμενης, τὸν μὲν Αἰγύπτιον φυγεῖν μετ' ὀλίγων, διαφθορῆσαι δὲ καὶ ζωγρηθῆναι πλειστοὺς τῶν σὺν αὐτῷ. » Ταῦτα ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Ἱστοριῶν ὁ Ἰώσηπος· ἐπιστῆσαι δὲ ἄξιον (87) τοῖς ἐνταῦθα κατὰ τὸν Αἰγύπτιον δεδηλωμένοις, καὶ τοῖς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων. Ἐνθα κατὰ Φῆλῖκα ὑπὸ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις χιλιάρχου εἴρηται τῷ Παύλῳ, ὀπηνίκα κατεστασίαζεν αὐτοῦ τὸ τῶν Ἰουδαίων πλήθος· « Οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας (88) καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἐρημον τοὺς τετρακισχιλίους (89) ἀνδρας

(85) Νύττειν τοὺς διαφόρους. *Inimicos* vertit Gelenius quod non probo. Nam τοὺς διαφόρους Josephus dixit pro τοὺς διαφέροντας.

(86) Καὶ κρατήσας. Hæc est Josephi vulgata editio in lib. II, cap. 13 *De bello Judaico*, cui consentit codex Regius. Sed nostri codices Maz., Med., cum Fuk. ac Savil., aliter scriptum exhibent, καὶ κρατήσας τῆς τε Ῥωμαϊκῆς φρουρᾶς καὶ τοῦ δήμου τυραννικῶς, χρώμενος τοῖς συνεισπεσοῦσιν δορυφόροις. Subauditur autem ἀπὸ κοινοῦ verbum βιάζεσθαι: quod paulo ante præcessit. Nec aliter legisse videtur Rulinus. Sic enim vertit: *Paratus inde irruere Hierosolymam, et vi ac potestate urbem tenere, simulque Romanorum præsidia ac plebem tyrannidi suæ subjugare.*

(87) Ἐπιστῆσαι δὲ ἄξιον. Proprie ἐπιστῆσαι est *atienere*, seu *observare*. Sic Eusebius in lib. III, cap. 24, οἷς καὶ ἐπιστῆσαντι, οὐκέτι ἂν δόξαι οἰαζομένη ἄλλήλοισ τὰ εὐαγγέλια. Hinc ἐπιστάσεις supra

in hoc libro, cap. 18, dicuntur notæ seu observationes. Occurrit ea vox apud Athenæum, Polybium et alios.

(88) Ἀναστατώσας. Vetus interpres in cap. XXI Actuum apostolorum vertit, *inultum concitasti*, male, ut equidem sentio. Nam ἀναστατώσας idem est quod ἀνάστατον ποιῆσαι, *abducere, asportare*. Itaque recte Musculus vertit, *qui tecum excivisti*. Potest etiam verti, *qui subvertisti quatuor millia hominum*. Sic enim Hesychius interpretatur ἀναστατώντας, ἀνατρέποντας, et ἀναστράτους, κατεστραμμένων. Hinc qui ære alieno oppressi solum vertunt, ἀναστατωθῆναι dicuntur teste Harpocrate et auctore *Etymologici*.

(89) Τετρακισχιλίους. At Josephus triginta millia hominum dicit. Quod ita intelligendum est, ut numerus quidem promiscuæ multitudinis ad triginta usque millia hominum pervenerit; ex illis vero, quatuor tantum millia fuerint sicariorum. Atque

τῶν σικαρίων; » Ἄλλὰ τὰ μὲν κατὰ Φήλιχα A Paulo: « Nonne tu es Ægyptius ille qui ante hos

διαυωρ millia hominum sicariorum? » Sed de iis quæ sub Felice gesta sunt, hactenus dictum sit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ.

Ὅς ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Ῥώμην δέσμιος ἀναπεμφθεὶς Παῦλος, ἀπολογησόμενος, πάσης ἀπελύθη αἰτίας (Nic. H. E. II, 28-35).

Τούτου δὲ Φήστος ὑπὸ Νέρωνος διάδοχος πέμπεται· καθ' ὃν δικαιολογησάμενος ὁ Παῦλος, δέσμιος ἐπὶ Ῥώμης ἄγεται. Ἀρίσταρχος δ' αὐτῷ συνῆν, ὃν καὶ εἰκότως συναιχιμάλωτόν που τῶν ἐπιστολῶν ἀποκαλεῖ. Καὶ Λουκάς δὲ ὁ τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων γραφῆ παραδοῦς, ἐν τούτοις κατέλυσε τὴν ἱστορίαν διηγιάντων ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὸν Παῦλον ἄνετον διατρέψαι, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἀκωλύτως κηρύξαι ἐπισημνήμενος. Τότε μὲν οὖν ἀπολογησάμενος, αὐτὸς ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος διακονίαν λόγος ἔχει σταλεῖσθαι τὸν Ἀπόστολον, δευτέρον δ' ἐπιβάντα τῇ αὐτῇ πόλει, τῷ κατ' αὐτὸν τελειωθῆναι μαρτυρίῳ. Ἐν ᾧ δεσμοῖς ἐχόμενος, τὴν πρὸς Τιμόθεον δευτέραν ἐπιστολὴν συντάττει, ὁμοῦ σημαίνων τὴν τε προτέραν αὐτῷ γενομένην ἀπολόγαν, καὶ τὴν παραπόδας τελειώσιν. Δεχοῦ δὴ καὶ τούτων τὰς αὐτοῦ μαρτυρίας· « Ἐν τῇ πρώτῃ μου, φησὶν, ἀπολογίᾳ οὐδεὶς μοι συμπαραγενετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον. Μὴ αὐτοῖς λογισθεῖν. Ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῆ, καὶ ἀκούσασαι πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ ἐβρόύσθη ἐκ στόματος λέοντος. » Σαφῶς δὴ παρίσται διὰ τούτων, ὅτι δὴ τὴν πρότερον, ὅπως ἂν τὸ κήρυγμα τὸ δι' αὐτοῦ πληρωθεῖ, ἐβρόύσθη ἐκ στόματος λέοντος, τὸν Νέρωνα ταύτῃ ὡς εἰκε, διὰ τὸ ὠμόθυμον προσειπῶν. Οὐκοῦν ἐξῆς προστέθεικε παραπλήσιόν τι, τὸ (90), « Ῥύσεται με ἐκ στόματος λέοντος. » ἔώρα γὰρ τῷ Πνεύματι τὴν ὅσον οὕτω μέλλουσαν αὐτοῦ τελευτήν. Διὸ φησὶν

ita Josephus conciliabitur cum Luca. Cæterum non assentior Eusebio, qui hæc sub Nerone gesta esse scribit. Nam in cap. XXI Actor. Ægyptius ille magus fusus fuisse dicitur paulo ante adventum Pauli Hierosolyma. Venit autem illuc Paulus anno Claudii ultimo. Quod ex eo colligitur quod in cap. XXIV Actorum scribit Lucas, successorem missum esse Felici Porcium Festum. Cum ergo Festus in Judæam missus fuerit anno Neronis secundo, strages Ægyptii illius in extremum Claudii annum cadat necesse est. Fefellit Eusebium Josephi narratio qui hæc sub Nerone referre videtur. Sed animadvertere debuerat Eusebius, Josephum eo loco cuncta simul et acervatim commemorare quæ a Felice gesta essent, tam sub Claudio quam sub Nerone.

(90) Vulg. Οὐκοῦν ἐξῆς προστέθεικε παραπλήσιόν τι, τὸ. Ita quidem codex Regius. Sed in Maz. Med. ac Fuk. codice scribitur παραπλήσιόν τι τῷ. Certe hic locus valde obscurus est, et idcirco a Musculo prætermisus. Re tamen diu multumque perpensa, tandem verum hujus loci sensum deprehendi. Ait igitur Eusebius, ex verbis Pauli in secunda ad Timotheum Epistola id colligi, ipsum in prima quidem defensione, sententia Judicium absolutum fuisse; postea vero in secunda accusatione fuisse damnatum. Prius quidem illud aperte designat his verbis: *In prima mea defensione nemo mihi adsuit; et cum ait: Liberatus sum ab ore leonis: quod idem est ac si diceret: Ereptus sum ex Neronis faucibus.*

CAPUT XXII.

Qualiter Paulus e Judæa Romam in vinculis missus, ad causam dicendam, judicum sententia absolutus est.

Huic successor a Nerone mittitur Festus. Quo Judæam procurante Paulus in judicium adductus causam cum dixisset, vinculus Romam perductus est. Erat cum Paulo Aristarchus quidam, quem ipse in quadam Epistola idcirco captivitatis socium appellat. Atque hic Lucas qui Actus apostolorum litteris tradidit, historiæ suæ finem fecit, Paulum Romæ in libera custodia biennium egisse, et verbum Dei libere prædicasse testatus. Tandem vero cum causam suam 62 apud judices perorasset, rursus prædicandi causa peregre profectus esse dicitur: postea que cum Romam iterum venisset, vitam martyrio finiisse. Atque hoc demum tempore alteram ad Timotheum Epistolam scripsit, in qua et de prioris sua defensione, et de imminente vitæ exitu non obscure loquitur. Audi, si placet, ipsa illius verba, quibus ea quæ dixi testatur: « In prima, inquit, mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis id imputetur. Dominus autem mihi astitit, et corroboravit me, ut per me prædicatio impleatur, et audiant omnes gentes. Et liberatus sum de ore leonis. » Quibus verbis satis aperte significat, se prius quidem ex leonis ricu servatum fuisse; quo per ipsum Evangelii prædicatio completeretur, Neronem scilicet ita designans propter animi crudelitatem. Sed paulo post non huic simile aliquid adjunxit, puta: « Liberabit me de ore leonis: » jam enim divino affatus Spiritu immi-

De secunda autem accusatione longe aliter loquitur Paulus. Neque enim dicit: *Liberabit me Deus de ore leonis*, sicut antea locutus fuerat. Quippe prævidebat Paulus, Deo illi ipsi revelante, se nequaquam persecutoris gladio ulterius substractum iri, sed glorioso martyrii exitu consummandum. Proinde cum de prima accusatione dixisset: *Liberatus sum ex ore leonis*, de secunda qua tunc maxime premebatur, hæc subjungit: *Liberabit me Dominus ab omni opere malo, et saluum faciet in regno suo cælesti*: mortem suam his verbis aperte designans. Hic est sensus hujus loci, quem nec interpretes, nec ego ipse prius animadverteteram. Quare in Eusebii distinctis vocibus scribendum est οὐκ οὖν, vel mutato accentu οὐκοῦν. Certe in Maz. codice distinctis vocibus οὐκ οὖν scribitur. Porro hunc Eusebii locum descripsit Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, ubi de Paulo loquitur; sed Eusebii sensum minime est assecutus, ut patebit legenti. Quare et Sophronius dum locum illum Hieronymi in Græcum sermonem verteret, aliquot verba prætermisit, quæ scilicet sensui obesse videbantur. Eusebii sensum quem dixi expressit Theodoretus in Epistola II ad Timotheum ad illa verba: *Liberabit me Dominus ab omni opere malo*. Οὐκ εἶπεν δὲ, Ῥύσεται με πάλιν ἀπὸ λέοντος, ἀλλ' ἀπὸ παντὸς ἔργου πορνου. Ἡδὲ γὰρ ὡς δέξεται πάντως τοῦ βίου τὸ τέλος.

nentem sibi mortem prævidebat. Quocirca postquam dixit : « Liberatus sum ex ore leonis, » statim addit : « Liberabit me Dominus ab omni opere malo, et servabit in regnum suum cœleste, » martyrium suum jamjam adfore significans. Quod quidem etiam evidenter in eadem Epistola prædixerat his verbis : « Ego enim jam delibor, et tempus dissolutionis meæ instat. » Et in hac quidem secunda ad Timotheum Epistola, Lucam solum sibi adesse testatur ; in prioro vero defensione ne hunc quidem adfuisse dicit. Quam ob causam videtur Lucas Actuum apostolicorum historiam illo tempore conclusisse, cum omnia quæ quoad Paulum versatus est gesta fuerant, commemorasset. Hæc idcirco a nobis dicta sunt, ut ostendamus Paulum non in primo illo cujus meminit Lucas, in urbem Romam adventu, martyrio esse perfunctum. Quippe probabile est Pauli pro fide nostra defensionem a Nerone qui circa initia imperii clementius se gerebat, benigne admissam fuisse : verum cum postea ad terribissima quæque facinorosa idem Nero prorupisset, apostolos quoque cum cæteris savitium ejus expertos.

63 CAPUT XXIII.

Quomodo Jacobus qui frater Domini dictus est, martyrium subiit.

Cæterum cum Paulus ad Cæsarem provocasset, Romamque a Festo missus esset, Judæi qui insidias ipsi struxerant, spe sua frustrati, in Jacobum fratrem Domini, cui episcopalis Hierosolymorum sedes ab apostolis tradita fuerat, rabiem convertunt, atque hoc fere modo illum adorti sunt. Productum in medium, abnegare fidem Christi coram omni populo jubent. Sed cum is præter omnium expectationem libera voce et majore quam sperabant fiducia, Servatorem ac Dominum nostrum Jesum Dei Filium esse coram omni multitudine confessus fuisset ; tum illi impatienter ferentes testimonium tanti viri, quippe qui ob singularem continentiam ac religionem, omnium consensu justissimus habebatur, arrepta ex morte rectoris licentia eum trucidant. Quippe per idem tempus mortuo in Judæa Festo, absque ullo præside ac moderatore provincia remanserat. Ac jam quidem superius modum cædis Jacobi ex allatis Clementis verbis cognovimus, qui ex templi fastigio eum præcipitatum, et fullonis vecte percussum interiisse testatus est. Sed omnium accuratissime Hegesippus qui apostolorum temporibus proximus fuit, in quinto *Commentariorum* libro de Jacobo præscripsit his verbis : « Ecclesiæ, inquit, administrationem una cum apostolis suscepti Jacobus frater Domini, qui jam inde a Christi

Παραθεῖναι δ' αὐτοῖς ἄξιον, τὴν ἀψευδῆ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προρῆσιν, δι' ἧς αὐτὰ ταῦτα δηλοῖ ὡδέ πως προφητεύων· « Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· προσεύχεσθε δὲ, ἵνα μὴ γένηται ὑμῶν ἡ φυγὴ χειμῶνος, μηδὲ σαβάτω. Ἔσται γὰρ τότε ὀλίγη μεγάλη, οἷα οὐκ ἐγένετο ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδὲ μὴ γένηται. » Συναγαγὼν δὲ πάντα τῶν ἄνηρημένων ἀριθμὸν ὁ συγγραφεὺς, λιμῶ καὶ ξίφει μυριάδας ἑκατὸν καὶ δέκα διαφραρῆναι φησι, τοὺς δὲ λοιποὺς στασιώδεις καὶ ληστρικοὺς, ὑπὸ ἀλλήλων μετὰ τὴν ἀλώσιν ἐνδεικνυμένους, ἀνηρῆσθαι, τῶν δὲ νέων τοὺς ὑψηλοτάτους καὶ κάλλιε σώματος διαφέροντας, τετηρῆσθαι θριάμβῳ, τοῦ δὲ λοιποῦ πλῆθους, τοὺς ὑπὲρ ἑπτακαίδεκα ἔτη, δεσμίους εἰς τὰ κατ' Αἴγυπτον ἔργα παραπεμφθῆναι, πλείους δὲ εἰς τὰς ἐπαρχίας διανεμηθῆναι φθαρησομένους ἐν τοῖς θεάτροις σιδήρων καὶ θηρίοις, τοὺς δ' ἐν τοῖς ἑπτακαίδεκα ἔτων, αἰχμαλώτους ἀχθέντας διαπεπράσθαι, τούτων δὲ μόνων τὸν ἀριθμὸν, εἰς ἑννέα μυριάδας (64) ἀνδρῶν συναχθῆναι. Ταῦτα δὲ τοῦτον ἐπράχθη τὸν τρόπον, δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ βασιλείας ἔτει, ἀκολουθῶς ταῖς προγνωστικαῖς τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προρρήσιν, θεῖς δυνάμει ὡςπερ ἦδη παρόντα προεωρακῶτος αὐτὰ, ἐπιδακρύσαντός τε καὶ ἀποκλαυσαμένου κατὰ τὴν τῶν ἱερῶν εὐαγγελιστῶν Γραφὴν, οἳ καὶ αὐτὰς αὐτοῦ παρατέθεινται τὰς λέξεις, τοτὲ μὲν φησαντος ὡς πρὸς αὐτὴν τὴν Ἰερουσαλήμ· « Εἰ ἔγνωσαι γε σὺ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ τὰ πρὸς εἰρήνην σοι· νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου. Ὅτι ἤξουσιν ἡμέραι ἐπὶ σέ, καὶ περιβαλοῦσί σοι οἱ ἐχθροὶ σου χάραια, καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσὶ σε πάντοθεν, καὶ ἑδαφιούσὶ σε καὶ τὰ τέκνα σου· » τοτὲ δὲ, ὡς περὶ τοῦ λαοῦ· « Ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὄργῃ τῷ λαῷ τούτῳ. Καὶ πεσοῦνται ἐν στόματι μαχαίρας καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ Ἰερουσαλήμ ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν, ἄχρις οὗ πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν. » Καὶ πάλιν· « Ὅταν δὲ ἴθῃτε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἰερουσαλήμ, τότε γινώτε, ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. » Συγκρίνας δὲ τις τὰς

Operæ pretium autem fuerit his adjuungere certissimum Servatoris nostri oraculum, quo hæc ipsa prædixerat his verbis : « Væ prægnantibus et nutricibus in illis diebus. Orate autem ne fuga vestra contingat hieme vel Sabbato. Erit enim tunc temporis calamitas magna, cujusmodi nondum fuit ab initio mundi, nec posthac erit. » Porro idem ille historiæ scriptor universum numerum eorum qui vel gladio vel fame perierunt, simul colligens, undecies centena hominum millia perisse scribit : seditiosos vero et prædones qui superfuerant, post urbis excidium mutuo indicio damnatos, pœnas dedisse : et ex juventute quidem eos, qui proceritate corporis et forma cæteris præstarent, ad ornamentum triumphi reservatos : ex reliqua autem multitudine eos, qui septimum decimum ætatis annum excesserant, vincios ad metalla exercenda in Ægyptum perductos esse : plurimos vero per provincias distributos, qui in publicis spectaculis aut ferro aut bestiis consumerentur : quicumque autem minores essent annis septemdecim, eos in servitum abductos sub corona venisse. Quorum quidem numerum ad nonaginta usque hominum millia pervenisse affirmat. Et hæc quidem anno secundo principatus Vespasiani Augusti ad hunc modum gesta sunt, juxta Servatoris nostri vaticinium. Qui divina præditus virtute, ea quæ ventura erant, tanquam præsentia multo ante præviderat : et illacrymatus fuerat atque ingemuerat, ut evangelistarum scripta testantur. Hi enim ipsa quoque illius verba retulerunt, quibus modo civitatem ipsam compellans, aiebat ²⁰ : « Si cognovisses et tu in die illo quæ ad pacem tuam conducunt. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis : quia venient dies super te, et circumdabunt te inimici tui vallo, et cingent te undique, et expugnabunt te, et solo adæquabunt, et filios tuos elident; » modo de populo ipso aiebat : « Erit enim clades magna et ira Dei adversus hunc populum; et cadent in ore gladii, et captivi ducentur in omnes gentes. Et Jerusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora gentium. » Et rursus : « Cum autem videritis cir-

²⁰ Luc. XIX.

(64) *Eis ἑννέα μυριάδας.* Hallucinetur Eusebius. Neque enim Josephus hoc dicit, sed tantum affirmat, numerum eorum qui into belli tempore capti sunt a Romanis, ad nonaginta septem hominum

millia pervenisse. Locus est in fine libri VI. Itaque merito Christophorus hoc loco Eusebii verba aliquantulum immutavit.

canndari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote quia appropinquavit desolatio ejus⁶⁵. Quod si quis Servatoris nostri verba cum iis comparet, quæ ab eodem Scriptore de universo bello commemorata sunt, fieri non potest quin admiretur præscientiam ac prædictionem Servatoris nostri, eamque vere divinam et supra **82** modum stupendam esse fateatur. Ac de iis quidem quæ universæ Judæorum genti post passionem Domini contigerunt, et post voces illas quibus latronem quidem et homicidam mortis supplicio liberari, ipsum vero auctorem vitæ e medio tolli populus omnis succlamaverat, Josephi narrationi quidquam addere minime necesse est. Illa vero adjicere æquum fuerit, quibus divini Numinis clementia ac providentia declaratur: quæ quidem post piaculum in Christum admissum, quadraginta annorum spatio, exitium illorum distulit. Quo in tempore apostoli ac discipuli pene omnes, et Jacobus ipse primus loci illius episcopus, is qui frater Domini dicebatur, adhuc superstites, et in ipsa Hierosolymorum civitate degentes, firmissimum loci munimentum perstabant, cum divina Providentia adhuc eos patientissime sustineret, si forte commissorum criminum pœnitentiam agentes, veniam et salutem consequi possent: cumque ejusmodi patientia minime contenta Dei benignitas, horrendis quibusdam signis ac portentis divinitus editis, calamitates ipsis, nisi pœnitentiam egissent, eventuras prænuntiaret. Quæ quidem signa cum a non incommodum fuerit nostri quoque operis lectoribus exhibere

CAPUT VIII.

De signis ante bellum.

Sumpto igitur in manus libro, recita mihi quæ in sexto *Historiarum* volumine referuntur his verbis: « Et falsis quidem illis vatibus, seque a Deo missos mentientibus, infelix populus fidem adhibebat. Evidentibus autem prodigiis, et futuram solitudinem prænuntiantibus, neque advertabant animos neque credebant. Sed tanquam attoniti, oculisque et mente capti, ipsius Dei præconia ac vaticinia insuper habuerunt; primum cum supra civitatem stetit sidus simile gladio, et anni spatio ardere perseveravit cometes; deinde cum ante defectionem primosque belli motus, populo ad festum diem Azymorum congregato, sexto idus Aprilis hora noctis nona, tanta repente lux circa altare templumque circumfusa est, ut die jam clarissimus esse videretur: eaque lux horæ **83** dimidiæ spatio permansit. Quod imperitis quidem bonum omen esse videbatur: sed sacrorum

⁶⁴ Luc. xxi.

(65) *Ταῖς ἱστορίαις ἐπιλέγειν.* Male Christophorus verit in hac historia disserere non est omnino necesse. Rectius Musculus, non opus est ut historiis addamus aliquid. Historias vocat Eusebius libros Josephi *De excidio urbis Hierosolymitanæ*, non historiam suam, ut putavit Christophorus.

(66) *Ἔτι τοῦτο μὲν ἔστι.* Scribo ἔτι, ut est apud Josephum in lib. vii, pag. 960. Cæterum Nicephorus quidem astrum hoc gladio simile, et cometen qui

τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέξεις ταῖς λοιπαῖς τοῦ συγγραφῆως ἱστορίαις ταῖς περὶ τοῦ παντὸς πολέμου, πῶς οὐκ ἂν ἀποθαυμάσειεν, θεῖαν ὡς ἀληθῶς καὶ ὑπερφυῶς ἀπαδόξον τὴν πρόγνωσίν τε καὶ πρόβησιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁμολογήσας. Περὶ μὲν οὖν τῶν μετὰ τὸ σωτήριον πάθος καὶ τὰς φωνὰς ἐκείνας ἐν αἷς ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθῶς τὸν μὲν ληστήν καὶ φονέα τοῦ θανάτου παρήτηται, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἐξ αὐτῶν ἰκέτευσεν ἀρθῆναι, τῷ παντὶ συμβεβηκότων ἔθνει, οὐδὲν ἂν δεῖ ταῖς ἱστορίαις ἐπιλέγειν (65). Ταῦτα δ' ἂν εἴη δίκαιον ἔτι προσῆθαι, ἃ γένοιντο ἂν παραστατικὰ φιλανθρωπίας τῆς παναγάθου προνοίας, τεσσαράκοντα ἐφ' ὅλοις ἔτεσι μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τόλμαν, τὸν κατ' αὐτῶν δλοθρον ὑπερθεμένης, ἐν ὅσοις ἀποστόλων καὶ τῶν μαθητῶν πλείους, ἰάκωβός τε αὐτὸς ὁ τῆδε πρώτος ἐπισκοπος, τοῦ Κυρίου χρηματίζων ἀδελφός, ἔτι τῷ βίῳ περιόντες, καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς Ἱεροσολύμων πόλεως τὰς διατριβὰς ποιούμενοι, ἕρκυς ὡς περὶ ὀχυρώτατον παρέμενον τῷ τόπῳ, τῆς θείας ἐπισκοπῆς εἰσέτι τότε μακροθυμοσύνης, εἰ ἄρα ποτὲ δυνηθεῖεν ἐφ' οἷς ἔδρασαν μετανοήσαντες, συγγνώμης καὶ σωτηρίας τυχεῖν, καὶ πρὸς τῇ τῷσαύτῃ μακροθυμίᾳ, παραδόξου θεοσιμίας τῶν μελλόντων αὐτοῖς μὴ μετανοήσασι συμβῆσθαι παρασχομένης. Ἄ καὶ αὐτὰ μνήμης ἡξιομῆνα πρὸς τοῦ δεδηλωμένου συγγραφῆως, οὐδὲν οἶον τοῖς τῆδε προσιοῦσι τῇ γραφῇ παραθεῖναι.

supradicto historię scriptore litteris mandata sint⁶⁶ exhibere

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

C Περὶ τῶν πρὸ τοῦ πολέμου σημείων (Nic. H. E. iii. 4).

Καὶ δὴ λαθῶν ἀνάγκη ταῖς κατὰ τὴν ἕκτῃ τῶν Ἱστοριῶν αὐτῷ δεδηλωμένα ἐν τούτοις: « Τὸν γοῦν ἄθλιον ὄημον, οἱ μὲν ἀπατεῶνες καὶ καταψευδόμενοι τοῦ Θεοῦ, τηλικαῦτα παρέπειθον, τοῖς δ' ἐναργέσι καὶ προσημαίνουσι τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι ἐρημίαν τέρασιν οὔτε προσέτιχον οὔτε ἐπίστευον, ἀλλ' ὡς ἐμβρονηθέντες, καὶ μήτε ἕμματα μήτε ψυχὴν ἔχοντες, τῶν τοῦ Θεοῦ κηρυγμάτων παρήκουσαν· τοῦτο μὲν, ὅτε (66) ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄστρον ἔστη ῥομφαίᾳ παραπλήσιον, καὶ παρατεῖνας ἐπ' ἐνιαυτὸν κομήτης· τοῦτο δ' ἦνίκα πρὸς τῆς ἀποστάσεως καὶ τοῦ πρὸς τὸν πόλεμον κινήματος, ἀθροισμένου τοῦ λαοῦ πρὸς τὴν τῶν ἀζύμων ἑορτὴν, ὀγδόῃ Ξανθοῦ μηνὸς κατὰ νυκτὸς ἐνάτην ὥραν, τοσοῦτο φῶς περιέλαμψε τὸν βωμὸν καὶ τὸν ναὸν, ὡς δοκεῖν ἡμέραν εἶναι λαμπρὰν· καὶ τοῦτο παρέτεινεν ἐφ' ἡμισίαν ὥραν. Ὅ τοῖς μὲν ἀπειροῖς ἀγαθὸν ἐδόκει εἶναι, τοῖς δὲ ἱερογραμματεῦσι (67) πρὸ τῶν ἀποβεβηκότων εὐθελῶς

per annum continuum apparuit, unum idemque sidus esse existimavit, non recte, ut opinor.

(67) *Τοῖς δὲ ἱερογραμματεῦσι.* Legis peritos vertit Rufinus, non male. Scribæ enim apud Judæos iidem erant ac legis periti seu legis doctores, ut recte notavit Petavius in animadversionibus ad hæresim xv Eriphanii. Horum munus erat sacros legis libros custodiare, eosdemque legere coram populo in templo et in synagoga. Unde in capite viii

ἐκρίθη (68). Καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν, βούς μὲν Ἀ ἀγθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως πρὸς τὴν θυσίαν, ἔτεκεν ἄρνα ἐν τῷ ἱερῷ μέσῳ. Ἡ δ' ἀνατολικὴ πύλη τοῦ ἐνδοτέρω χαλκῆ μὲν οὖσα καὶ στίβαρωτάτη, κλειομένη δὲ περὶ δελφῶν μόλις ὑπ' ἀνθρώπων εἴκοσι, καὶ μοχλοῖς μὲν ἑπερειδομένη (69) σιδηροδέτοις, κατὰ πηγῶν (70) δ' ἔχουσα βαθυτάτους, ὤφθη κατὰ νυκτὸς ὄραν ἔκτῃν αὐτομάτως ἠνοιγμένη. Μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἡμέραις οὐ πολλαῖς ὕστερον, μιᾶ καὶ εἰκάδι Ἀρτεμισίου μηνός, φάσμα τι δαιμόνιον ὤφθη μεῖζον πίστεως. Τέρας δ' ἂν ἔδοξεν εἶναι τὸ βῆθησόμενον, εἰ μὴ καὶ παρὰ τοῖς θεασαμένοις ἰσθόρητο, καὶ τὰ ἐπακολουθήσαντα πάθη, τῶν σημείων ἦν ἀξία. Πρὸ γὰρ ἡλίου δύσεως ὤφθη μετέωρα περὶ πᾶσαν τὴν χώραν ἄρματα καὶ φάλαγγες ἑνοπλοὶ διάπτουσαι τῶν νεφῶν, καὶ κυκλοῦμεναι τὰς πόλεις. Κατὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἡ Πεντηκοστὴ καλεῖται, νύκτωρ οἱ ἱερεῖς παρελθόντες εἰς τὸ ἱερὸν ὡσπερ αὐτοῖς ἔθος ἦν, πρὸς τὰς λειτουργίας, πρῶτον μὲν κινήσεως ἔρασαν ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ κτύπου, μετὰ δὲ ταῦτα φωνῆς ἀήροισι. Μεταβαλόμενοι (71) ἐντεῦθεν. Τὸ δὲ τοῦτον φοβερώτερον Ἰησοῦς γὰρ τις υἱὸς Ἀνανίου, τῶν ἰδιωτῶν, ἄγροικος, πρὸς τεσσάρων ἐτῶν τοῦ πολέμου, τὰ μάλιστα τῆς πόλεως εἰρηνευομένης καὶ εὐθυνοῦσης, ἔλθων ἐπὶ τὴν ἑορτὴν ἐν ἡ σκηνοποιεῖσθαι πάντας ἔθος ἦν τῷ Θεῷ (72) κατὰ τὸ ἱερὸν, ἐξοπλίσθη ἀναδοῦν ἡρξάτο. Φωνὴ ἀπ' ἀνατολῆς, φωνὴ ἀπὸ δύσεως, φωνὴ ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων,

Esdræ scriba et legis doctor pro eodem sumitur. Sed hæc jam ab aliis notata sunt. Quod vero a nemine adhuc observatum est, præcipuum illorum officium fuit, ut pontificibus assiderent una cum senioribus in iudiciis et publico concilio concio συνέδριον vocabant. Docet id Lucas in capp. vi et xliii Actuum apostolorum. Fuit igitur id nomen magistratus apud Judæos, sicut apud Græcos. Et quemadmodum γραμματεῖς in Græcia concionibus et iudiciis intererant, legumque et plebiscitorum ac senatus-consultorum custodiam habebant, sic etiam scribæ apud Judæos legis erant custodes. Eum certe honorem non exiguum fuisse, apparet ex multis Evangelii locis, in quibus fastus eorum et insolentia a Servatore perstringitur. Eodem plane modo apud Græcos γραμματεῖς, id est scribæ publici, in magna erant dignitate. Nam et nomen eorum senatus-consultis ac plebiscitis præfigebatur, ut ex Aristophane alibi notavi : et in concionibus magnam habebant auctoritatem, ut patet ex iis quæ refert B. Lucas de scriba publico civitatis Ephesiorum in capite xix. Apud Judæos quidem eo honoratiorum erant scribæ, quo Judæi præ cæteris gentibus suam legem venerabantur. Cujus scribæ non solum custodes, verum etiam interpretes erant. Quin etiam consulebantur tanquam prophetæ quidam et antistites et omnium sapientissimi, qui optime interpretarentur signa ac prodigia, et qui legis arcana penitus cognita haberent. Sic in Matthæi cap. xi Herodes scribas consulit. Et in hoc Josephi loco quem prænanibus habemus, prodigia in cælo visa quid significant, prædicunt scribæ. Eosdem λόγους paulo post vocat Josephus. Porro magistratus urbis Hierosolymorum qui στρατηγός dicebatur, suum habebat scribam, ut docet Josephus in lib. xx. Sed an hic scriba fuerit ex numero illorum legis interpretum, difficile est dicere. Cæterum ἱερογραμματεῖς erant apud Ægyptios quidam sacerdotes, qui sacrorum disciplinam et arcanas litteras custodiebant, et futura prædicebant. De quibus Josephus in lib. ii, cap. 5, ubi λέξας vocat quos supra ἱερογραμματεῖς vocaverat.

scribæ, ea quæ posthæc evenerunt, portendi illo signo statim judicantur. In eadem quoque solemnitate vacca cum a pontifice ad sacrificium adduceretur, agnum in medio templo enixa est. Sed et janua interioris sacrarii orienti obversa, quæ tota ærea et immensi ponderis erat, et quæ sub vesperam vix a viginti hominibus claudebatur, et vectibus quidem ferro obvinctis sustinebatur, presulos vero altissime in terram demissos habebat, circa sextam noctis horam visa est sponte patefacta. Paucis deinde post festivitatem exactis diebus, prodigiosum quoddam spectrum apparuit fidem omnem superans. Ac profecto id quod dicturus sum, fabula esse videretur, nisi ab iis, qui illud spectarunt, proditum esset, et subsequente clades ejusmodi ostentis haudquaquam impares exstissent. Etenim ante solis occasum per universam regionem currus in aere sublimes ferri, et armatæ phalanges per cælum discurrere, urbesque circumvallare sunt visæ. Festo autem die qui Pentecoste appellatur, sacerdotes noctu templum ingressi ad obeunda ex more ministeria, primum quidem motum ac strepitum se exaudisse dixerunt, tum deinde vocem quasi confertæ multitudinis simul clamantis : Migremus hinc. Quod vero his omnibus longe terribilius est : Jesus quidam Ananiæ filius, vir plebeus et rusticus, quadriennio priusquam

Hi post cantorem et horoscopum, tertio loco procedebant in templum, alas in capite gestantes, utramentum et calammum cum libro præferentes in manibus. Libros item Mercurii hieroglyphicos et de cosmographia, deque terrarum et Ægypti situ, item de Nilo ac de locis in honorem deorum consecratis, custodiæ suæ creditos habebant, ut scribit Clemens Alexandrinus in lib. vi. Lucianus in Longævigenstem hanc seu familiam fuisse ait apud Ægyptios.

(68) Πρὸ τῶν ἀποβεθηκότων ἐκρίθη. Ita disertè quinquè nostri codices, Regius scilicet, Maz. ac Med. cum Fuk. ac Saviliano. Atque sic legit etiam Gelenius, ut ex versione ejus apparet. Vulgatæ Josephi editiones, πρὸς τῶν ἀπ., quod ferri non potest. Neque enim Græce dicitur πρὸς τῶν ἀποβεθηκότων ἐκρίθη. Dixisset potius πρὸς τὰ ἀποβεθηκότα.

(69) Μοχλοῖς μὲν ἑπερειδομένη. Intelligere videntur cardines quos Gallicè *gonds*, Latine *gonfos* vocamus. Iis enim appensa est janua. Male interpretes *seras* verterunt. Posthæc Eusebius omisit nonnulla quæ apud Josephum leguntur, de eo prodigio confestim magistratui nuntiato. Sic enim interpretor eum qui στρατηγός a Josepho appellatur. De quo officio multa notavi ad librum ultimum Ann. Marcellini. Ejus dignitatis meminit etiam Josephus in lib. vii *De excidio*, pag. 960, et Lucas in Actibus cap. 5, ubi *magistratus templi* recte vertitur in vulgata editione.

(70) Κατὰ πηγῶν. Melius κατὰ πηγῶν, ut est apud Nicephorum et Josephum. Atque ita scribitur in codice Maz. et Med., quibus consentiunt Fuketianus et Savilianus.

(71) Μεταβαλόμενοι. In codice Maz., Med. ac Fuk. scribitur μεταβαλόμενοι, quod non displicet.

(72) Σκηνοποιεῖσθαι πάντας ἔθος ἦν τῷ Θεῷ. Post hæc verba virgula notatur in codice Regio, Maz. et Fuk. et apud Josephum ; quam interpunctionem secuti sunt Musculus et Christophorus. Ego vero cum Gelenio alteram distinctionem sequi malui.

bellum esset exortum, adhuc pacata civitate et rerum omnium copiis abundante, cum ad festum diem venisset quo tabernacula in honorem Dei juxta templum defigi ab omnibus mos est, repente exclamare cœpit: Vox ab oriente, vox ab occasu, vox a quatuor ventis: vox in Hierosolyma et in templum, vox in sponsos et in sponsas, vox in universum populum. Idque noctu et interdiu clamitans omnes civitatis vicis circuibat. Nonnulli vero ex prioribus populi diritatem omniis ægre ferentes, hominem corripunt, multisque verberibus afficiunt. At ille nec pro se quidquam locutus, nec eos qui ipsum verberabant, privatim deprecatus, eadem quæ prius verba inclamare non destitit. Proinde magistratus Judæorum, rati, id quod erat, divinum quemdam esse hominis motum atque afflatum, cum ad præsidem Romanum perducunt. Apud **84** quem Ægritis ad ossium usque denudationem laniatus, nec preces, nec lacrymas ullas effudit. Sed quantum maxime poterat flebili ac lugubri modo vocem inflectens, ad singula verbera accinebat: *Væ, væ Hierosolymis!* Aliud etiam majori admiratione dignum ab eodem scriptore memoratur. Oraculum scilicet quoddam in sacris libris repertum fuisse, quo prædicebatur, illis circiter temporibus quemdam ex ipsorum finibus profectum orbis terrarum imperio potiturum. Quod ille quidem scriptor in Vespasiano expletum esse existimavit. Verum Vespasianus non totius orbis terrarum, sed Romanum duntaxat imperium, obtinuit. Rectius ergo id referatur ad Christum, cui dictum est a Patre: « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ ⁸⁵, » et per cujus apostolos circa idem tempus « in omnem terram exierat sonus, et ad fines orbis terrarum verba pervenerant ⁸⁶. »

CAPUT IX.

De Josepho et de libris quos scriptos reliquit.

Porro his rebus tandem ad exitum perductis, rationi consentaneum videtur de Josepho ipso qui historiæ quam præ manibus habemus tantum adjumentum contulit, quis et unde, quove genere prognatus fuerit, exponere. Id vero etiam ipse declarat de se loquens his verbis: « Josephus, Matthiæ filius, natione Hebræus, domo Hierosolymitanus, ex numero sacerdotum, qui et initio ad-
⁸⁵ Psal. II. ⁸⁶ Psal. XVIII.

(73) *Καὶ ὄργισθέντες.* Prior vox deest in codice Regio. Josephus nec priorem nec posteriorem agnoscit; cui consentit codex Maz. et Fuk. In Med. adduntur ad marginem.

(74) *Vulg. πρὸς τοὺς παρόντας.* Scribendum est *παίοντας*, ut legitur apud Josephum; quanquam Rufinus vulgatam lectionem secutus est.

(75) *Οἱ ἄρχοντες.* Id est magistratus templi, et pontifices ejus scribæ. Hi enim erant magistratus Judæorum, penes quos erat jurisdictio.

(76) *Ἐπαρχορ.* Rufinus *judicem* vertit, recte. Cæteri interpretes *præfectum* interpretantur, gravi errore. Is erat Albinus præses et procurator Judææ. Recte igitur Musculus *præsidentem Romanum* interpretatus est. Quod idcirco monendum existimavi, ut lector agnoscat Musculum plerisque in locis feliciter vertisse quam Christophorsonum.

(77) *Ὡς ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν τις.* In codici-

φωνῇ ἐπὶ Ἱεροσόλυμα καὶ τὸν ναὸν, φωνῇ ἐπὶ νυμφίους καὶ νύμφας, φωνῇ ἐπὶ πάντα τὸν λαόν. Τοῦτο μὲν ἡμέραν καὶ νύκτωρ κατὰ πάντας τοὺς στενωποὺς περιῆει κεκραγίως. Τῶν δ' ἐπιστήμων τινὲς δημοτῶν ἀγανακτήσαντες πρὸς τὸ κακόφημον, καὶ ὀργισθέντες (73) συλλαμβάνουσι τὸν ἄνθρωπον, καὶ δειναῖς ἅμα καὶ πολλαῖς αἰκλίζονται πληγαῖς. Ὁ δὲ οὐδ' ὑπὲρ ἑαυτοῦ φθειγξάμενος, οὕτε ἰδίᾳ πρὸς τοὺς παίοντας (74), ἄς καὶ πρότερον φωνᾶς βοῶν διετέλει. Νομίσαντες δ' οἱ ἄρχοντες (75), ὅπερ ἦν, δαιμονιώτερον εἶναι κίνημα τάνδρος, ἀγούσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν παρὰ Ῥωμαίους ἔπαρχον (76). Ἐνθα μάλιστα μέχρι ὁστέων ξαινόμενος, οὐθ' ἰκέτευσεν οὐτ' ἐδάκρυσεν, ἀλλ' ὡς ἐνῆν μάλιστα τὴν φωνὴν ὀλοφυρτικῶς παρεγκλίτων, πρὸς ἐκίστην ἀπεκρίνατο πληγὴν. « Αἱ αἰ Ἱεροσολύμοις: » Ἐτερον δὲ τι τοῦτου παραδοξότερον ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ συγγραφεὺς, χρησὸν τινα ψάσκων ἐν ἱεροῖς γράμμασιν εὐρηθῆσαι περιέχοντα, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν (77) τις ἄρξει τῆς οἰκουμένης. Ὁν αὐτὸς μὲν ἐπὶ Οὐσεπασιανὸν πεπληρωθῆσαι ἐξείληφεν. Ἄλλ' οὐχ ἀπάστας γε οὗτος ἢ μόνως ἤρξει τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους. Δικαιότερον δ' ἂν ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀναχθῆιη, πρὸς ὃν εἰρητο ὑπὸ τοῦ Πατρὸς: « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάκτησίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Οὐ δὴ κατ' αὐτὸ δὴ ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ « εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φόγγος τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. »

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ.

Περὶ Ἰωσήφου, καὶ ὡς κατέλιπε συγγραμμάτων (Nic. II. E. II, 18).

Ἐπὶ τοῦτοις πᾶσιν, ἄξιον μὴδ' αὐτὸν τὸν Ἰωσήφον, τοσαῦτα τῇ μετὰ χεῖρας συμβεβηλέμενον ἱστορεῖν, ὁπόθεν τε καὶ ἄρ' οἷον γένους ὤρματο, ἀγνοεῖν. Διὰ δὲ πάλιν αὐτὸς καὶ τοῦτο λέγων ὕδα: « Ἰωσήφος Ματθαίου παῖς (78), ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεὺς, αὐτὸς τε Ῥωμαίους πολέμησας ταπρῶτα, καὶ τοῖς ὑστεροῦ παρατυχὸν ἐξ ἀνάγκης. » Μάλιστα δὲ τῶν κατ' ἐκτε-
νο καιροῦ Ἰουδαίων οὐ παρὰ μόνοις τοῖς ὁμοεθνεῖν,

D

cibus nostris Maz., Med. et Fuk. h'c locus ita legitur ac distinguitur: ὡς ἀπὸ τῆς χώρας τις αὐτῶν, ἄρξει τῆς οἰκουμένης. Atque ita legitur apud Josephum pag. 961. Nicephorus quoque eandem trajectionem retinuit, quamvis Josephi verba paululum immutavit. Porro in codice Regio ac Maz. τίς acuitur. Neque id in hoc solum loco, sed seuper in iisdem libris ita fieri observavi, licet nulla sit interrogatio.

(78) *Ματθαίου παῖς.* In codice Regio legitur *Μαθίου*. Et ista apud Josephum in libro *De vita sua* et in proœmio *Historiarum belli Judaici*. Apud Sophronium quoque in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* scribitur Ἰωσήφος Μαθίου υἱός. Nec aliter vocat Sozomenus initio libri primi. Rufinus quoque Matthiam vocat patrem Josephi: *Josephus, inquit, Matthiæ filius, ex Hierosolymis sacerdos*. Ita scribitur in optimo codice Parisiensis Ecclesiæ.

ἀλλὰ καὶ παρὰ Ῥωμαίοις γέγονεν ἀνὴρ ἐπιδοξότατος, ὡς αὐτὸν μὲν ἀναθέσει ἀνδριάντος ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων τιμηθῆναι πόλεως, τοὺς δὲ σπουδασθέντας αὐτῷ λόγους βιβλιοθήκης ἀξιοθῆναι. Οὗτος δὲ πᾶσαν τὴν *Ἰουδαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν* ἐν ὅλοις εἰκοσι καταβέβληται συγγραμμάμασι, τὴν δ' *Ἱστορίαν τοῦ κατ'* αὐτὸν *Ἰουδαικοῦ πολέμου* ἐν ἑπτὰ (79), ἃ καὶ οὐ μόνον τῇ Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῇ πατριῷ φωνῇ παραδοῦναι αὐτὸς ἑαυτῷ μαρτυρεῖ, ἡξίους γέ ὢν διὰ τὰ λοιπὰ πιστεῦσθαι. Καὶ ἕτερα δὲ αὐτοῦ φέρεται σπουδῆς ἄξια δύο, τὰ *Περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀρχαιότητος*, ἐν οἷς καὶ ἀντιρήσεις πρὸς Ἀπίωνα τὸν γραμματικὸν κατὰ Ἰουδαίων τριχάδε συντάξαντα λόγον (80) πεποιήται, καὶ πρὸς ἄλλους, οἱ διαβάλλειν καὶ αὐτοὶ τὰ πάτρια (81) τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐπειράθησαν. Τοῦτων ἐν τῷ προτέρῳ τὸν ἀριθμὸν τῆς λεγομένης Παλαιᾶς τῶν ἐνδιαθῆκων Γραφῶν τίθησι, εἶνα παρ' Ἑβραίοις ἀναντιρρήτητα, ὡς ἂν ἐξ ἀρχαίας παραδόσεως, αὐτοῖς ῥήμασι διὰ τούτων διδάσκων. Testamentum constat, quænam sint apud Hebræos extra omnem controversiam posita, utpote a majoribus tradita, declarat his verbis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅπως τῶν θεῶν μνημονεύει βιβλίων Ἰωσήπου (Nic. H. E. III, 9).

« Οὐ μυριάδες οὖν εἰσι βιβλίον παρ' ἡμῖν ἀσυφώνων καὶ μαχομένων, δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἰκοσι (82) βιβλία, τοῦ παντὸς ἔχοντα χρόνον τὴν ἀναγραφῆν, τὰ δικαίως θεῖα πεπιστευμένα. Καὶ τούτων πέντε μὲν ἔστι τὰ Μωϋσέως, ἃ τούς τε νόμους περιέχει καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπογονίας παράδοσιν, μέχρι τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. Οὗτος ὁ χρόνος ἀπολείπει τρισχιλίων ὀλίγων ἐτῶν (83). Ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσέως τελευτῆς μέχρι τῆς Ἀρταξέρξου, τοῦ μετὰ Ξέρξην Περσῶν βασιλέως, οἱ μετὰ Μωϋσῆν προφήται τὰ κατ' αὐτοὺς παραθέντα συνέγραψαν ἐν τρισὶ καὶ δέκα βιβλίοις. Αἱ δὲ λοιπαὶ τέσσαρες, ὕμνους εἰς τὸν Θεόν,

(79) Vulg. ἐν ἑπτὰ λόγοις. Posterior vox delenda est, quam nec Regius codex agnoscit. Subauditur autem συγγραμμάμασι. Atque ita legendum esse apparet ex iis quæ sequuntur, ἃ καὶ, etc.

(80) *Συντάξαντα λόγον*. In Nicephoro scribitur λόγους. Quod confirmare videtur Josephus, qui plures libros contra Judæorum gentem ab Apione scriptos esse testatur. Vulgatam tamen scripturam tuetur Hieronymus in *Catalogo*, ubi de Josephi scriptis.

(81) *Τὰ πάτρια*. Interpretes omnes, Langus scilicet, Musculus et Christophoronus cum Rufino, *patrios ritus et instituta* interpretati sunt. Verum hoc vocabulo amplius aliquid significari existimo. Nam Josephus in libris *contra Apionem*, non iis solum respondet qui Judæorum leges atque instituta calumniati fuerant, sed præcipue adversus eos scribit, qui de origine atque antiquitate Judæorum falsa quædam commenti fuerant, ut patet ex libro primo. Sub finem autem secundi libri respondet Apollonio, Moloni et Lysimacho, qui de legibus institutisque Judæorum falsa quædam conscripserant. Πάτρια igitur hoc loco utrumque designat, antiquitatem scilicet et leges. Notum est vel mediocriter doctis, πάτρια sumi pro *antiquitatibus*, eoque titulo multi apud veteres exstant libri, partim soluta oratione, partim versibus scripti. Sic Hermæ Hermetopolitæ Πάτρια τῆς Ἑρμιουπόλεως iambico

sus Romanos pugnari, et rebus postea gestis necessitate coæctus interfui. » Hic vir, omnium tunc temporis Judæorum præstantissimus fuit, non modo popularium suorum, sed etiam Romanorum iudicio : adeo ut ipse quidem in urbe Roma statua donatus sit, libri vero ab eo conscripti in bibliotheca publica fuerint collocati. Scripsit autem *Antiquitates* quidem *Judaicas* viginti libris ; *Historiam* vero *belli Judaici*, quod a Romanis sua ætate gestum est, septem voluminibus complexus est, quam non solum Græco, sed etiam patrio sermone ab se editam esse testatur ; dignus omnino cui et hic et in cæteris fides habeatur. Exstant etiam duo ejusdem libri *De Judæorum vetustate* lectu 85 dignissimi. In quibus et Apioni grammatico respondet qui illa ætate volumen adversus Judæos composuerat, et aliis nonnullis qui Judæorum origines perire calumniari tentaverant. In priore autem horum librorum, numerum sacrorum voluminum quibus Vetus Testamentum constat, quænam sint apud Hebræos extra omnem controversiam posita, utpote a majoribus tradita, declarat his verbis.

CAPUT X.

Quomodo idem Josephus divinatorum librorum mentionem fecerit.

« Apud nos, inquit, nequaquam innumerabilis est librorum multitudo dissentientium atque inter se pugnantium ; sed duo duntaxat et viginti libri, totius præteriti temporis historiam complectentes, qui merito creduntur divini. Ex his quinque quidem sunt Mosis, qui et leges continent, et seriem rerum gestarum, a conditu generis humani usque ad ipsius Mosis interitum. Atque hoc spatium temporis tria propemodum annorum millia comprehendit. A Mosis autem interitu ad imperium usque Artaxerxis, qui post Xerxem regnavit apud Persas, prophetæ qui Mosi successere, res sua ætate

versu scripta laudat Photius in *Bibliotheca*, cap. 279 ; et Herapollinis Grammatici *Περὶ πατριῶν τῆς Ἀλεξανδρείας*, Chistoridori quoque poetæ plures ejusmodi libros citat Suidas. Unicuius hodie liber Codini exstat hoc titulo inscriptus.

(82) *Δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἰκοσι*. Totidem erant apud Hebræos libri sacri, quot elementa seu litteræ, ut docet Origenes in *expositione primi psalmi*, et Hieronymus in *Proemio galeato*, ubi etiam tres ordines sacrorum voluminum apud illos fuisse testatur. Primus ordo legem continebat, secundus prophetas, tertius hagiographa. Quæ cum Josepho optime conveniunt, sed in hoc differunt, quod Josephus quidem tredecim libros secundi ordinis facit, secutus scilicet seriem temporum, in tertio autem ordine quatuor tantum recenset libros, aliter ac Hieronymus tum in illo *Proemio*, tum in *prefatione in Daniele*, qui octo quidem prophetarum libros numerat, hagiographorum autem novem. Sed Josephus librum Josue et Judicum, Regum item ac Paralipomenon libros et Esdrani inter prophetica volumina reposuisse videtur, non quod prophetias contineret, quemadmodum prophetarum libri, sed ideo quod a prophetis essent conscripti.

(83) *Τρισχιλίων ὀλίγων ἐτῶν*. In tribus nostris codicibus M. z., Med. ac. Savil. ita scribitur hic locus : Ἀπολείπει τρισχιλίων ὀλίγων ἐτῶν.

gestas tredecim libris complexi sunt. Quatuor reliqui hymnos in Dei laudem, et præcepta vitæ hominum exhibent utilissima. Cæterum ab imperio Artaxerxis ad nostram usque memoriam, sunt quidem singula litteris mandata, sed nequaquam tantam fidem auctoritatemque meruerunt, quantum superiores ii libri, propterea quod minus explorata fuit successio prophetarum. Quanta porro veneratione libros nostros prosequamur, re ipsa apparet. Cum enim tot jam sæcula effluerint, nemo adhuc nec adjicere quidquam illis, nec demere, nec commutare ausus fuit. Sed omnibus nobis statim ab ipso nascendi exordio hoc insitum atque innatum est, Dei ut hæc esse præcepta credamus, iisdemque constanter adherescamus, et eorum causa, si opus fuerit, libentissime mortem perferamus. Atque hæc scriptoris illius verba non sine fructu, ut arbitror, hic a nobis inserta sint. Est et aliud non ignobile opusculum ab eodem elaboratum De ratione summo imperio prædita. Quod quidem a nonnullis *Machabaicum* inscriptum est, eo quod certamina contineat 86 Hebræorum quorundam, qui, ut in Machabæorum libris proditum est, pro divini Numinis cultu fortiter propugnarunt. Sed et sub finem vicesimi *Antiquitatum Judaicarum* libri, propositum sibi esse significat quatuor libros conscribere *De Deo deque ejus substantia*, ex opinione Judæorum quam ipsi a majoribus acceperunt: item *De legibus*, cur earum præcepto quædam permissa sint, quædam vetita. Alia præterea ab se elucubrata esse ipse in suis libris commemorat. Ad hæc congruum videtur ad confirmandam auctoritatem eorum quæ ex illo deprompsimus, etiam verba ejus apponere, quæ in epilogo *Antiquitatum* inseruit. Arguens enim mendacii Justum Tiberiensem, qui illorum temporum historiam perinde ac ipse scribere instituerat, multa que alia eidem obijciens crimina, hæc ad extremum adjungit: « At non

καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑποθήκα· τοῦ βίου περιέχουσιν. Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου, γέγραπται μὲν ἕκαστα, πίστεως δ' οὐχ ὁμοίας ἤβλωται τοῖς πρὸ αὐτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχὴν. Δῆλον δ' ἐστὶν ἔργω, πῶς ἡμεῖς πρόσμεν τοῖς ἰδίῳις γράμμασι. Τοσούτου γὰρ αἰῶνος ἤδη παρωχηκότος, οὔτε προσθεῖναι τις, οὔτε μεταθεῖναι τετόλμηκε, πᾶσι δὲ σύμφυτον ἐστὶν εὐθύς ἐκ πρώτης γενέσεως Ἰουδαίους, τὸ νομίζειν αὐτὰ Θεοῦ δόγματα, καὶ τούτοις ἐπιμένειν, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν, εἰ δέοι, θυήσκειν ἠδέως. » Καὶ ταῦτα δὲ τοῦ συγγραφέως χρησίμως ὡς παρατεθείσθω. Πεπύνηται δὲ καὶ ἄλλο οὐκ ἀγεννὲς σπουδάσμα τῷ ἀνδρὶ Περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, ὃ τινες *Μακκαβαϊκῶν* ἐπέγραψαν, τῷ τοῖς ἀγῶνας τῶν ἐν τοῖς οὕτω καλουμένοις *Μακκαβαϊκοῖς* συγγράμμασιν ὑπὲρ τῆς εἰς τὸ Θεῶν εὐσεβείας ἀνδρισταμένων Ἑβραίων περιέχειν. Καὶ πρὸς τῷ τελείῳ δὲ τῆς εἰκοστῆς *Ἀρχαιολογίας* ἐπιστημαίνεται ὁ αὐτός, ὡς ἂν προηρημένος ἐν τέταρται συγγράψαι βιβλίους κατὰ τὰς πατρῴους δόξας τῶν Ἰουδαίων, περὶ Θεοῦ καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν νόμων, διὰ τί κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν ἐξεστὶ πράττειν, τὰ δὲ κεκώλυται. Καὶ ἄλλα δὲ αὐτῷ σπουδασθῆναι ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς ἰδίῳις αὐτοῦ μνημονεύει λόγους. Πρὸς τούτοις εὐλογον καταλέξει καὶ ἄς ἐπ' αὐτοῦ τῆς *Ἀρχαιολογίας* τοῦ τέλους (84) φωνᾶς παρατίθεται, εἰς πίστωσιν τῆς τῶν ἐξ αὐτοῦ παραληφθέντων ἡμῖν μαρτυρίας. Διαβάλλον δὲ τὰ Ἰουστον *Τιβεριέα* (85) ὁμοίως αὐτῷ τὰ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ιστορήσα· χρόνους πεπειραμένον, ὡς μήτ' ἀληθῆ συγγεγραφότα (86) πολλὰς τε ἄλλας εὐθύναι ἐπαγαγὼν τῷ ἀνδρὶ, καὶ ταῦτα αὐτοῖς ῥήμασιν ἐπιλέγει: « Οὐ μὴν ἐγὼ σοὶ τὸν αὐτὸν τρόπον περὶ τῆς ἐμαυτοῦ γραφῆς ἔδεισα, ἀλλ' αὐτοὺς ἐπέδωκα τοῖς αὐτοκράτορσι τὰ βιβλία, μόνον οὐ τῶν ἔργων ἤδη βλεπομένων. Συνήθειν γὰρ ἐμαυτῷ τετηρηκότι τὴν τῆς ἀληθείας παράδοσιν, ἐφ' ἣ μαρτυρίας τεύξεσθαι προσδοκῆσας, οὐ δὴμαρτον. Καὶ ἄλλοις δὲ πολλοῖς ἐπέδωκα τὴν

(84) Ἐπ' αὐτοῦ τῆς *Ἀρχαιολογίας* τοῦ τέλους. In libello scilicet *De vita sua*, pag. 1026 editionis Genevensis. Qui quidem libellus epilógus est vicesimi et ultimi *Antiquitatum* libri, a quo male divulsus est in Græco-Latinis editionibus. Epilógus autem esse docet ipse Josephus in calce libri vicesimi, et in fine ipsius opusculi *De vita sua*. Itaque fallitur Scaliger in *Animadversionibus Eusebianis*, pag. 188, qui Eusebium memoria lapsus hæc scripsisse ait. Fallitur etiam Christophorus, qui hunc Eusebii locum corruptum esse existimans interpolavit. Qui si Græcos Josephi codices manu exaratos, aut certe Basiliensem editionem consulissent, facillime deprehendissent id quod dixi, librum scilicet Josephi *De vita sua*, nihil aliud esse quam appendicem vel epilógum libri vicesimi *Antiquitatum*.

(85) *Ἰουστον Τιβεριέα*. Nostri codices Maz., Med. et Fuk. scriptum exhibent *Τιβερέα*, male, ut opinor. Nam et Stephanus Byzantius *Τιβεριέα* patronymicum agnoscit. Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* Justum *Tiberiensem* vocavit, quem et nos secuti sumus. Rufinus vero Justum vocat *ex Tiberiade*. At Scaliger *Tiberiadensem* illicere maluit. Hic Justus *Historiam belli Judaici* scripserat, ut docet Josephus in libro *De vita sua*, et

Stephanus in voce *Τιβεριάς*. Præter hanc historiam scripsit etiam *Chronicon regum Judæorum*, ut testatur Photius in *Bibliotheca*. Quod opus Agrippæ regi ab illo dicatum fuisse affirmat Scaliger in *Animadversionibus Eusebianis*, pag. 176, additque hæc verba: *Nemo de obitu regis Agrippæ certius pronuntiare potuit quam is qui illi opus suum dedicavit*. Quæ profecto nollem excidisse viro acutissimo. Quomodo enim testari potest historicus de obitu illius cui historiam suam nuncupat? Nisi forte dicamus Justum Agrippæ mortuo *Chronicon* suum nuncupasse, quod est absurdum. Sed ut sine auctore illud asseruit Scaliger, Justum Tiberiadensem *Chronicon* suum Agrippæ regi dicavisse; sic etiam absurdum est quod ex eo astruxit. Ex Photii autem testimonio constat, id opus a Justo editum fuisse post mortem Agrippæ regis. *Historiam quoque belli Judaici* post ejusdem obitum a Justo divulgatam fuisse refert Josephus, cum viginti ante annis conscripta fuisset. Ejusdem Justi liber cui titulus erat *Στέμματα* laudatur a Laertio in *Socrate*; quem eundem fuisse cum *Chronico* testatur Photius.

(86) Ὡς μήτ' ἀληθῆ συγγεγραφότα. In codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. scriptum est *συγγεγραφότα*, quod non displicet.

Ἰστορίαν, ὧν ἐνίοι καὶ παρατετυχῆσαν τῷ πολέμῳ, καὶ ἄπὸ βασιλεῦς Ἀγρίππας, καὶ τινες αὐτοῦ τῶν συγγενῶν (87). Ὁ μὲν γὰρ αὐτοκράτωρ Τίτος οὕτως ἐκ μόνων αὐτῶν ἐβουλήθη τὴν γνώσιν τοῖς ἀνθρώποις παραδοῦναι τῶν πράξεων, ὥστε χαράξας τῇ αὐτοῦ χειρὶ, τὰ βιβλία (88) δημοσιεῦσαι· προσέταξεν (89). Ὁ δὲ βασιλεῦς Ἀγρίππας ἐξήκοντα δύο ἔγραψεν ἐπιστολάς, τῇ τῆς ἀληθείας παραδόσει μαρτυρῶν. Ἐξ ὧν καὶ δύο παρατίθησιν. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τοῦτον ταύτην πη δηλώσθω· ὡς μὲν δ' ἐπὶ τὰ ἐξῆς.

gestarum notitiam hominibus tradi tantopere voluit, ut manu sua subscriptos publicari præceperit. Rex vero Agrippa duas et sexaginta scripsit epistolas, quibus veritatem a me expositam esse testatur. Ex quibus duas ibidem subjicit Josephus. Sed de illo hactenus dictum sit; nunc ad sequentia pergamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὅς μετὰ Ἰακώβου ἠρέται Συμεὼν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας (Nic. II. E. III, 9).

Μετὰ τὴν Ἰακώβου μαρτυρίαν καὶ τὴν αὐτίκα γενομένην ἄλωσιν τῆς Ἱερουσαλῆμ, λόγος κατέχει, τῶν ἀποστῆλων καὶ τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν τοὺς εἰσέτι τῷ βίῳ λειπομένους, ἐπὶ ταῦτ' πανταχῶθεν συνελθεῖν, ἅμα τοῖς πρὸς γένους κατὰ σάρκα τοῦ Κυρίου· πλειούνης γὰρ καὶ τούτων περιῆσαν εἰσέτι τότε τῷ βίῳ· βουλήν τε ὁμοῦ τοὺς πάντας, περὶ τοῦ τίνα χρῆ τῆς Ἰακώβου διαδοχῆς ἐπικρίναι ἄξιον, ποιήσασθαι. Καὶ δὴ ἀπὸ μιᾶς γνώμης τοὺς πάντας Συμεῶνα τὸν τοῦ Κλωπᾶ (90), οὗ καὶ ἡ τοῦ Εὐαγγελίου μνημονεύει Γραφή, τοῦ τῆς αὐτοῦ παροικίας Ἰερώνου ἄξιον εἶναι δοκιμάσαι, ἀνεψιὸν, ὡς γε φασί, γεγονότα τοῦ Σω-

A ego, inquit, de meis libris perinde ac tu sum veritus. Sed ipsis imperatoribus eos obtuli, cum res gestæ pene adhuc ante omnium oculos versarentur. Quippe conscius eram mihi servatæ ubicunque veritatis. Ac proinde cum testimonium illorum speravissem, non sum expectatione mea frustratus. Quinetiam pluribus aliis Historiam meam communicavi, quorum nonnulli bello interfuerant. Inter quos fuit rex Agrippa, et quidam ex ejus propinquis. Titus quidem imperator ex iis solis rerum gestarum notitiam hominibus tradi tantopere voluit, ut manu sua subscriptos publicari præceperit. Rex vero Agrippa duas et sexaginta scripsit epistolas, quibus veritatem a me expositam esse testatur. Ex quibus duas ibidem subjicit Josephus. Sed de illo hactenus dictum sit; nunc ad sequentia pergamus.

B CAPUT XI.

Quomodo Symeon post Jacobum, Hierosolymorum rexii Ecclesiam.

Post martyrium Jacobi et continuo subsequente Hierosolymorum expugnationem, fama est apostolos cæterosque Domini discipulos, qui adhuc supersites agebant, ex variis locis in unum convenisse, et una cum iis qui Dominum secundum carnem propinquitate generis contingebant (plerique enim eorum adhuc in vivis supererant) in commune consultuisse, quis in Jacobi locum succedere **87** mereretur. Omnes itaque uno consensu Symeonem filium Cleopæ, illius cujus in Evangeliiis sit mentio, episcopali sede dignum judicaverunt. Creditur autem Symeon patruelis fuisse Servatoris. Nam Cleo-

(87) Βασιλεῦς Ἀγρίππας καὶ τινες αὐτοῦ τῶν συγγενῶν. Julius Archelaus intelligit et Herodem, ut ipse Josephus indicat in libro *i Contra Apionem*. Ex his Julius Archelaus sororius erat Agrippæ regis; quippe Mariamnam sororem ejus duxerat, teste Josepho in fine libri *xix* et *xx*.

(88) Ὅστε χαράξας τῇ αὐτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία. Nicephorus in lib. III, cap. 11, hæc Josephi verba interpretans ait, Titum libros Josephi de bello Judaico manu sua descripsisse. Ad quem locum vide quæ notavit Joannes Langus. Idem quoque scribit in libro II, cap. 18, his verbis: Ἐπὶ δὲ αὐτῷ εἰς τὴν Ἱεροσολύμων συνάττονται ἄλωσιν· οὗς λόγος ἔχει καὶ τὴν Καίσαρα Τίτον ἰδίαις γεγραφότα χειρὶ, δημοσιεῦσθαι πανταχοῦ προστάξει, καὶ τῇ ἐν Πύμῃ τῶν βιβλίων ἀναθέσει καταλεγγῆναι. Quæ tamen verba Langus contra Nicephori mentem ita interpretatus est: Quos fama fert Titum Cæsarem manuum suarum subscriptione, publicari ubique, atque etiam in Romana bibliotheca reponi jussisse. Omnes tamen interpretes qui hunc Josephi locum in Latinum sermonem transtulerunt, eundem quem Langus sensum secuti sunt, et Josephi libros Titus Cæsaris manu notatos ac subscriptos, non autem ab eo descriptos esse intellexerunt. Ego vero Nicephori sententiam libentius sequi malim. Neque enim aliud mihi sonare videntur hæc Josephi verba, ὥστε χαράξας τῇ αὐτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία, δημοσιεῦσθαι προστάξεν. Ita distinguitur hic locus in cunctis exemplaribus, tam scriptis quam editis. Quod si Josephi locus de sola manus subscriptione intelligendus esset, tum post vocem χειρὶ, apponenda esset distinctio.

(89) Δημοσιεῦσαι προσέταξεν. Ita quidem legitur in codice Regio et in vulgatis Josephi editionibus. Sed in optimis codicibus Maz., Med., Fuk. ac Savil. et apud Nicephorum, scriptum est δημο-

σιεῦσθαι. Quam lectionem secuti videntur omnes interpretes. Rufinus quidem primus ita vertit, *Ut manu sua subscriberet, publice ab omnibus legi debere*. Gelenius vero in hunc modum, *ut manu sua subscriptos in bibliotheca publicari jussit*. Sed nescio quid causæ fuerit Gelenio, ut has voces adderet, in bibliotheca, nisi forte quia apud Eusebium legerat in superiori capite, Josephi libros Romæ in bibliotheca publica esse repositos. Quod testatur etiam Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*. Rufini tamen versionem magis probo, qui δημοσιεῦσθαι interpretatur, publice legi. Sic enim hoc verbum sumit Eusebius in lib. II, cap. 22, ubi de Epist. Catholicis Jacobi et Judæ; et in lib. III, cap. 3. Cæterum ex his Josephi verbis colligere est, *Historiam belli Judaici* ab ipso editam esse imperante adhuc Vespasiano; *Antiquitatum* autem libri diu postea publicati sunt, principatus Domitiani Aug. anno XIII, ut ipse testatur in fine lib. XX, et ad calcem lib. *De vita sua*. Quod autem librum *De vita sua* septem annis post *Antiquitatum* libros a Josepho editum esse scribit Scaliger in *Animadversionibus Eusebianis*, p. 187, id mihi non videtur probabile. Nam liber ille epilogus est duntaxat lib. XX, ut supra docui, et in ejus calce Josephus imp. Romanos recensens, in Domitiano desinit.

(90) Συμεῶνα τὸν τοῦ Κλωπᾶ. Hæc Eusebii narratio non convenit cum iis quæ scripsit in *Chronico*. Nam in *Chronico* quidem statim post Jacobi mortem, Symeonem electum esse scribit, anno Neroneis septimo. Hic vero post eadem Jacobi cessavisse episcopatum testatur octo aut novem circiter annis. Hanc tot annorum lacunam ut suppleret auctor *Chronici Alexandrini*, Jacobi mortem contulit in annum primum Vespasiani Augusti.

patrem fratrem fuisse Josephi testatur Hegesippus. Α τῆρος. Τὸν γὰρ οὖν Κλωπᾶν, ἀδελφὸν τοῦ Ἰωσήφ (91) ὑπάρχειν Ἠγήσιππος ἱστορεῖ.

CAPUT XII.

Quomodo Vespasianus eos qui a Davide genus ducerent, conquiri jussit.

Fama est præterea Vespasianum, post expugnatam Hierosolymorum civitatem, eos qui a Davide genus deducerent perquiri jussisse, ne quisquam apud Judæos ex regia stirpe superesset: eaque ex causa gravissimam rursus persecutionem Judæis illatam fuisse.

CAPUT XIII.

Ut Romanorum Ecclesiæ secundus præfuerit Anencletus.

Sed Vespasiano, cum per annos decem imperium tenuisset, successit filius Titus. Cujus secundo imperii anno Linus Ecclesiæ Romanæ episcopus, cum eam duodecim annis administrasset, Anencleto deinde regendam tradidit. Titus vero duobus annis imperii totidemque mensibus expletis, Domitianum fratrem successorem reliquit.

CAPUT XIV.

Quomodo item secundus Alexandrinæ Ecclesiæ præfuit Avilius.

Hujus anno quarto primus Alexandrinorum Ecclesiæ episcopus Antianus, duobus et viginti annis

(91) Κλωπᾶν ἀδελφὸν τοῦ Ἰωσήφ. Idem scribit Epiphanius in hæresi LXXVII, cap. 7. Proinde emendanda est interpretatio doctissimi viri D. Petavii, qui locum Epiphanius in eadem hæresi, cap. 14, ubi Symeon Cleopæ filius, Jacobi Justi ἀνεψιὸς dicitur, vertit e sorore nepos, cum patrelem vertere debuisset. Porro hunc Symeonem Cleopæ filium, quidam cum Simone apostolo confuderunt, inter quos est auctor *Chronici Alexandrini*; Isidorus Hispaniensis in libro *De vitis Patrum Veteris et Novi Testamenti*, et Dorotheus in libello *De apostolis ac discipulis Domini*. Idem scriptum inveni in veteribus schedis quæ cum *Historia ecclesiastica* Rufini compactæ sunt in codice Parisiensis Ecclesiæ. *Joseph, qui interpretatur augmentum, filius Jacob filii Mathan, de tribu Juda, et de familia David ortus, in civitate sua Nazareth natus faber arte. Frater Cleopæ, vir Mariæ adjutorio non carne. Cleophas vero pater apostoli Symeonis Cananæi: Joseph autem pater Jacobi fratris Domini, qui aliter dicitur Jacobus Alphæi*. Nicephorus Constantinopolitanus in *Chronologia tripartita*, Symeonem hunc Cleopæ filium, Jacobi Justi fratrem facit. Sic enim ait in catalogo episcoporum qui Hierosolymis sedere: Συμῶν Κλεόπας, ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ μάρτυς. Ita juxta Nicephori sententiam, Symeon Josephi filius fuit, perinde ac Jacobus Justus. Cleopæ tamen seu Cleopæ filius dicitur ex adoptione legali. Nam cum Clopas sine liberis decessisset, Josephus frater, ducta ejus vidua, semen ei suscitavit, sicut scribit Nicephorus in libro 1, cap. 33. Quæquam Nicephori Constantinopolitani locus aliter etiam explicari potest, ut scilicet Symeon et Jacobus Justus fratres dicantur, Cleopæ nimirum filii. Certe Chrysostomus et Theodoretus in *Epistolam ad Galatas*, Jacobum Justum Cleopæ filium fuisse scribunt. Verum in hac tanta scriptorum discrepantia, Hegesippi et Epiphanius sententiam sequi malim, et Symeonem Cleopæ filium qui episcopus fuit Hierosolymorum, a Sy-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ὡς Οἰεσπασιανὸς τοὺς ἐκ Δαβὶδ ζητεῖσθαι προστάττει (Nic. H. E. III, 10).

Καὶ ἐπὶ τούτοις Οἰεσπασιανὸν μετὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἄλωσιν, πάντας τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ, ὡς ἂν μὴ περιλειφθεῖ τις παρὰ Ἰουδαίους τῶν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς φυλῆς, ἀναζητεῖσθαι προστάζει, μέγιστόν τε Ἰουδαίους αὐθὺς ἐκ ταύτης διωγμῶν ἐπαρτηθῆναι τῆς αἰτίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ὡς δεῦτερος Ῥωμαίων ἐπίσκοπος Ἀνεγκλητος.

Ἐπὶ δέκα δὲ τὸν Οἰεσπασιανὸν ἔτεσι βασιλεύσαντα αὐτοκράτωρ Τίτος ὁ παῖς διαδέχεται, οὗ κατὰ δεῦτερον ἔτος τῆς βασιλείας, Αἴνος ἐπίσκοπος τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας δυοκαίδεκα τὴν λειτουργίαν ἐνιαυτοῖς κατασχὼν Ἀνεγκλήτῳ (92) ταύτην παραδίδωσι. Τίτον δὲ Δομετιανὸς ἀδελφὸς διαδέχεται, δύο ἔτεσι καὶ μῆσι τοῖς ἴσοις βασιλεύσαντα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Ὡς δεῦτερος Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Ἀβίλιος.

Τετάρτῳ μὲν οὖν ἔτει Δομετιανοῦ, τῆς κατ' Ἀλεξανδρείαν παροικίας ὁ πρῶτος Ἀννιανὸς (93), δύο

meone seu potius Simone Josephi filio distinguere. Certe Beda hanc tandem sententiam utpote certiorum amplexus est, cum Isidorus opinionem antea secutus fuisset, ut ipse fatetur in *Retractionibus in Acta apostolorum*, cap. 1. Isidorus autem locus quem intelligit Beda, est in libro *De vitis Patrum utriusque Testamenti*. Ex quo etiam libro desumptum est fragmentum illud quod supra citavi sine auctoris nomine.

(92) Ἀνεγκλήτῳ. Nescio cur Rob. Stephanus Ἀνακλήτου prætulit, cum omnes nostri codices, nullo excepto, scriptum habeant Ἀνεγκλήτῳ. Atque ita Nicephorus Constantinopolitanus, ejusque interpretas Anastasius Bibliothecarius in *Chronologia tripartita*. Sic etiam Nicephorus Callistus in lib. III, cap. 2, et Georgius Syncellus et manuscripti codices Rufini. Sed et Irenæus in lib. III, ubi Romanorum episcoporum seriem recenset, Anencletum nominat, omisso Cleti nomine, qui ex mutilato Anencleti vocabulo fictus mihi videtur. Certe nec Optatus, nec Augustinus in epistola 165, ubi Romanos episcopos recenset, Cletum agnoscit. Contra vero in duobus vetustissimis indicibus seu catalogis episcoporum Romanorum, quorum alter exstat in monasterio Sancti Germani, alter in collegio Claromontano Societatis Jesu, nulla sit Anencleti mentio, sed solius Cleti, qui post Linum sedisse dicitur annis XI, mense uno, diebus II. Ex quo patet unum eundemque esse Cletum et Anencletum. Plura vide apud P. Halloixium in notationibus ad cap. 7 Vitæ Irenæi.

(93) Ὁ πρῶτος Ἀννιανός. Primus scilicet post Marcum. Sic Eusebius supra dixit de Lino Romano urbis episcopo, in principio hujus libri, μετὰ τὴν Παύλου καὶ Πέτρου μαρτυρίαν, πρῶτος κληροῦσαι τὴν ἐπισκοπήν Αἴνος. Marcus enim Alexandrinorum apostolus fuit, ut supra dixi. Apostoli vero extra ordinem erant, nec in episcoporum numero censebantur. Itaque nihil opus erat supplere hic μετὰ

πρὸς τοὺς εἰκοσιν ἀποπλήσας ἔτη (94) τελευτᾷ, διαδέχεται δ' αὐτὸν δεύτερος Ἀβίλιος (95).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ΄.

Ὁς τρίτος Ρωμαίων ἐπίσκοπος Κλήμης.

Δωδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς αὐτῆς ἡγεμονίας, τῆς Ρωμαίων Ἐκκλησίας Ἀνέγκλητον ἔτσιν ἐπισκοπεύσαντα δεκαδυο, διαδέχεται Κλήμης. Ὅν συνεργὸν ἑαυτοῦ γενέσθαι Φιλιππησίους ἐπιστέλλων ὁ ἀπόστολος διδάσκει λέγων· « Μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΣ΄

Περὶ τῆς Κλήμεντος ἐπιστολῆς.

Τούτου δὴ οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυμασία, ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ρωμαίων Ἐκκλησίας τῆ Κορινθίων διευτυπάσσο, στάσεως τηλικάδε κατὰ τὴν Κορινθίων γενομένης. Ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν. Καὶ ὅτι κατὰ τὸν δηλούμενον τὴ τῆς Κορινθίων κεκίνητο στάσεως, ἀξιώχρεως μάρτυς ὁ Ἠγήσιππος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ΄.

Περὶ τοῦ κατὰ Δομετιανὸν διωγμοῦ (Nic. H. E. III, 9).

Πολλὴν γε μὴν (96) εἰς πολλοὺς ἐπιδειξάμενος ὁ Δομετιανὸς ὠμότητα, οὐκ ὀλίγον τε τῶν ἐπὶ Ῥώμης εὐπατριδῶν (97) καὶ ἐπιστήμων ἀνδρῶν πλῆθος οὐ μετ' εὐλόγου κρίσεως ἀποκτείνας, μυριάσις τε ἄλλους ἐπιφανεῖς ἀνδρας ταῖς ὑπὲρ τὴν ἐνορίαν ζημιώσας φυγαῖς καὶ ταῖς τῶν οὐσιῶν ἀποβολαῖς ἀναιτίως, τελευτῶν τῆς Νέρωνος θεοσεβρίας τε καὶ θεομαχίας διάδοχον ἑαυτὸν κατεστήσατο. Δεύτερος ἔῃτα τὸν καθ'

Μάρκον, ut fecit Nicephorus. Vide Seldeni notas ad Eutyrium patriarcham Alexandrinum.

(94) Δύο πρὸς τοὺς εἰκοσιν ἀποπλήσας ἔτη. Nostri codices Maz., Med. ac Fuk., scriptum habent δύο πρὸς εἰκοσιν ἀναπλήσας ἔτη. Præterea in optimo codice Maz., εἰκοσι scribitur absque v. Atque ita semper hoc nomen in eo codice perscriptum esse observavi, quamvis sequens dictio incipiat a vocali. Ac mihi quidem hujusmodi scriptura magis probatur.

(95) Δεύτερος Ἀβίλιος. Hunc Abilium vocant Rufinus et reliqui interpretes, ipseque adeo Hieronymus in Chronico, minus recte, ut equidem sentio. Avilium enim dici oportuit, quod nomen Romanum est, perinde ac Anniani, qui ante Avilium episcopus fuerat. Avilius Flaccus, præfectus Ægypti, memoratur a Pilonæ. Porro capitum ordo hoc loco perturbatus erat in editionibus. Nam priore loco positum erat caput illud de successione Avilii, Alexandrinorum episcopi; sequebatur deinde caput de pontificatu Anencleti. Nos ex cod. Maz. et Fuk., verum ordinem restituumus. Est autem hic error antiquissimus. Nam et in indice capitum qui præfixus est lib. III, in interpretatione Rufini, et in omnibus Græcis exemplaribus præterquam in Fuk., idem error admissus est. Sed in corpore ipso libri, Maz. codex, qui capitum titulos suis locis diligenter appositos habet, errorem hunc emendavit.

(96) Πολλὴν γε μὴν. Male Rufinus hæc verba esse putavit Hegesippi, quem in fine superioris capituli laudavit Eusebius. Ex quo patet Rufinum ita legisse, ut habetur in nostris codicibus Maz., Med. ac Fuk., μάρτυς ὁ Ἠγήσιππος λέγων· Πολλὴν γε μὴν, etc. Quin etiam in optimo codice Rufini, caput 17,

exactis abiit e vita. Cui secundus ordine successit Avilius.

CAPUT XV.

Ut tertius Ecclesiæ Romanæ episcopus fuit Clemens.

Anno autem ejusdem imperatoris duodecimo, Anencletus, exactis in episcopatu annis duodecim, successorem reliquit Clementem. Quem quidem Paulus apostolus in Epistola ad Philippenses scripta, adjutorem suum fuisse docet his verbis: « Cum Clemente, inquit, et cæteris adjutoribus meis quorum nomina sunt in libro vitæ. »

88 CAPUT XVI.

De epistola Clementis.

rant, in Evangelium suum conjecisse : idque ab ipso indicari primum cum dicit : « Hoc initium miraculorum fecit Jesus; » deinde cum in ipso jam progressu narrationis rerum a Jesu gestarum, mentionem interserit Joannis Baptistæ tanquam in Ænon juxta 96 Salem etiamtum baptizantis. Quod quidem apertissime ostendit his verbis : « Nondum, inquit, Joannes conjectus erat in carcerem. » Proinde Joannes quidem res a Christo gestas priusquam Joannes Baptista custodiæ mancipatus fuisset, Evangelio suo complectitur. Reliqui vero tres evangelistæ res Christi gestas, ex quo Baptista conjectus est in carcerem, persequuntur. Quod quicumque attentius observaverit, nequaquam Evangelia inter se dissidere posthac existimabit : quippe cum Joannis quidem Evangelium initium actuum Christi, cætera autem Evangelia sequentis temporis historiam contineant. Et seriem quidem ipsam generis Christi secundum carnem, utpote a Mattheo et Luca prius traditam, Joannes merito prætermisit. Ab ipsa vero ejus divinitate sumpsit initium, quippe quæ a Spiritu sancto ipsi tanquam præstantiori fuisset reservata. Atque hæc de Joannis Evangelio dicta sint a nobis. Marcum vero quænam causa ad scribendum impulerit, jam superius commemoravi. At Lucas in ipso Evangelii sui exordio quæ scribendi sibi causa esset exposuit. Ait enim multos temere atque imprudenter aggressos fuisse narrationem earum rerum quas ipse exploratas haberet : ac proinde se necessitate adductum, ut nos ab incertis opinionibus liberaret, certissimam ac fidelissimam narrationem earum rerum, quarum ipse veritatem partim ex Pauli conatubernio, partim ex reliquorum apostolorum sermonibus hauserat, Evangelio suo tradidisse. Sed hæc a nobis quidem nunc dicta sint hactenus ; alias vero commodius allatis veterum scriptorum locis, quid reliqui de eodem argumento tradiderint, docere conabimur. Porro inter Joannis scripta præter Evangelium, prior quoque Epistola tum a recentioribus tum ab antiquis omnibus citra controversiam admittitur ; reliquæ autem duæ in dubium revocantur. De Revelationis autem libro adhuc in utramque partem opinionum varietate certatur. Sed hæc etiam controversia vetustiorum testimonio competentem tempore disceptabitur.

97 CAPUT XXV.

De divinis Scripturis omnium consensu receptis, et de iis quæ non sunt ejusmodi.

Cæterum opportunum videtur hoc loco Novi Testamenti libros de quibus jam diximus, summam recensere. Primo igitur collocanda est sacra Evangeliorum quadriga ; quam deinde consequuntur Actus apostolorum. Post hos numerandæ sunt Pauli Epistolæ. Inde prior illa Joannis, ac similiter Petri Epistola suscipienda est. Postremo adjungenda est, si ita videbitur, Joannis Revelatio : de qua quid veteres senserint, suo loco exponemus. Et hæc quidem communi omnium consensu rece-

Α τος ἐν Αἰνῶν ἐγγύς τοῦ Σαλήμ (29)· σαφῶς τε τοῦτο δηλοῦν ἐν τῷ λέγειν· « Οὐπω γὰρ ἦν, φησὶν, Ἰωάννης βεβλημένος εἰς φυλακὴν. » Οὐκοῦν ὁ μὲν Ἰωάννης τῆ τοῦ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίου γραφῆς, τὰ μετέπω τοῦ Βαπτιστοῦ εἰς φυλακὴν βεβλημένου πρὸς τοῦ Χριστοῦ πρᾶχθέντα παραδίδωσιν· οἱ δὲ λοιποὶ τρεῖς εὐαγγελισταὶ, τὰ μετὰ τὴν εἰς τὸ δεσμωτήριον κάθειρξιν τοῦ Βαπτιστοῦ μνημονεύουσιν. Ὅς καὶ ἐπιστήσαντι, οὐκέτ' ἂν ὀξυ διαφωνεῖν ἀλλήλοις τὰ Εὐαγγέλια, τῷ τὸ μὲν κατὰ Ἰωάννην τὰ πρῶτα τῶν τοῦ Χριστοῦ πράξεων περιέχειν, τὰ δὲ λοιπὰ τὴν ἐπὶ τέλει τοῦ χρόνου αὐτῷ γεγενημένην ἱστορίαν. Εἰκότως δ' οὖν τὴν μὲν τῆς σαρκὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενεαλογίαν, ἅτε Ματθαίῳ καὶ Λουκᾷ προγραφείσαν, ἀποσωπῆσαι τὸν Ἰωάννην, τῆς δὲ θεολογίας ἀπάρξασθαι, ὡς ἂν αὐτῷ πρὸς τοῦ θεοῦ Πνεύματος οἶα κρείττονι παραπεφυλαγμένης. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν περὶ τῆς τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου γραφῆς εἰρήσθω. Καὶ τῆς κατὰ Μάρκον δὲ ἡ γενομένη αἰτία, ἐν τοῖς ἐμπροσθεν ἡμῖν δεδῆλωται. Ὁ δὲ Λουκᾶς ἀρχόμενος καὶ αὐτὸς τοῦ κατ' αὐτὸν συγγράμματος, τὴν αἰτίαν προῦθηκε, δι' ἣν πεποιθῆται τὴν σύνταξιν δηλῶν, ὡς ἄρα πολλῶν καὶ ἄλλων προπετέστερον ἐπιτετηδευκῶτων διήγησιν ποιήσασθαι, ὡς αὐτὸς πεπληροφόρητο λόγων, ἀναγκαίως ἀπαλλάττων ἡμᾶς τῆς περὶ τοὺς ἄλλους ἀμφηρίστου ὑπολήψεως, τὸν ἀσφαλῆ λόγον, ὡς αὐτὸς ἱκανῶς τὴν ἀλήθειαν κατελήφει, ἐκ τῆς ἅμα Παύλῳ συνουσίας τε καὶ διατριβῆς, καὶ τῆς τῶν λοιπῶν ἀποστόλων ὁμιλίας ὠφελημένος, διὰ τοῦ ἰδίου παρέδωκεν Εὐαγγελίου. Καὶ ταῦτα μὲν ἡμεῖς περὶ τούτων οἰκειότερον δὲ κατὰ καιρὸν διὰ τῆς τῶν ἀρχαίων παραθέσεως, τὰ καὶ τοῖς ἄλλοις περὶ αὐτῶν εἰρημένα πειρασόμεθα δηλῶσαι. Τῶν δὲ Ἰωάννου συγγραμμάτων, πρὸς τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ ἡ προτέρα τῶν Ἐπιστολῶν, παρά τε τοῖς νῦν καὶ τοῖς ἑτ' ἀρχαίοις ἀναμφίλεκτος ὠμολόγηται, ἀντιλέγονται δὲ αἱ λοιπαὶ δύο. Τῆς δ' Ἀποκαλύψεως ἐφ' ἑκάτερον ἐτι νῦν παρά τοῖς πολλοῖς περιέλκεται ἡ δόξα. Ὅμως γε μὴν ἐκ τῆς τῶν ἀρχαίων μαρτυρίας ἐν οἰκείῳ καιρῷ τὴν ἐπίκρισιν δέξεται καὶ αὕτη.

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Περὶ τῶν ὁμολογουμένων θεῶν Γραφῶν καὶ τῶν μὴ τοιούτων (Nic. II. E. II, 46).

Εὐλογον δ' ἐναυθα γενομένους, ἀνακεφαλαίωσασθαι τὰς δηλωθείσας τῆς Καινῆς Διαθήκης γραφάς. Καὶ δὴ ταχέον ἐν πρώτοις τὴν ἁγίαν τῶν Εὐαγγελίων τετρακτύον ὡς ἔπειτα ἡ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων γραφῆ. Μετὰ δὲ ταύτην, τὰς Παύλου καταλεκτέον Ἐπιστολάς, αἷς ἑξῆς τὴν φερομένην Ἰωάννου προτέραν, καὶ ὁμοίως τὴν Πέτρου κυρωτέον Ἐπιστολήν. Ἐπὶ τούτοις ταχέον, εἴγε φανεῖν, τὴν Ἀποκαλύψιν Ἰωάννου, περὶ ἧς τὰ δόξαντα κατὰ καιρὸν ἐκησόμεθα. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν ὁμολογουμέ-

(29) Ἐγγύς τοῦ Σαλήμ. In vetustissimo codice Maz. scriptum inveni Σαλέμ cum diplithongo.

vois. Τῶν δ' ἀντιλεγόμενων, γνωρίμων δ' οὖν ὁμοίως τοῖς πολλοῖς, ἡ λεγομένη Ἰακώβου φέρεται, καὶ ἡ Ἰουδα, ἣ τε Πέτρον δευτέρα Ἐπιστολή, καὶ ἡ ὀνομαζομένη δευτέρα καὶ τρίτη Ἰωάννου, εἴτε τοῦ εὐαγγελιστοῦ τυγχάνουσαι, εἴτε καὶ ἐτέρου ὁμωνύμου ἐκείνου. Ἐν ταῖς νόθοις (30) κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου Πράξεων ἡ γραφή, ὃ τε λεγόμενος Ποιμήν, καὶ ἡ Ἀποκάλυψις Πέτρον. Καὶ πρὸς τούτοις, ἡ φερομένη Βαρνάβα Ἐπιστολή, καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι Διδαχαί (31)· ἔτι τε, ὡς ἔφη, ἡ Ἰωάννου Ἀποκάλυψις, εἰ φανείη, ἣν τινες, ὡς ἔφη, ἀθετοῦσιν, ἔτεροι δὲ ἐγκρίνουσι ταῖς ὁμολογουμένοις. Ἦδη δ' ἐν τούτοις τινὲς καὶ τὸ καθ' Ἑβραίους Εὐαγγέλιον (32) κατέλεξαν, ᾧ μάλιστα Ἑβραίων οἱ τὸν Χριστὸν παραδεξάμενοι χαίρουσι. Ταῦτα μὲν πάντα τῶν ἀντιλεγόμενων ἂν εἴη. Ἀναγράψας δὲ καὶ τούτων ὁμοίως τὸν κατάλογον πεποιήμεθα, διακρίναντες τάς τε κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν ἀληθεῖς καὶ ἀπλάστους, καὶ ἀνωμολογημένας Γραφάς, καὶ τὰς ἄλλας παρὰ ταύτας, οὐκ ἐνδοθήκους μὲν, ἀλλὰ καὶ ἀντιλεγόμενας, ὁμοίως δὲ παρὰ πλείστοις τῶν ἐκκλησιαστικῶν γινωσκόμενας, ἵν' εἰδέναι ἔχομεν αὐτάς τε ταύτας, καὶ τὰς ὀνόματι τῶν ἀποστόλων πρὸς τῶν αἵρετικῶν προφερομένας, ἥτοι ὡς Πέτρον καὶ Θωμᾶ, καὶ Μαθθαί, ἣ καὶ τινων παρὰ τούτους ἄλλων Εὐαγγελία περιεχοῦσας, ἣ ὡς Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου, καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων Πράξεις, ὧν οὐδὲν οὐδαμῶς ἐν συγγράμματι τῶν κατὰ διαδοχὰς ἐκκλησιαστικῶν (33) τίς ἀνὴρ εἰς μνήμην ἀγαγεῖν ἤξιώσεν. Πόρρω δὲ ποῦ καὶ ὁ τῆς φράσεως παρὰ τὸ ἦθος τὸ ἀποστολικὸν

(30) Ἐρτοῖς νόθοις. Improperie hoc nomen usurpat Eusebius, pro libris scilicet qui ambiguae sunt auctoritatis, cum νόθοι dici debeant libri adulterini et ab hæreticis conficti, de quibus mentio fit in fine hujus capituli. Quod ut manifestius appareat, intelligendum est tres esse species librorum sacrorum. Alii sunt extra controversiam veri, alii extra controversiam falsi, tertii sunt de quibus inter antiquos ambigitur. Hi postremi νόθοι dici non possunt, cum a multis habiti sint pro veris. Restat igitur ut secundi dicantur νόθοι sive adulterini. Hujusmodi est Pauli Epistola ad Lodicenses, quam Hieronymus uno consensu ab omnibus explosam fuisse dicit. Porro Athanasius, seu qui alius auctor est tractatus de sacræ Scripturæ libris, eadem ἀνωμολογία utitur qua Eusebius, dum libros ἀντιλεγόμενους confundit cum libris apocryphis et adulterinis. Sed Eusebius infra in cap. 31 seipsum emendat, et adulterinos libros ab ambiguis aperte distinguit. Sed et Gregorius Naz. in iambico carmine ad Seleucum nostram sententiam aperte confirmat. Nam ex sacræ Scripturæ libris alios ait esse genuinos ac legitimos, quos ibidem omnes recenset; alios vero supposititios, quos appellat νόθους, et adulterinæ monetæ comparat; tertios vocat mediæ ordinis; qui ad veros illos ac genuinos libros proxime accedant. Quam divisionem hausit Gregorius ex Origenis tomo xiii *Explanationum in Joannem*. Ibi enim Origenes de libro qui *Prædicationi Petri* inscribitur, ait: *Disquirentes siue genuinus liber, an nothus, an mistus*. Cæterum si proprie loqui velimus, duo tantum sunt genera librorum sacrorum: veri scilicet, et dubii sive ἀντιλεγόμενοι. Nam spurii in numerum sacrorum librorum referri non merentur.

(31) Τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι Διδαχαί. De hoc libro vide quæ notavit Usserius in dissertatione de sancti Ignatii epistolis cap. 7. — Vide præterea

pta sunt. Ex iis vero quæ in dubium revocantur, a multis tamen commemorari videmus, est Epistola quæ dicitur Jacobi, et quæ Judæ, et secunda Petri; Joannis item altera et tertia, sive illæ ab ipso re vera evangelista, sive ab altero ejusdem nominis compositæ sunt. Pro spurii habendi sunt etiam *Actus Pauli*, et liber *Pastoris* titulo inscriptus, et *Revelatio Petri*: Barnabæ item *epistola*, et quæ dicuntur *Institutiones apostolorum*. His adjuuge, si lubet, Joannis Revelationem, quam nonnulli, ut superius dixi, ex albo Scripturarum expungunt, alii inter libros omnium consensu probatos annumerant. Sed et in eundem ordinem jam a quibusdam relatum est *Evangelium secundum Hebræos*, quo maxime delectantur Hebræi illi qui Christi fidei susceperunt. Atque hi sunt libri qui in dubium revocantur. Quorum tamen indicem contextere idcirco necessarium putavi, ut cum ex Ecclesiæ traditione, veras ac sinceras Scripturas, et omnium consensu probatas, ab iis distinxerimus, quæ dubiæ quidem auctoritatis sunt, nec in Novi Testamenti corpus relatæ, a plerisque tamen ecclesiasticis scriptoribus agnoscuntur: hoc modo tum hos ipsos libros facilius dignoscere possimus, tum alios sub apostolorum nomine ab hæreticis evulgatos, qui Petri, Thomæ, Matthiæ, et quorundam aliorum *Evangelia*, Andreæ quoque, Joannis, aliorumque apostolorum *Actus* continent. Quos quidem libros nullus unquam, qui continuata ab apostolis successione in Ecclesia docuit, in scriptis suis

Coteler. Proleg. ad S. Ignat., *Patr. Gr.*, t. I. Edit.

(32) Τὸ καθ' Ἑβραίους Εὐαγγέλιον. De hoc Hieronymus in *Catalogo*, ubi de Jacobo fratre Domini sic ait: *Evangelium quoque quod appellatur secundum Hebræos, et a me nuper in Græcum Latinumque sermonem translatum est, quo et Origenes sæpe utitur*, etc. De hoc evangelio loquitur Julianus Pelagianus in libro iv, ubi Hieronymum accusat, quod in *Dialogo adversus Pelagianos*, usus sit testimonio quinti evangelii quod in Latinum ipse sermonem transtulerat. Quod autem subjungit Eusebius, eo evangelio præcipue delectari Judæos illos qui Christum susceperunt, intelligere videtur Nazareos et Ebionitas. Hi enim evangelium illud Hebraico sermone conscriptum legere consueverant, ut docet idem Hieronymus in *Isaiam*, cap. xi, et in *Ezechielem*, cap. xviii, et in *Matthæum*. Recte ergo Rufinus vertit: *Quo præcipue utuntur Hebræi illi qui Christum suscipere videntur*.

(33) Τῶν κατὰ διαδοχὰς ἐκκλησιαστικῶν. Nicephorus in libro ii, cap. 46, hæc Eusebii verba interpolavit hoc modo: Οὗτις τῶν ἀποστολικῶν διαδόχων καὶ τῶν καθέξης ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων. Sed nihil opus erat hujusmodi emendatione. Neque enim Eusebius hic loquitur de apostolorum successoribus, qui titulus solis convenit episcopis, sed de ecclesiasticis scriptoribus loquitur, qui perpetua successione in Ecclesia floruerunt. Itaque τῶν κατὰ διαδοχὰς ἐκκλησιαστικῶν, idem valet ac τῶν καθ' ἑκάστους καιροὺς ἐκκλησιαστικῶν, vel τῶν ἀεὶ ἐκκλησιαστικῶν. Nam ut apud Hebræos fuit olim successio prophetarum, licet aliquoties interrupta, quemadmodum tradit Josephus in libro i *contra Apionem*, sic in Ecclesia fuit semper successio doctorum et tractatorum, qui *ecclesiastici* dicebantur, ut supra notavi. Hieronymus in cap. xi *Isaiæ*: *Id quod in Evangelio Matthæi omnes quærunτ ecclesiastici e:*

commemorare dignatus est. Sed et ipsum dicendi genus longe ab apostolica simplicitate 98 discrepat. Sensus quoque ipse, et quæ ibidem traditur fides, cum a vera et catholica doctrina plurimum quantum aberret, hæc hæreticorum hominum figmenta esse manifeste coarguit. Quocirca ne quidem inter spurios collocandi sunt hi libri, sed tanquam absurdi et impii, prorsus repudiandi. Nunc ad seriem historiæ nostræ redeamus.

CAPUT XXVI.

De Menandro præstigiatoris.

Simonis Magi successor Menander, diabolicæ pravitatis alterum telum priore illo nequaquam inferius semetipso ac mores suos præstitit. Hic quoque Samarites, ad summam magicarum artium peritiam perinde ac magister progressus, pluribus adhuc et absurdiorum figmentis exuberavit. Nam seipsum quidem Servatorem esse assererat, ad hominum salutem ex ævis quibusdam invisibilibus ab alto destinatum. Neminem vero aiebat ipsos mundi conditores angelos posse superare, nisi qui prius magica disciplina a se institutus, et baptismo, quem ipse tradebat, initiatus fuisset. Quem baptismum quicumque suscipere meruissent, eos perpetuam in hoc sæculo immortalitatem adepturos affirmabat: non amplius morti obnoxios, sed hic in ævum permansuros, juvenes semper atque immortales futuros. Atque hæc quidem ex Irenæi libris licet cognoscere. Sed et Justinus similiter postquam de Simone retulit, de Menandro quoque subjungit hæc verba: « Menandrum item quemdam Samaritanum ex vico Caparattæa oriundum, discipulum Simonis, dæmonum stimulis agitatam Antiochiam venisse, atque ibi plurimos arte magica delusisse novimus. Qui etiam sectatoribus suis persuaserat ipsos nunquam esse morituros. Et ex illius disciplina adhuc supersunt nonnulli qui idem profitentur. » Fuit hoc diabolicæ calliditatis commentum, ut per maleficos homines Christianorum nomen falso sibi vindicantes, magnum illud religionis nostræ sacramentum magicæ artis infamia aspergeret, et ecclesiastica dogmata de animorum im-

non inveniunt, etc. Porro in codicibus nostris Maz., Med. et Fuketiano scriptum est κατά τὰς διαδο-

(34) Ὀρθοδοξίαι ἀπάδουσα. Tres nostri codices, Maz., Med. et Fuk. scriptum habent ἀποδέουσα. Rectior tamen mihi videtur codicis Regii scriptura.

(35) Ὀπλον δεύτερον. In hujus vocis interpretatione omnes interpretes lapsos esse miror. Rufinus scutum verit̄, Langus et musculus armaturam, Christophorsonus propugnaculum. Atqui ὄπλον hoc loco significat telum. Igitur ὄπλον τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας, idem est ac ὄργανον, instrumentum dæmoniacæ pravitatis.

(36) Vulg. Ἀποδείκνυται τὸν τρόπον ἦν καὶ αὐτὸς Σαμαρεὺς. In quatuor nostris codicibus, Maz., Med., Fuk. et Savil., longe aliam hujus loci interpolationem iuveni, quam secutus est Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim scribitur:

ἀναλλάττει χαρακτήρ, ἥ τε γνώμη καὶ ἡ τῶν ἐν αὐτοῖς φερομένων προαίρεσις, πλεῖστον ὅσον τῆς ἀληθοῦς ὀρθοδοξίας ἀπάδουσα (34), ὅτι δὴ αἰρετικῶν ἀνδρῶν ἀναπλάσματα τυγχάνει, σαφῶς παρίστησιν ὅθεν οὐδ' ἐν νόμοις αὐτὰ κατατακτέον, ἀλλ' ὡς ἄτοπα πάντη καὶ δυσσεβῆ παρατητέον. Ἴωμεν δὴ λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὴν ἐξῆς ἱστορίαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ Μενάνδρου τοῦ γόητος (Nic. II. E. III, 12).

Σίμωνα τὸν μάγον Μενάνδρος διαδεξάμενος, ὄπλον δεύτερον (35) οὐ χεῖρον τοῦ προτέρου, τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας ἀποδείκνυται τὸν τρόπον ἦν καὶ οὗτος Σαμαρεὺς (36), εἰς ἄκρον δὲ τῆς γοητείας οὐκ ἔλαττον τοῦ διδασκάλου προσελθὼν, μείζουσιν ἐπιδασκεύεται τερατολογίαις, ἑαυτὸν μὲν, ὡς ἄρα εἶη, λέγων, ὁ Σωτήρ, ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀνωθὲν ποθεν ἐξ ἀοράτων αἰώνων ἀπεσταλμένος σωτηρία, διδάσκων δὲ μὴ ἄλλως δύνασθαι τινα καὶ αὐτῶν τῶν κοσμοποιῶν ἀγγέλων περιγενήσεσθαι, μὴ πρότερον διὰ τῆς πρὸς αὐτοῦ παραδιδομένης μαγικῆς ἐμπειρίας ἀχθέντα, καὶ διὰ τοῦ μεταδιδόμενου πρὸς αὐτοῦ βαπτίσματος. Οὐ τοὺς κατηξωμένους, ἀθανάσιον αἰδίου ἐν αὐτῷ τούτῳ μεθέξειν (37) τῷ βίῳ, μηκέτι θνήσκοντας, αὐτοῦ δὲ πάραμένοντας, εἰς τὸ αἰεὶ ἀγήρωσιν καὶ ἀθανάτους ἐσομένους. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἐκ τῶν Εἰρηναίου διαγνώων ῥάβδιον. Καὶ ὁ Ἰουστίνου δὲ κατὰ τὸ αὐτὸ τοῦ Σίμωνος μνημονεύσας, καὶ τὴν περὶ τούτου διήγησιν ἐπιφέρει, λέγων· « Μενάνδρον δὲ τινα καὶ αὐτὸν Σαμαρεῖα τὸν ἀπὸ κώμης Καπαρρατταίας, γενόμενον μαθητὴν τοῦ Σίμωνος, οἰσθηθέντα καὶ αὐτὸν ὑπὸ τῶν δαιμόνων, καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενον, πολλοὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης οἶδαμεν ὅς καὶ τοὺς αὐτῷ ἐπομένους, ὡς μὴ ἀποθνήσκουσιν ἐπεισε. Καὶ νῦν τινὲς εἰσὶν ἀπ' ἐκείνου, τοῦτο ὁμολογοῦντες. » Ἦν δ' ἄρα διαβολικῆς ἐνεργείας, διὰ τοιῶνδε γοητῶν τὴν Χριστιανῶν προσήγοριαν ὑποδομένων, τὸ μέγα τῆς θεοσεβείας μυστήριον ἐπὶ μαγεῖα σπουδάσαι διαβαλεῖν, διασῦραι τε δι' αὐτῶν τὰ περὶ ψυχῆς ἀθανασίας καὶ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐκκλησιαστικὰ δόγματα. Ἄλλ' οὗτοι μὲν τού-

ὄπλον δεύτερον οὐ χεῖρον τοῦ προτέρου, τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας ἀποδείκνυται τὸν τρόπον ἦν καὶ οὗτος Σαμαρεὺς. Ac profecto hæc distinctio longe rector est quam vulgata. Quis enim sensus est hominum verbosum τὸν τρόπον ἦν καὶ αὐτὸς Σαμαρεὺς? Scio quidem Samaritanos odio fuisse Judæis, tanquam omnium hominum deterrimos, adeo ut Samaritani nomen instar gravissimi probri Judæis haberetur. Verum hic de patria Menandri sermo est. De moribus autem infra loquitur Eusebius. Porro Menander Samaræus dicitur, eodem modo quo Simon Samaræus appellatur a Justino in Apologetico et a Clemente in libris Recognitionum, id est ex provincia seu regione Samaria, non autem ex ipsa urbe Samaria. Nam Simon quidem ex vico Githis; Menander vero ex Caparattæa, ἀπὸ κώμης Καπαρρατταίας. Sic enim Maz., Med. et Fuk.

(37) Ἀθανασίας αἰδίου μεθέξειν. In codice Fuk. et Savil. legitur ἀθανασίας αἰδίου.

τους σωτήρας επιγραφόμενοι τῆς ἀληθοῦς ἀποπε-
πώκασιν ἐλπίδος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ΄.

Περὶ τῆς Ἐβιωναίων αἵρέσεως (Nic. H. E. III, 13).

Ἄλλους δὲ ὁ πονηρὸς δαίμων τῆς περὶ τὸν Χριστὸν
τοῦ Θεοῦ διαθέσεως ἀδυνατῶν ἐκσεῖσαι, θατεραλή-
πτους (38) εὐρῶν, ἐσφετερίζετο. Ἐβιωναῖους τούτους
οἰκείως ἐπεφίμειον οἱ πρῶτοι, πτωχῶς καὶ ταπεινῶς
τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ δοξάζοντας. Λιτὸν μὲν γὰρ αὐ-
τὸν καὶ κοινὸν ἠγοῦντο, κατὰ προκοπὴν ἤθους
αὐτὸ μόνον ἀνθρωπινον δεδικαιωμένον, ἐξ ἀνδρός τε
κοινωνίας καὶ τῆς Μαρίας γεγεννημένον· δεῖν δὲ
πάντως αὐτοῖς τῆς νομικῆς θρησκείας, ὡς μὴ ἂν διὰ
μόνης τῆς εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως καὶ τοῦ κατ' **B**
αὐτὴν βίου σωθῆσομενοι. Ἄλλοι δὲ παρὰ τούτους
τῆς αὐτῆς ὄντες προσηγορίας, τὴν μὲν τῶν εἰρημέ-
νων ἔκτοπον διεδίδρασκον ἀτοπίαν, ἐκ Παρθένου καὶ
τοῦ ἁγίου Πνεύματος μὴ ἀρνούμενοι γεγονέναι τὸν Κύ-
ριον, οὐ μὴν ἐν ὁμοίῳ καὶ οὗτοι προὔπαρχειν αὐτὸν,
Θεὸν Λόγον ὄντα καὶ Σοφίαν Πατρὸς ὁμολογούντες, τῇ
τῶν προτέρων περιετρέποντο δυσσεβεῖα, μάλιστα ὅτε
καὶ τὴν σωματικὴν περὶ τὸν νόμον λατρείαν ὁμοίως
ἐκείνοις περιέπειν ἐσπούδαζον. Οὗτοι δὲ τοῦ μὲν
Ἀποστόλου πάσας τὰς Ἐπιστολάς ἀρνητέας ἠγοῦντο
εἶναι δεῖν, ἀποστάτην ἀποκαλοῦντες αὐτὸν τοῦ νόμου,
Εὐαγγελίῳ δὲ μόνῳ τῷ καθ' Ἑβραίους λεγομένῳ
χρῶμενοι, τῶν λοιπῶν σμικρὸν ἐποιούντο λόγον. Καὶ
τὸ μὲν Σάββατον καὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἄλλην ἀγωγὴν
ὁμοίως ἐκείνοις παρεφύλαττον, ταῖς δ' αὖ Κυριακαῖς **C**
ἡμέραις ἡμῖν τὰ παραπλήσια εἰς μνήμην τῆς τοῦ
Κυρίου ἀναστάσεως ἐπετέλουν. Ὅθεν παρὰ τὴν
τοιαύτην ἐγχείρησιν τῆς τοιαύτης λελόγησιν προσηγο-
ρίας, τοῦ Ἐβιωναίων ὀνόματος, τὴν τῆς διανοίας
πτωχείαν (39) αὐτῶν ὑποφαίνοντος. Ταύτη γὰρ ἐπι-
κλήν ὁ πτωχὸς παρ' Ἑβραίους ὀνομάζεται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ΄.

Περὶ Κηρίνου τοῦ αἰρεσιάρχου (Nic. H. E. III, 14).

Κατὰ τοὺς δεδηλωμένους χρόνους, ἑτέρας αἵρέσεως
ἀρχηγὸν γενέσθαι Κηρίνον παρέλκυσαν. Γάτος, οὐ
φωνάς ἤδη πρότερον παραθέσθαι, ἐν τῇ φερομένη
αὐτοῦ Ζητήσῃ, ταῦτα περὶ αὐτοῦ γράφει· « Ἀλλὰ
καὶ Κηρίνος ὁ δι' ἀποκαλύψεων ὡς ὑπὸ ἀποστόλου
μεγάλου γεγραμμένων, τερατολογίας ἡμῖν ὡς δι' **B**
ἀγγέλων αὐτῷ δεδειγμένας ψευδόμανος, ἐπεισάγει λέ-
γων, μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐπίγειον εἶναι τὸ βασιλείον
τοῦ Χριστοῦ, καὶ πάλιν ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ἐν
Ἱερουσαλήμ τὴν σάρκα πολιτευομένην δουλεῖν. Καὶ
ἐχθρὸς ὑπάρχων ταῖς Γραφαῖς τοῦ Θεοῦ, ἀριθμὸν χι-
λιονταετίας ἐν γάμῳ ἑορτῆς, θέλων πλανᾶν (40), λέγει

(38) Θατεραλήπτους. Nova dictio, ex duabus in-
solenti compositione compacta. Idem enim est ac si
dicerent θατέρα ληπτούς.

(39) Τοῦ Ἐβιωναίων ὀνόματος τὴν τῆς διαβολῆς
πτωχείαν. Idem scribit Origenes in lib. IV De prin-
cipiis: Οὐκ ἐλαμβάνομεν ταῦτα ὡς οἱ πτωχοὶ τῇ
διανοίᾳ Ἐβιωναῖοι, τῆς πτωχείας τῆς διανοίας ἐπι-
ώνυμοι· Ἐβίων γὰρ ὁ πτωχὸς παρ' Ἑβραίους ὀνομά-

mortalitate, ac de mortuorum resurrectione ludi-
brio exponere omnibus modis conaretur. Sed isti
quidem **89** qui ejusmodi servatores sibi ascive-
rant, spe veræ salutis penitus exciderunt.

CAPUT XXVII.

De Ebionæorum hæresi.

Alios vero quos ab amore Christi malignus dæ-
mon dimovere non potuerat, alia ex parte infirmos
esse deprehendens, in ditionem suam redegit. Ili
ab antiquis cognominati sunt Ebionæi, quippe qui
humiliter admodum atque abjecte de Christo senti-
rent. Eum enim simplicem ac vulgarem, nec aliud
quam hominem esse censebant, qui profectus virtu-
tis justus factus fuisset; cæterum ex viri cum Ma-
ria concubitu procreatum. Porro legis observatio-
nem sibi omnino necessariam ducebant, quasi per
solam in Christum fidem, vitamque ex ea fide tra-
ductam, salutem consequi non valerent. Alii ab his,
eodem nomine nuncupati, absurdam priorum sen-
tentiam refugientes, Christum quidem ex Virgine,
et ex Spiritu sancto genitum esse non negant: sed
iidem nihilominus cum Christum utpote Deum Ver-
bum ac Sapientiam Patris ante omnia substituisse
minime fateantur, in eandem cum prioribus impie-
tatem delapsi sunt: cum præsertim corporales leg-
is Mosaicæ cæremonias, perinde ac illi accurate
custodiant. Hi Epistolas quidem Pauli prorsus
rejiendas esse censebant, desertorem illum legis
vocantes: solum autem *Evangelium* illud, quod *se-
cundum Hebræos* dicitur, amplexi. reliqua parvi
faciebant. Et Sabbatum quidem aliosque Judaicos
ritus non secus ac Judæi observabant. Diebus vero
Dominicis eadem quæ nos in memoriam resurre-
ctionis Domini peragebant. Cujus rei causa Ebio-
næorum cognomen sortiti sunt, quo intelligentiæ
illorum inopia satis indicatur. Sic enim mendicij
apud Hebræos vocantur.

CAPUT XXVIII.

De Cerintho hæresiarcha.

Eadem tempestate alterius hæresis auctorem fuisse
Cerinthum accepimus. De quo Caius is ejus verba
superius **100** retulimus, hæc in *Disputatione* sua
scribit: « Sed et Cerinthus, inquit, per revelationes
quasdam a se tanquam a magno quodam apostolo
conscriptas, portenta quædam quasi ab angelis sibi
ostensa commentus nobis introducit, affirmans post
resurrectionem regnum Christi in terris futurum,
ac rursus homines Hierosolymis degentes cupidita-
tibus et voluptati corporis obnoxios fore. Additque
hostis ille divinarum Scripturarum, mille annorum
spatium in nuptialibus festis transactum iri, quo

ζεται. Ὅστε ὑπολαβεῖν ἐπὶ τοὺς σαρκίνοους Ἰσραη-
λίτας προηγουμένως τὸν Χριστὸν ἐπίδημηκέναι.
Porro in codice Mæz. ac Med. id nomen cum aspe-
ro spiritu perscriptum est, tum hoc in loco, tum
in libro sexto, ubi agitur de Symmacho, Veteris
Testamenti interpretæ.

(40) Θέλων πλανᾶν. Σπλαγᾶν in editione Rob.
Stephani nescio quo casu excusum est. Quæc in i. v. c.

facilius imperitos homines decipiat. » Quinetiam Dionysius, qui nostra ætate Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus fuit, in secundo *De promissionibus* libro, postquam nonnulla de Joannis Revelatione ex veteri Ecclesiæ traditione dixit, ejusdem Cerinthi mentionem facit his verbis: « Cerinthum vero, inquit, qui hæresim illam quæ ab ipso Cerinthiana cognominata est condidit, [aiunt eum librum composuisse, indito Joannis nomine,] dum auctoritatem figmentis suis ex Joannis nomine mutuari vellet. Hæc enim fuit illius opinio, regnum Christi terrenum futurum. Et quarum rerum cupiditate ipse flagrabat, utpote voluptatibus corporis obnoxius carnique addictus, in iis regnum Dei situm fore somniavit, in ventris, et earum quæ infra ventrem sunt, partium explenda libidine: hoc est in cibo et potu, ac nuptiis, atque ut honestiori vocabulo ejusmodi voluptates velaret, in festis et sacrificiis et hostiarum mactationibus. » Hæc Dionysius. Irenæus vero in primo *Adversus hæreses* libro secretiora quædam ejusdem figmenta commemorat. Sed et in tertio libro historiam quamdam plane dignam quæ memoriæ mandetur, scriptis prodidit. Ait enim ita se a Polycarpo accepisse, Joannem apostolum, cum aliquando in balneum lavandi causa introisset, et Cerinthum intus esse didicisset, statim ex eo loco fuga se proripuisse, cum ne tectum quidem idem cum Cerintho subire sustineret; hortatumque esse comites suos ut idem facerent: Fugiamus, inquit, ne balneum corruat in quo Cerinthus est veritatis inimicus.

101 CAPUT XXIX.

De Nicolao et sectatoribus ab eo cognominatis.

Sub idem tempus hæresis quæ dicitur Nicolaitarum, brevissimo temporis spatio permansit; cujus etiam mentio fit in Revelatione Joannis. Hi Nicolaum quemdam, unum ex illis qui ad curam inopum gerendam una cum Stephano ab apostolis constituti fuerant ministri, sectæ suæ auctorem jactabant. De hoc autem Clemens Alexandrinus in tertio operis quod *Stromateus* inscribitur libro, hæc narrat ad verbum: « Cum haberet formosam uxorem, post ascensum Domini objurgantibus apostolis, et

graphorum errorem secuti sunt postea Genevenses. Nos vero ex manuscriptis codicibus et ex Nicephori libro, veram hujus loci scripturam restituiimus.

(41) Vulg. *ἐν δευτέρῳ τῶν Ἐπαγγελιῶν*. Scribendum est ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν Ἐπαγγελιῶν. Scripsit enim Dionysius Alexandrinus duos libros *De promissionibus*, seu de præmiis quæ promisit Deus se post hanc vitam justis hominibus redditurum. Ex his libris secundus erat adversus Nepotem quemdam episcopum Ægypti, qui ex Joannis Apocalypsi astruere voluerat, regnum Christi terrenum futurum esse, ut docet Eusebius in libro septimo.

(42) Ἀξιόπιστος ἐπισημοῖσι θελήσαντα. Hic locus Dionysii integer exstat in lib. vii hujus *Historiæ*, cap. 25. Inde igitur petenda est hujus loci explicatio. Quidam, inquit Dionysius, aiebant librum illum Apocalypseos compositum esse a Cerintho heresiarcha, qui sub Joannis apostoli nomine cum Revelationem publicavit, quo majorem aucto-

α γίνεσθαι. » Καὶ Διονύσιος δὲ, ὁ τῆς κατ' Ἀλεξανδρείαν παροικίας καὶ ἡμᾶς τὴν ἐπισκοπὴν ἐληχῶς, ἐν δευτέρῳ *Περὶ τῶν Ἐπαγγελιῶν* (41) περὶ τῆς Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως εἰπὼν τινα ὡς ἐκ τῆς ἀνέκαθεν παραδόσεως, τοῦ αὐτοῦ μέμνηται ἀνδρὸς τούτοις ῥήμασι: « Κήρινθον δὲ, τὸν καὶ τὴν ἀπ' ἐκείνου κληθεῖσαν Κηρινθιανὴν αἵρεσιν συστήσαντα, ἀξιόπιστον ἐπισημοῖσι θελήσαντα (42) τῷ αὐτοῦ πλάσματι ὄνομα: τοῦτο γὰρ εἶναι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ τὸ δόγμα, ἐπίγειον ἔσσεσθαι τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν· καὶ ὧν αὐτὸς ὠρέγετο, φιλοσώματος ὧν καὶ πάνυ σαρκικῶς, ἐν τούτοις ὀνειροπολεῖν ἔσσεσθαι, γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα πλησμονῶν, τοῦτέστι σιτίοις καὶ ποτοῖς, καὶ γάμοις, καὶ δι' ὧν εὐφημότερον (43) ταῦτα ᾤθητο ποιεῖσθαι, ἑορταῖς, καὶ θυσίαις, καὶ ἑρῶν σφαγαῖς. » Ταῦτα Διονύσιος. Ὁ δὲ Ἐιρηναῖος ἀπορρήτοτερας δὴ τινας τοῦ αὐτοῦ ψευδοδοξίας ἐν πρώτῳ συγγράμματι τῶν *Πρὸς τὰς αἵρέσεις* προσθεὶς (44), ἐν τῷ τρίτῳ καὶ ἱστορίαν οὐκ ἀξίαν λήθης τῇ γραφῇ παρέδωκεν, ὡς ἐκ παραδόσεως Πολυκάρπου, φάσκων Ἰωάννην τὸν ἀπόστολον εἰσελθεῖν ποτε ἐν βαλανεῖῳ, ὥστε λούσασθαι, γνόντα δὲ ἔνδον ὄντα τὸν Κήρινθον, ἀποπηδῆσαι τε τοῦ τόπου καὶ ἐκφυγεῖν οὐράζε, μὴδ' ὑπομείναντα τὴν αὐτὴν αὐτῷ ὑποδύναμι στέγην, ταῦτ' δὲ τοῦτο καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ παραινέσαι, φήσαντα: Φύγωμεν μὴ καὶ τὸ βαλανεῖον συμπέση, ἔνδον ὄντος Κηρίνου τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ΄.

Περὶ Νικολάου καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ κεκλημένων (Nic. H. E. iii, 15).

Ἐπὶ τούτων ὄντα (45) καὶ ἡ λεγομένη τῶν Νικολαϊτῶν αἵρεσις ἐπὶ σμικρότατον συνέστη χρόνον: ἤδη καὶ ἡ τοῦ Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως μνημονεύει. Οὗτοι Νικόλαον, ἕνα τῶν ἀμφὶ τὸν Στέφανον διακόνων, πρὸς τῶν ἀποστόλων ἐπὶ τῇ τῶν ἐνδεῶν θεραπείᾳ προκεχειρισμένων, ἠύχουν. Ὁ γὰρ μὴ Ἀλεξανδρεὺς Κλήμης ἐν τρίτῳ *Stromatei* ταῦτα περὶ αὐτοῦ κατὰ λέξιν ἱστορεῖ: « Ὁραῖον, φασί, γυναῖκα ἔχων οὗτος, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τὴν τοῦ Σωτῆρος, πρὸς τῶν ἀποστόλων ὀνειδισθεὶς ζηλοτυπίαν, εἰς μέσον ἀγαγὼν, γῆμαι τῷ

ritatem dogmatibus suis compararet.

(45) *Εὐφημότερον*. Christophorus legit, εὐθυμότερον ex cap. 25, lib. vii. Verum locus ille libri septimi ex hoc potius loco emendandus erat, quam hic ex illo depravandus. Certe in lib. vii, εὐφημότερον habent manuscripti codices Maz. et Med. Ita etiam Nicephorus in lib. iii, cap. 11. Nec aliter legisse Rufinum ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Et ut aliquid sacratius dicere videretur, legales aiebat festivitates rursus celebrandas*. Festorum scilicet et sacrificiorum nomine libidines suas velabat Cerinthus, ut honestatem quamdam in speciem præferret.

(44) Ἐν πρώτῳ συγγράμματι τῶν *Πρὸς τὰς αἵρέσεις* προσθεὶς. Scribendum videtur προθεὶς, licet reclamantibus libris.

(45) Ἐπὶ τούτων ὄντα. In codice Med., Maz. ac Saviliano scriptum est ἐπὶ τούτῳ, id est, *post hunc*, Cerinthum scilicet. Codex Fuk. habet ἐπὶ τούτῳ.

βουλομένῳ ἐπέτρεψεν. Ἀκόλουθον γὰρ εἶναι φασὶ τὴν πρᾶξιν ταύτην ἐκείνη τῇ φωνῇ, τῇ· Ὅτι παραχρᾶσθαι τῇ σαρκὶ δεῖ. Καὶ δὴ κατακολουθήσαντες τῷ γεγεννημένῳ, τῷ τε εἰρημένῳ ἀπλῶς καὶ ἀβασανίστως (46), ἀναλθὼν ἐκπορευούσιν οἱ τὴν ἀρρεσιν αὐτοῦ μετιόντες. Πυνθάνομαι δ' ἐγὼ τὸν Νικόλαον, μηδεμιᾶ ἐτέρᾳ παρ' ἣν ἔγγιμε κεχρῆσθαι γυναικί, τῶν τε ἐκείνου τέκνων, τὰς μὲν θηλείας καταγῆρασαι παρθένους, ἄρθορον δὲ διαμειναι τὸν υἱόν. Ὡν οὕτως ἐχόντων, ἀποβολὴ πάθους ἦν, ἡ εἰς μέσον τῶν ἀποστόλων τῆς ζηλοτυπούμενης ἐγκύκλιος γυναικός, καὶ ἡ ἐγκράτεια (47) τῶν περισπουδάστων ἡδονῶν, τὸ παραχρᾶσθαι τῇ σαρκὶ ἐδίδασκεν. Οὐ γὰρ, οἶμαι, ἐβούλετο κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐντολὴν (48), οὐδὲ κυρίως δουλεύειν, ἡδονῇ καὶ Κυρίῳ. Λέγουσι γοῦν καὶ τὸν Ματθίαν οὕτω διδάξει, σαρκὶ μὲν μάχεσθαι καὶ παρᾶχρᾶσθαι, μηδὲν αὐτῇ πρὸς ἡδονὴν ἐνδιδόντα, ψυχὴν δὲ αὖξιν διὰ πίστεως καὶ γνώσεως. » Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν κατὰ τοὺς δηλούμενους χρόνους παραδραβεύσαι τὴν ἀλήθειαν ἐγκεχειρηκότων, λόγου γε μὴ θᾶττον εἰς τὸ παντελὲς ἀπεσθηκότων εἰρήσῳ.

vero fide ac scientia augendum esse. Atque hæc de his qui circa hæc tempora veritatem corrumpere averti, dicto citius extincti sunt, a nobis dicta sufficiant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α.

Περὶ τῶν ἐν συζυγίαις ἐξετασθέντων ἀποστόλων (N. c. H. E. II, 44).

Ὁ μέντοι Κλήμης, οὗ τὰς φωνὰς ἀρτίως ἀνέγνωμεν, τοὺς προειρημένους ἐξῆς διὰ τοὺς ἀθετοῦντας γάμον, τοὺς τῶν ἀποστόλων ἐξετασθέντας ἐν συζυγίαις καταλέγει φάσκων· « Ἡ καὶ τοὺς ἀποστόλους ἀποδοκιμάζουσι; Πέτρος μὲν γὰρ καὶ Φίλιππος ἐπαυδοποιήσαντο. Φίλιππος δὲ καὶ τὰς θυγατέρας ἀνδράσιν ἐξέδωκε. Καὶ ὁ γὰρ Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἐν τινὶ Ἐπιστολῇ τὴν αὐτοῦ προσαγορεύσαι σύζυγον, ἣν οὐ περιεκόμιζε, διὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές. » Ἐπεὶ δὲ τούτων ἐμνήσθημεν, οὐ λυπεῖ καὶ ἄλλην ἀξιολόγητον ἱστορίαν τοῦ αὐτοῦ παραθέσθαι, ἣν ἐν τῷ ἐδόδμῳ *Στρωματεῖ* τοῦτον ἱστορῶν ἀνέγραψε τὸν πρόπον· « Φασὶ γοῦν τὸν μακάριον Πέτρον θεασάμενον τὴν ἐαυτοῦ γυναῖκα ἀπαγομένην τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἡσθῆναι μὲν τῆς κλήσεως χάριν καὶ τῆς ἐπ' οἶκον ἀνακομιδῆς (49), ἐπιφωνῆσαι δὲ εὐ μάλα προτρεπτικῶς καὶ παρακλητικῶς ἐξ ὀνόματος προσειπόντα·

A zelotypiam ei objicientibus, productam in medium uxorem, cui vellet ducere permisit. Hoc enim factum affirmant plane consentire cum illo ejusdem dicto : Sua quemque carne abuti oportere. Hoc igitur factum dictumque temere atque imprudenter pro exemplo sibi proponentes Nicolai sectatores, licenter in omne genus stupri feruntur. Atqui de Nicolao sic accepimus, nullius eum mulieris praterquam illius quam uxorem duxerat, concubitu usum fuisse : et ex ejus liberis filias quidem usque ad extremam ætatem virgines permansisse : filium vero ipsum quoque veneris expertem vixisse. Quæ cum ita sint, illa uxoris, ob quam zelotypiæ arguebatur, coram apostolis productio, indicium erat affectus domiti atque extincti : et verbis illis, sua quemque carne abuti oportere, voluptatum quas homines tantopere appetunt, fuga et continentia docebatur. Nam juxta Domini præceptum duobus simul dominis servire nolebat, voluptati et Christo. Quin et Matthias idem docuisse dicitur, carni quidem bellum indicendum, eaque abutendum esse, neque ullam ei permittendam voluptatem : animam

vero fide ac scientia augendum esse. Atque hæc de his qui circa hæc tempora veritatem corrumpere averti, dicto citius extincti sunt, a nobis dicta sufficiant.

CAPUT XXX.

De apostolis qui in conjugio vixerunt.

Porro Clemens, cujus verba modo recitavimus, post illa quæ a nobis relata sunt, enumerat apostolos qui uxores habuerant, in gratiam quorundam **102** qui nuptias damnabant. « An forte, inquit, apostolos improbarent? Petrus enim et Philippus liberos ex legitimis nuptiis procrearunt. Philippus etiam filias viris collocavit. Paulus quoque in quadam Epistola suam ipsius conjugem compellere non veretur. Quam tamen ideo secum minime circumduxit, ut expeditior ministerium suum obiret. » Sed quoniam in hunc sermonem incidimus, non pigebit aliam quoque memoriam dignam ejusdem Clementis narrationem apponere, quæ in septimo ejusdem operis libro refertur in hunc modum : « Ajunt, inquit, beatum Petrum, cum uxorem suam duci ad supplicium vidisset, gaudio exsultasse, quod a Deo vocata, ac mox in patriam reditura esset : eamque proprio

(46) Ἀπλῶς καὶ ἀβασανίστως. Hæc verba referri debent ad κατακολουθήσαντες, non autem ad vocem εἰρημένῳ. Quod cum non animadvertisset Christophorus, a Clementis sensu longe aberravit. Neque enim illud tum dictum, tum factum Nicolai, temere et inconsiderate ei excidisse ait Clemens. Imo hoc Nicolai prophthegma fuisse docet in libro II *Stromatei* sub finem, Δεῖ παραχρᾶσθαι τῇ σαρκὶ. Quod quidem dictum sectatores ejus ita interpretati sunt, quasi Nicolaus nunquamque carne sua ad omnem voluptatem et lasciviam abuti oportere præcepisset, cum tamen Nicolaus plane contrarium hoc dicto intellexisset, neque carni haudquaquam indulgendum esse, sed eam demandam et assidua virtutis exercitatione fatigandam. Porro de hæresi Nicolaitarum Victorinus Petabionensis episcopus in *Commentariis in Apocalypsim* :

D *Nicolaitæ autem erant illo tempore facti homines et pestiferi, qui sub nomine Nicolai ministri fecerunt sibi hæresim, ut delibatum exorcizaretur et manducari posset; et quicumque fornicatus est, octava die pacem acciperet.*

(47) Καὶ ἡ ἐγκράτεια. Hæc per enallagen dicuntur a Clemente Alexandrino. Sic enim accipienda sunt quasi diceret τὸ παραχρᾶσθαι τῇ σαρκὶ, τὴν ἐγκράτειαν ἡδονῶν ἐδίδασσε. Quod Rufinus et Christophorus non intellexerunt.

(48) Κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐντολήν. Nostri codices Maz., Med. et Fuk. scriptum habent κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἐντολήν. Quæ tamen duæ voces apud Clementem hodie non leguntur.

(49) Καὶ τῆς ἐπ' οἶκον ἀνακομιδῆς. Sic in quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Saviliano legitur, rectius quam vulgo editum καὶ τῆς εἰς οἶκον

nomine compellantem, hortatorio et consolatorio vocis sono inclamasse: Mulier, memento Domini. Hujusmodi erant sanctorum connubia: hujusmodi erat charissimorum perfecta dilectio. Atque hæc ut pote præsentis argumenti accommodata, opportune in hunc locum coniecimus.

CAPUT XXXI.

De Joannis et Philippi obitu.

De Paulo quidem et Petro, tempus et modum cædis, locumque in quo cadavera ipsorum deposita sunt, jam superius retulimus. De Joanne vero tempus quidem ipsum aliqua ex parte designavimus: locus vero in quo sepultus est, ex Polycratis qui Ephesinorum Ecclesiæ episcopus fuit, epistola demonstratur. In qua scribens ad Victorem Romanæ urbis episcopum, Joannis simul ac Philippi apostoli, ejusdemque filiarum mentionem facit his verbis: « Nam et in Asia, inquit, magna quædam lumina extincta sunt, quæ suscitabuntur in novissimo die adventus Domini, tunc cum de cælo veniet cum gloria, et universos sanctos requiret: Philippum intelligo, qui fuit unus ex duodecim apostolis, mortuusque est Hierapoli cum binis filiabus quæ in virginitate consenuerunt. Altera quoque ejus filia quæ spirituale quamdam vitam duxit, Ephesi sepulta est. Sed et Joannes, qui supra pectus Domini recubuit, fuitque sacerdos Dei laminam gestans, et martyr et doctor, hic, inquam, Joannes in urbe Epheso conditus jacet. »

103 Et hæc quidem de illorum obitu. Præterea in *Dialogo* Caji cujus supra fecimus mentionem,

(50) *Μεγάλα στοιχεία*. Hieronymus et Musculus *elementa* vertit, Christophorus *seminaria*: sed optime Rufinus *lumina* interpretatur. Nam Græci signa zodiaci *στοιχεῖα* solent appellare. Sic apud Diogenem Laertium in *Vita Menedemi*: Πῶλος Ἀρχαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα στοιχεία. Sic autem vocabant ea signa gentiles, quod principia vitæ hominum ac fortunæ in iis posita esse existimarent, ut docet Epiphanius in hæresi Pharisæorum: Τὰ ματαίως νομιζόμενα εἰς ἀριθμὸν στοιχείων τοῖς πεπλανημένοις ὄνματα ἃ ζώδια καλοῦσιν. Ubi εἰς ἀριθμὸν ponitur pro εἰς λόγον. Quare fallitur Salmasius in libro *De annis climactericis*, pag. 577. Neque enim Græci *στοιχεῖον* unquam dixerunt imaginem aut figuram.

(51) *Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα*. Christophorus hoc loco nequaquam boni interpretis officio functus est, qui pro Philippo uno ex duodecim apostolis, Philippum unum ex septem diaconis substituit. Vetus quidem hic error fuit, ut Philippum diaconum et evangelistam cum Philippo apostolo confunderent. Et quia in Actibus apostolorum cap. xxi, Philippi evangelistæ quatuor filias virgines prophetasse legerant, Philippum apostolum conjugem habuisse et filias suscepisse dixerunt. Ita præter Polycratem Clemens Alexandrinus supra in capite 30, et Papias infra. Verum ex Actibus apostolorum manifesto colligitur Philippum diaconum, eum a quo eunuchus baptizatus est, et qui quatuor habuit filias prophetantes, alium fuisse a Philippo apostolo. Vide Isidorum Pelusiotam in libro primo, epistola 447, et sequentibus, ubi id apertissime demonstrat.

(52) *Καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ*. Tertiam hanc Philippi filiam sejungit Polycrates a duabus aliis quæ in

Μέμνησο, ὡ αὐτῆ, τοῦ Κυρίου. Τοιοῦτος ἦν ὁ τῶν μακαρίων γάμος, καὶ ἡ τῶν φιλιτάτων τελεία διάθεσις. » Καὶ ταῦτα δ' οἰκεία ὄντα τῇ μετὰ χεῖρας ὑποθέσει, ἐνταῦθ' αὖ μοι κατὰ καιρὸν κείσθω.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ΄.

Περὶ τῆς Ἰωάννου καὶ Φιλίππου τελευτῆς (Nic. H. E. I, 35).

Παύλου μὲν οὖν καὶ Πέτρος τῆς τελευτῆς ὁ τε χρόνος καὶ ὁ τρόπος, καὶ προσέτι τῆς μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου τῶν σκηνωμάτων αὐτῶν καταθέσεως ὁ χώρος, ἤδη πρότερον ἡμῖν δεδήλωται. Τοῦ δὲ Ἰωάννου, τὰ μὲν τοῦ χρόνου ἤδη πως εἰρηγται, τὸ δὲ γε τοῦ σκηνώματος αὐτοῦ χωρίον, ἐξ ἐπιστολῆς Πολυκράτους (τῆς δ' ἐν Ἐφέσῳ παροικίας ἐπίσκοπος οὗτος ἦν) ἐπιδεικνύται. ἦν Οὐλίχτορι Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ γράφων, ὁμοῦ τε αὐτοῦ καὶ Φιλίππου μνημονεύει τοῦ ἀποστόλου, τῶν τε τούτου θυγατέρων ὡδὲ πως: « Καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεία (50) κεκοίμηται. ἅτινα ἀναστήσεται τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου, ἐν ἣ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἀναζητήσει πάντας τοὺς ἁγίους, Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα (51) ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἰεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγρακχυαὶ παρθένοι, καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ (52) θυγατὴρ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πολιτευσαμένη, ἣ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται. Ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τῷ στήθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσὼν, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τῷ πέταλον πεφορηκῶς, καὶ μάρτυς, καὶ διδάσκαλος, οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. » Ταῦτα καὶ περὶ τῆς

virginitate consenuerunt. Ex quo colligitur, tertiam hanc viro nuptiam fuisse. Neque vero id pugnat cum capite xxi Actuum apostolorum. Responderi enim potest, tum quidem cum ea gererentur quæ memorat Lucas, Philippi filias fuisse virgines: postea tamen unam ex illis a patre nuptum datam. Idque innuere videtur Clemens Alexandrinus in verbis quæ supra citantur ab Eusebio. Porro Christophorus tertiam hanc Philippi filiam, cum duabus illis prioribus confudit. Cujus versio merito turbavit Baronium, ut patet ex *Annalibus* ad annum Christi 58, cap. 113. Repetit hunc Polycratis locum Eusebius noster in lib. v, cap. 24, ubi Christophorus tres Philippi filias recte distinguit, et priorem suum errorem emendavit. Cæterum quæri hic merito potest cur Polycrates tres duntaxat Philippi filias memoraverit, cum in Actibus quatuor filia Philippi numerentur. Respondeo Polycratem earum duntaxat mentionem fecisse, quæ in Asia mortuæ sepultæque essent, ut videre est in integra ipsius epistola quæ refertur in libro v. Cum igitur una ex quatuor illis filiabus Cæsareæ aut alibi mortua esset, ideo nullam ejus mentionem fecit Polycrates. Porro ex filiabus Philippi una Hermione, altera Eutychis dicebatur. Sic enim scribitur in *Menæo* Græcorum: *Die 4 Septembris commemoratio S. Hermionæ, unius ex quatuor filiabus Philippi apostoli, qui baptizavit eunuchum Candaces. Hæc et soror ejus Eutychis in Asiam venit post mortem Joannis apostoli, etc. Sepulta est Ephesi.* Igitur ex *Menæo* discimus, tertiam illam Philippi filiam, de qua hic loquitur Polycrates, Hermionem appellatam fuisse. Etenim Polycrates eam Ephesi sepultam esse dicit, cum duæ ejus sorores sepultæ essent Hierapoli.

τῶνδε τελευτῆς. Καὶ ἐν τῷ Γαῦτου δὲ, οὐ μικρῶ πρό-
σθεν ἐμνήσθημεν, Διαλόγῳ, Πρόκλος, πρὸς δὲ ἐποιεῖτο
σὴν ζήτησιν, περὶ τῆς Φιλίππου καὶ τῶν θυγατέρων
αὐτοῦ τελευτῆς συνάξων τοῖς ἐκτεθείσιν, οὕτω φησὶν·
« Μετὰ τοῦτο δὲ προφήτιδες τέσσαρες αἱ Φιλίππου
γεγέννηται ἐν Ἰερραπόλει τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν· ὁ
τάφος αὐτῶν ἐστὶν ἐκεῖ, καὶ ὁ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. »
Ταῦτα μὲν οὕτως. Ὁ δὲ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν
ἀποστόλων, τῶν Φιλίππου θυγατέρων ἐν Καισαρείᾳ
τῆς Ἰουδαίας ἅμα τῷ πατρὶ τότε διατριβουσῶν, προ-
φητικοῦ τε χαρίσματος ἤξωμένων, μνημονεύει κατὰ
λέξιν ὡδὲ πως λέγων· « Ἠλθομεν εἰς Καισάρειαν,
καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον Φιλίππου τοῦ εὐαγγε-
λιστοῦ ἄντος ἐκ τῶν ἑπτὰ, ἐμείναμεν παρ' αὐτοῦ.
Τούτῳ δὲ ἦσαν παρθένοι θυγατέρες τέσσαρες προ-
φητεύουσαι. » Τὰ μὲν οὖν εἰς ἡμετέραν ἐλθόντα
γνώσιν περὶ τῶν ἀποστόλων (53) καὶ τῶν ἀπο-
στολικῶν χρόνων, ὧν τε καταλειποσιν ἡμῖν ἱερῶν
γραμμάτων, καὶ τῶν ἀντιλεγόμενων μὲν, ὅμως δ' ἐν
πλείσταις Ἐκκλησίαις παρὰ πολλοῖς δεδημοσιευμένων,
τῶν τε παντελῶς νόθων καὶ τῆς ἀποστολικῆς ὀρθο-
δοξίας ἀλλοτριῶν ἐν τούτοις διεληφότες, ἐπὶ τῆν τῶν
ἐξῆς πρώτων ἱστορίαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΔΒ'.

Ὅπως Συμεῶν ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος ἐμαρ-
τύρησεν (Nic. II. E. III, 16).

Μετὰ Νέρωνα καὶ Δομετιανὸν, κατὰ τοῦτον οὐ νῦν
τοὺς χρόνους ἐξετάζομεν, μερικῶς καὶ κατὰ πόλεις
ἐξ ἐπαναστάσεως δήμεν, τὸν καθ' ἡμῶν κατέχει λό-
γος ἀνακινήθηναι διωγμὸν. Ἐν ᾧ Συμεῶνα τὸν τοῦ
Κλωπᾶ, ἢν δευτέρον καταστήναι τῆς ἐν Ἱεροσολύ-
μοις Ἐκκλησίας ἐπίσκοπον ἐδηλώσαμεν, μαρτυρίῳ
τὸν βίον ἀναλύσαι παρελήφαμεν. Καὶ τούτου μάρτυς
αὐτὸς ἐκεῖνος, οὐ διαφόροις ἤδη πρότερον ἐχρησά-
μεθα φωναῖς, Ἠγήσιππος· ὃς δὲ περὶ τινῶν αἰρετι-
κῶν ἱστορῶν, ἐπιφέρει δηλοῦν, ὡς ἄρα ὑπὸ τούτων κατὰ
τόνδε τὸν χρόνον ὑπομείνας κατηγορίαν, πολυτρόπως
ὁ δηλοῦμενος, ὡσάν Χριστιανὸς ἐπὶ πλείσταις αἰχι-
σθεῖς ἡμέραις, αὐτὸν τε τὸν δικαστὴν καὶ τοὺς ἄμφ'
αὐτὸν εἰς τὰ μέγιστα καταπλήξας, τῷ τοῦ Κυρίου
πάθει παραπλήσιον τέλος ἀπηνέγκαστο. Οὐδὲν δὲ οἶον
καὶ τοῦ συγγραφέως ἐπακοῦσαι, αὐτὰ δὲ ταῦτα κατὰ
λέξιν ὡδὲ πως ἱστοροῦντος· « Ἀπὸ τούτων δηλαδὴ
τῶν αἰρετικῶν κατηγοροῦσιν τινες Συμεῶνος τοῦ
Κλωπᾶ (54), ὡς ἄντος ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Χριστιανοῦ.
Καὶ οὕτω μαρτυρεῖ ἐτῶν ὧν ἕκατον εἶχουσιν, ἐπὶ
Τραϊανῷ Καίσαρος καὶ ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ (55). »

(53) *Περὶ τῶν ἀποστόλων.* In quatuor nostris
codic. Maz, Mel, Fuk, et Saviliano scriptum in-
veni περὶ τῶν ἀποστόλων αὐτῶν.

(54) *Συμεῶνος τοῦ Κλωπᾶ.* In codice Regio le-
gitur Σίμωνος, ut notavit etiam Rob. Stephanus.
Hieronymus in *Chronico*, hujus episcopi Hierosoly-
mitani nomen duplici modo scribi testatur, *Symeonem*
scilicet et *Simonem*. Idem habet Georgius Syn-
cellus, et auctor *Chronici Alexandrini*.

(55) *Καὶ ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ.* Id est cum Atticus
esset legatus Syriae. Solebant enim Syri horum
praesidum nomine annos designare, ut constat ex
Josephu *Antiquitatibus*. Sed et in reliquis provinciis,
rectorum nomine tempora designari consueverant.

A Proclus adversus quem instituta est disputatio, de
Philippi ejusque filiarum exitu, plane consentiens
cum iis quæ modo retulimus, sic ait : « Quatuor post
hæc Philippi filia prophetæ fuerunt Hierapoli
Asiae civitate, ubi etiam earum et patris Philippi
sepulcrum visitur. » Hæc ille. Lucas vero in Actibus
apostolorum, Philippi filiarum meminit, quæ dono
prophetiæ ornatae, apud Cæsaream Judææ tunc
temporis cum patre degebant. « Venimus, inquit,
Cæsaream : et ingressi in domum Philippi evange-
listæ, qui erat unus e septem, mansimus apud eum.
Huic autem erant quatuor filiae virgines prophetan-
tes. » Expositis igitur hactenus quæcumque ad noti-
tiam nostram pervenerunt, tum de apostolis ipsis
et de tempore obitus singulorum, tum de sacris
volæminibus quæ nobis reliquerunt : ad hæc de iis
libris qui in dubium quidem revocantur, in plurimis
tamen Ecclesiis palam leguntur : postremo de illis
qui plane spurii sunt, et a recta fide doctrinaque
apostolorum alieni, nunc ad sequentium rerum
narrationem progrediamur.

CAPUT XXXII.

Quomodo Symeon Hierosolymorum episcopus mar-
tyrium subiit.

Post Neronis ac Domitiani persecutionem, sub
hoc cujus nunc tempora commemoramus Trajano,
particularem quamdam per singulas civitates popu-
lari motu adversus nostros excitatam esse perse-
cutionem accepimus. In qua Symeon Cleopæ filius,
quem secundum Ecclesiæ Hierosolymitanæ episcopum
constitutum esse docuimus, martyrio vitam finisse
memoratur. Hujus rei testis est is cujus verba jam
toties retulimus, Hegesippus. Qui de hæreticis qui-
busdam verba faciens, ab iisdem circa hæc tempora
accusatum subjungit esse Symeonem, variisque
tormentorum generibus per dies plurimos crucia-
tum, eo quod Christianus esset, admirationi fuisse
tum judici, tum satellitibus ac ministris : tandem-
que eodem supplicii genere quod Dominus pertulit,
vitam 104 clausisse. Sed satius est verba ipsius
scriptoris hæc narrantis audire. « Ex eorum, inquit,
hæreticorum numero, quidam Symeonem Cleopæ
filium detulerunt, quod ex stirpe Davidis oriundus,
et Christianus esset. Atque ita Symeon cum annos
centum ac viginti natus esset, martyrium subiit,

Porro ex legatis Cæsaris alii erant consulares, alii
praetorii. Quocirca Atticus hic ὑπατικός appellatur,
ut eum consularem fuisse constat. Ex his apparet
male Rufinum vertisse : *Martyr effectus est cum
esset annorum centum et viginti, sub Trajano Cæsare,
apud Atticum consularem.* Græca Hegesippi sic ha-
bent : Ἐτῶν ὧν ἕκατον εἶχουσι ἐπὶ Τραϊανῷ Καίσα-
ρος, καὶ ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ. Sed primo quidem præ-
positio illa ἐπὶ non significat apud, verum id tan-
tum designat, Symeonem martyrio perfunctum
fuisse principatu Trajani, Attico Syriam admini-
strante. Deinde vox illa ὑπατικοῦ non simpliciter
consularem denotat, sed legatum consularem, ut
dixi. Erant quidem ætate Rufini consulares qui

principatu Trajani Augusti, Attico consulari legato Syriam administrante. » Idem præterea scribit, eos ipsos Symeonis accusatores, cum tunc temporis omnes ex regia Judæorum tribu oriundi sollicitè investigarentur, convictos esse quod ex ea stirpe originem ducerent. Porro hunc Symeonem non absurde quis dixerit et spectatorem et auditorem Domini fuisse; cum et diuturnitas vitæ ipsius, et Evangeliorum fides id astruere videatur, in quibus Maria quædam commemoratur Cleopæ filia, cujus Symeonem filium fuisse supra docuimus. Alios præterea nepotes unius ex Domini fratribus, cui nomen erat Judæ, ad hoc usque Trajani imperium vitam produxisse idem scriptor refert, cum jam antea sub Domitiano, ut diximus, Christi fidem constanter professi fuissent. Sic autem scribit: « Adsunt, inquit, illi et universæ Ecclesiæ præsent, utpote martyres et agnati Christi. Tandemque profunda pace Ecclesiæ restituta, ad Trajani usque tempora superstites fuerunt. Donec Symeon supra dictus, Cleopæ filius ejus qui patruus erat Domini, accusatus similiter ab hæreticis, et ob eandem causam in jus vocatus esse coram Attico consulari; et per multos dies acerbissimis tormentis excruciat, fidem Christi constantissime professus est; adeo ut et consularis ipse, et omnes qui aderant, magnopere mirarentur, qua ratione vir centum ac viginti annos natus, tot tormenta perferre potuisset. Tandem vero sententia judicis cruci suffixus est. » Post hæc idem scriptor res illa ætate gestas commemorans, addit Ecclesiam ad hæc usque tempora instar cujusdam virginis, integram atque incorruptam permansisse: adhuc in obscuro recessu delitescens, quicumque rectam prædicationis evangelicæ regulam depravare niterentur. Sed postquam sacer apostolorum cœtus vario mortis genere exstinctus est, fluxeratque jam ætas hominum illorum, qui divinam Sapientiam suis auribus auscultare meruerant: tunc denum exorta est impii erroris conspiratio, **105** fraude

Palæstinam regabant, ut ex imperii Romani Notitia notissimum est. Verum hic magistratus diu post Trajani tempora est institutus. Cæterum supra citatus Rufini locus in manuscripto codice bibliothecæ Regiæ ita perscribitur: *Martyr effectus est cum esset annorum centum xxv.*

(56) *Ὁ δὲ γενομένης αὐτῶν.* Nostri codices Maz., Med. et Fuk. vocem addunt hoc modo, *ὁ δὲ γενομένης αὐτῶν, καὶ πρότερον ὁ λόγος ἐδήλωσεν.*

(57) *Ὁ ἐκ θεοῦ τοῦ Κυρίου.* Male Christophorus hæc verba accepit quasi θεοῦ adjectivum esset, et subaudiretur γένους. Sed Langus qui Nicephorum Latine interpretatus est, optime *patrum* verit. Clopas enim revera frater erat Josephi, ac proinde patruus Christi. Quare Symeon Clopæ filius, cognatus erat Domini, ut dicitur in capite 11, supra, ubi male *consobrinum* vertunt Musculus et Christophorus.

(58) *Συκοφαντηθεὶς ὑπὸ τῶν αἰρέσεων.* Cerinthianus et Nicolaitas intelligit auctor *Chronici Alexandrini*, cui non assentior. Intelligit enim Hegesippus sectas illas quæ tunc temporis Hierosolymis

- α'. Τίτες ἐπὶ τῆς Τρατανῶν βασιλείας, Ῥωμαίων **A 114** καὶ Ἀλεξανδρέων γεγόνασιν ἐπίσκοποι.
β'. Ὅποια Ἰουδαῖοι κατ' αὐτὸν πεπόνθασιν.
γ'. Οἱ κατὰ Ἀδριανὸν ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολο-
γησάμενοι τίτες.
δ'. Οἱ κατ' αὐτὸν Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων
χρηματίσαντες ἐπίσκοποι.
ε'. Οἱ ἀνέκθετο ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος καὶ ἐπὶ τοὺς
δηλουμένους Ἱεροσολύμων ἐπίσκοποι.
ς'. Ἡ κατὰ Ἀδριανὸν ὑστάτη Ἰουδαίων πολιορ-
κία.
ζ'. Τίτες κατ' ἐκείνο καιροῦ γεγόνασι ψευδωνύ-
μου γνώσεως ἀρχηγοί.
η'. Τίτες ἐκκλησιαστικοὶ συγγραφεῖς.
θ'. Ἐπιστολὴ Ἀδριανοῦ ὑπὲρ τοῦ μὴ δεῖν ἀκρι-
τως ἡμῶς ἐλαύνειν.
ι'. Τίτες ἐπὶ τῆς Ἀντωνίου βασιλείας ἐπίσκο-
ποι Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων γεγόνασιν.
ια'. Περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς γενομένων αἰρεσιαρ-
χῶν.
ιβ'. Περὶ τῆς Ἰουστίνου πρὸς Ἀντωνίνον ἀπολο-
γίας.
ιγ'. Ἀντωνίου πρὸς τὸ Κοινὸν τῆς Ἀσίας ἐπι-
στολὴ περὶ τοῦ καθ' ἡμῶς λόγου.
ιδ'. Τὴ περὶ Πολύκαρπου τοῦ τῶν ἀποστόλων
γνωρίμου μνημονεύομενα.
ιε'. Ὅπως κατὰ Οὐῆρον ὁ Πολύκαρπος ἅμα ἐτέ-
ροις ἐμαρτύρησεν ἐπὶ τῆς Συμυραίων πόλεως.
- ις'. Περὶ ὧν Ἰουστίνος ἐν ἰδίῳ συγγράμματι μνη-
μονεύει μαρτύρων.
ιη'. Τίτες εἰς ἡμῶς ἦλθον τῶν Ἰουστίνου λό-
γων.
ιθ'. Τίτες ἐπὶ τῆς Οὐῆρου βασιλείας, τῆς Ῥω-
μαίων καὶ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας προῦστη-
σαν.
κ'. Τίτες κατ' αὐτὸν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας
γεγόνασιν ἐπίσκοποι.
κα'. Περὶ τῶν κατὰ τοὺτους διαλαψάντων ἐκκλη-
σιαστικῶν συγγραφέων.
κβ'. Περὶ Ἠγησιππου καὶ ὧν οὗτος μνημονεύει.
κγ'. Περὶ Διοκυστου Κορινθίων ἐπισκόπου, καὶ
ὧν ἐγραψεν ἐπιστολῶν.
κδ'. Περὶ Θεοφίλου τοῦ Ἀντιοχέων ἐπισκόπου.
κε'. Περὶ Φιλίππου καὶ Μοδέστου.
κς'. Περὶ Μελλωνος καὶ ὧν οὗτος ἐμνημόνευσεν.
κζ'. Περὶ Ἀπολλινναρίου τοῦ τῆς Ἱερουσαλιμίων Ἐκ-
κλησίας ἐπισκόπου.
κη'. Περὶ Μουσανοῦ καὶ ὧν οὗτος συνεγρά-
ψατο.
κθ'. Περὶ Τατιανοῦ καὶ τῆς κατ' αὐτὸν αἰρέ-
σεως.
λ'. Περὶ Βαρδησιάνου τοῦ Σύρου, καὶ τῶν γερο-
μένων αὐτοῦ λόγων.

IN QUARTO HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBRO HÆC CONTINENTUR.

- I. Quinam Romanorum et Alexandrinorum episcopi fuerint imperante Traiano.
II. Qualia Judæi sub eodem imperatore perpessi sint.
III. Qui, imperante Adriano, pro defensione fidei libros scripserint.
IV. Qui sub eodem imperatore episcopi Romæ fuerint et Alexandriae.
V. Qui jam inde a Servatore nostro usque ad hæc

- tempora Hierosolymorum episcopi fuerint.
VI. Postrema Judæorum expugnatio temporibus Adriani.
VII. Quinam eo tempore falsæ doctrinæ duces exstiterint.
VIII. Quinam tunc fuerint ecclesiastici scriptores.
IX. Epistola Adriani ne quis Christianorum indicta causa puniretur.

- X. *Qui Romæ et Alexandriæ episcopi fuerint imperante Antonino.*
 XI. *De his qui eodem tempore seclarum auctores fuerunt.*
 XII. *De Justinii Apologetico ad Antoninum.*
 XIII. *Epistola Antonini ad Commune Asiæ de religione nostra.*
 XIV. *Quæ de Polycarpo apostolorum discipulo commemorantur.*
 XV. *Quomodo Polycarpus una cum aliis Smyrnæ passus est imperante Vero.*
 XVI. *Quomodo Justinus philosophus religionem Christi Romæ prædicans martyrium meruit.*
 XVII. *De martyribus quorum Justinus in suis libris mentionem facit.*
 XVIII. *Quinam ad nos pervenerint Justinii libri.*
 XIX. *Quinam regnante Vero Ecclesiæ Romanæ et Alexandrinæ præfuerint.*

- XX. *Quinam eo tempore Antiochenam Ecclesiam rexerint.*
 XXI. *De scriptoribus ecclesiasticis qui eadem ætate floruerunt.*
 XXII. *De Hegesippo, deque iis quorum mentionem facit.*
 XXIII. *De Dionysio Corinthiorum episcopo et de epistolis ab eo scriptis.*
 XXIV. *De Theophilo Antiochenium episcopo.*
 XXV. *De Philippo et Modesto.*
 XXVI. *De Melitone, deque his quorum ille mentionem facit.*
 XXVII. *De Apollinare Hierapolitanæ Ecclesiæ episcopo.*
 XXVIII. *De Musano et ejus scriptis.*
 XXIX. *De Tatiano et ejus hæresi.*
 XXX. *De Bardesane Syro et de libris ejus qui supersunt*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τίτες ἐπὶ τῆς Τραιανου βασιλείας Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοποι γενόμενοι.

Ἄμφι δὲ τὸ δωδέκατον (82) τῆς Τραιανου βασιλείας ἔτος, ὁ μικρῶ πρόσθεν ἡμῖν τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικίας δηλωθεὶς ἐπίσκοπος τὴν ζωὴν μεταλλάττει, τέταρτος δὲ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν τῶν αὐτοῦ λειτουργίαν κληροῦται Πρίμος. Ἐν τούτῳ καὶ Ἀλέξανδρος ἐπὶ Ῥώμης ὄγδοον ἔτος ἀποπληρώσαντος Εὐαρέστου, πέμπτην ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου κατὰ τῶν διαδοχῆν, τὴν ἐπισκοπὴν ἀπολαμβάνει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ὅποια Ἰουδαῖοι κατ' αὐτὴν πεπόνθασι (Nic. H. E. III, 22)

Καὶ τὰ μὲν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας τε καὶ Ἐκκλησίας ὁσημέραι ἀνοθοῦντα ἐπιμείζον ἐχώρει προκοπῆς, τὰ δὲ τῆς Ἰουδαίων συμφορᾶς κακοῖς ἐπαλλήλοις ἤμαζεν. Ἦδη γοῦν τοῦ αὐτοκράτορος εἰς ἐνιαυτὸν ὀκτωκαίδέκατον ἐλαύνοντος, αὖθις Ἰουδαίων κίνησις ἐπαναστάσα, πάμπλου πλῆθος αὐτῶν διέφθειρεν. Ἐν τε γὰρ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τῇ λοιπῇ Αἰγύπτῳ, καὶ προσέτι κατὰ Κυρήνην ὡσπερ ὑπὸ πνεύματος δεινοῦ τινος καὶ στασιώδους ἀναρῆσιπθόντες, ὠρμητο πρὸς τοὺς συνοίκους Ἕλληνας (83) στασιάζειν, ἀεζήσαντες τε εἰς μέγα τὴν στάσιν, τῷ ἐπιόντι ἐνιαυτῷ πόλεμον οὐ μικρὸν συνήψαν, ἔγνουμένου τῆνικαῦτα Λούππου τῆς ἀπάσης Αἰγύπτου.

(82) Ἄμφι τὸ δωδέκατον. In *Chronico* Eusebii initium Primi, Alexandriæ episcopi, cadit in annum x Trajani. Alexandri quoque Romani pontificis initium collocatur anno x Trajani. Sed et in annis episcoporum tam Romanorum quam aliarum urbium digerendis, observavi *Chronicon* Eusebii plerumque dissentire ab *Historia ecclesiastica*, sive ea exscriptorum culpa est, sive Hieronymi interpretis, sive ipsius Eusebii. Nam in tanta differentia, difficile est erroris causam assignare. Porro cum *Historia ecclesiastica* post libros *Chroniorum* ab Eusebio scripta sit, ubicunque ejusmodi dissensio occurrit, id potius sequendum videtur quod in *Historia ecclesiastica* scriptum est.

(83) Πρὸς τοὺς συνοίκους Ἕλληνας. Rufinus vertit, *Primo simul commanentibus vicinisque gentilibus inferre certamina*. Sic enim legitur in manuscripto codice Bibliothecæ Regiæ. Hieronymus autem in *Chronico* interpretatur, *adversus cohabitatores alienigenas*. Langus vertit *adversus cives suos Græcos*.

B

115 CAPUT I.

Quinam Romanorum et Alexandrinorum episcopi fuerint imperante Trajano.

Circa duodecimum annum imperii Trajani Cerdo, Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus, cujus paulo supra mentionem fecimus, abiit e vita; quartusque ab apostolis ministerium ejus Ecclesiæ sortitus est Primus. Eodem tempore cum Evarestus annos octo in pontificatu exegisset, Romæ episcopatum suscepit Alexander, quintum a Petro et Paulo successione obtinens locum.

CAPUT II.

Qualia Judæi sub eodem imperatore perpessi sint.

Ac Servatoris quidem nostri doctrina atque Ecclesia magis ac magis in dies efflorescens, continuis incrementis augebatur. Judæorum autem calamitates novis subinde cladibus cumulabantur. Nam cum imperator annum jam imperii octavum decimum attigisset, rursus Judæorum tumultus exortus, maximam gentis illius multitudinem extinxit. Quippe Alexandria et per totam Ægyptum ac Cyrenaicam, velut a violento quodam et seditioso dæmone exagitati, Judæi adversus Græcos et gentiles qui una cum ipsis habitabant, tumultum excitare cœperunt. Progressa deinde in majus seditione, sequenti anno bellum non mediocre conla-

Musculus autem et Christophorus *gentes* vertunt, nimis laxo et ambiguo vocabulo. Aut *gentiles* enim, aut *Græcos* vertere oportet, aut utrumque pariter, ut fecimus. Judæi qui cum Græcis seu gentilibus in urbibus et oppidis habitabant, et æquum jus civitatis cum iisdem habebant, sæpenumero cum illis jurgabantur, ut solent seditiones ac tumultus nasci ex religionum discrepantia. Græci enim Judæos cives habere dedignabantur; contra Judæi, deteriori conditione quam reliqui cives agere volebant. Hinc frequenter rixæ per singulas urbes, tum in Ægypto, tum in Syria, ut Philo et Josephus testantur. Idcirco autem *gentiles* et *Græcos* in interpretatione mea simul posui, quod unica vox non sufficere videbatur. Neque enim solos Græcos tunc adorti sunt Judæi, sed etiam indigenas Ægyptios et Libyas. Neque rursus solos gentiles, verum etiam Christianos, quorum non mediocri tunc erat multitudo in Ægypto et Cyrenaica.

Καὶ δὴ ἐν τῇ πρώτῃ συμβολῇ ἐπικρατήσαι αὐτοὺς συνέβη τῶν Ἑλλήνων, οἱ καὶ καταφυγόντες εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, τοὺς ἐν τῇ πόλει Ἰουδαίους ἐξώγησαν τε καὶ ἀπέκτειναν. Τῆς δὲ παρὰ τούτων συμμάχιας ἀποτυχόντες οἱ κατὰ Κυρήνην, τὴν χώραν τῆς Αἰγύπτου λεηλατοῦντες καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ νομοὺς (84) ψθεύροντες διετέλου, ἡγούμενου αὐτῶν Λουκού· ἐφ' οὗς ὁ αὐτοκράτωρ ἐπεμψε Μάρκιον Τούρβωνα (85) σὺν δυνάμει πεζῆ τε καὶ ναυτικῇ, ἔτι δὲ καὶ ἱππικῇ. Ὁ δὲ πολλὰς μάχαις ἐν οὐκ ὀλίγῳ τε χρόνῳ τὸν πρὸς αὐτοὺς διαπονήσας πόλεμον, πολλὰς μυριάδας Ἰουδαίων, οὐ μόνον τῶν ἀπὸ Κυρήνης, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου συναγομένων Λουκού τῷ βασιλεῖ αὐτῶν, ἀναρεῖ. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ὑποπτέυσας καὶ τοὺς ἐν Μεσοποταμίᾳ Ἰουδαίους ἐπιθήσεσθαι τοῖς αὐτόθι, Λουκίῳ Κοῆτῳ (86) προσέταξεν ἐκκαθάραι τῆς ἐπαρχίας αὐτοὺς. Ὅς καὶ παραταξάμενος, πάμπλου πλῆθος τῶν αὐτόθι φονεύει, ἐφ' ᾧ κατορθώματι, Ἰουδαίας

(84) *Τοὺς ἐν αὐτῇ νομοῦς. Castellavertit Rufinus magno errore, cum præfecturas vertere debuisset, aut nomos, ut Plinius. Tota enim Ægyptus in nomos divisa erat. Porro de hac totius Ægypti et Libyæ vastatione a Judæis facta, præter Dionem Orosium in lib. vii hæc habet: Incredibili deinde motu sub uno tempore Judæi quasi rabie efferati, per diversas terrarum partes exarserunt. Nam et per totam Libyam adversus incolas atrocissima bella gesserunt: que adeo tunc interfectis cultoribus desolata est, ut nisi postea Adrianus imp. collectas illuc aliunde colonias deduxisset, vacua penitus terra abraso habitatore mansisset. Hæc Orosius ex Chronico Eusebii. De his coloniis ab Adriano imp. in Libyam missis, intelligendum esse videtur vetus EpiGRAMMA incerti auctoris nondum editum:*

*Ἐσχατια Λιβύων Νασαμωνίδες, οὐκέτι θηρῶν
Ἐθήρεσιν ἡλείρου νότα βυρυνόμεναι,
Ἥγοι ἐρημαίησιν ἐπιπέησσεσθε λέοντων
Ἵρρυαῖς, ψαμάθους ἄγρις ὑπὲρ ρομάδων·
Φύλον ἐπεὶ ἀνάριθμον ἐν ἰχθυοέδῃσιν ἀγρευθέν
Ἐς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς·
Αἰ δὲ πρὶν ἀγρῶν ἔγκοιτᾶδες ἀκρόρειαι
Θηρῶν, νῦν ἀνδρῶν εἰσι βοηλασταί.*

Id est:

*Fines Libyæ Nasamonibus vicini, non amplius fera-
Agmina continentis vestra dorso portantes, rum
Solitarios leonum exavescentis rugitus,
Resonantes ultra ipsas nomadum arenas:
Quandoquidem innumerabilem turbam laqueis captam
Cæsar militibus sub unum simul aspectum subjecti,
Et montium vertices qui prius fuerant cubilia ferarum,
Nunc ab hominibus incoluntur et arantur.*

Corruptus est versus antepenultimus, quem sic restituendum puto:

Ἐς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἔθηκεν ἑπα.

(85) *Μάρκιον Τούρβωνα.* Ab hoc Judæos deletos esse scribit etiam Spartianus in Adriano. Marcio, inquit, Turbone, Judæis compressis, ad deprimentum tumultum Mauritanie destinato. Ad quem locum hallucinatur Salmasius, qui putat Spartianum loqui de tumultu Judæorum sub Adriano, cui bello finem ait imposuisse Marcium Turbonem. In quo longe fallitur. Nam bellum Judaicum sub Adriano confecit Julius Severus, ut docet Dio, multo post initium imperii Adriani de quo hic loquitur Spartianus. Marcinus autem Turbo extremis annis imperii Trajani Judæos compresserat, quemadmodum hic testatur Eusebius. Itaque Adrianus imperium recens adeptus, cum Mauri post obitum Trajani tumultuarentur, Turbonem qui recens Judæos compresserat, adversus Mauros misit, ut eadem felicitate qua Ju-

A runt, Lupo tunc temporis totius Ægypti præfecturam gerente. Et primo quidem conflictu forte Judæi gentiles superaverant. Qui mox Alexandriam confugientes, Judæos qui in ea urbe degebant, captos interfecerunt. Horum igitur auxilio 116 destituti Judæi qui Cyrenem incolebant, duce Lucua, Ægyptiorum regionem prædationibus ac latrocinii infestare, et præfecturas ejus vastare instituerunt. Itaque imperator Marcium Turbonem adversus eos misit cum pedestribus ac navalibus copiis, et cum equitatu. Hic multis præliis consertis, belloque in longum tempus protracto, infinita Judæorum milia, qui partim ex Cyrenaica provincia, partim ex Ægypto Lucuæ regi ipsorum opem laturo confluerant, neci dedit. Sed imperator, veritus ne Judæi B qui Mesopotamiam habitabant, incolas perinde aggrederentur, mandavit Lucio Quieto, ut eos extra provincie fines deportaret. Qui instructa adversus

dæos contriverat, Mauros etiam compesceret. Hic est sensus Spartiani.

(86) *Λουκίῳ Κοῆτῳ.* Rectius apud Nicephorum legitur Λουκίῳ Κυῆτῳ· apud Rufinum in vetustissimis editionibus scriptum est *Lusio Quieto*. Codices Mazarinæus, Fuk. et Savilii Κυῆτῳ scriptum habent. Κύντος Λούσιος dicitur in *Excerptis* ex Dione Cassio quæ ante viginti annos edidimus. Erat hic Maurus genere, non ex provincia Mauritania, sed ex Mauris barbaris qui Romano imperio foederati erant. Et initio quidem præfecturam abæ Maurorum gesserat. Sed non multo post damnatus ob nequitiam, cum ignominia dimissus fuerat. Postea vero bello Dacico, cum exercitus auxilio Maurorum egeret, ipse egregiam operam navavit. Quam ob causam præmiis atque honoribus affectus, longe plura ac majora facinora altero bello Dacico edidit. Tandem vero bello Parthico quod adversus Parthos Trajanus gerebat, eo fortitudinis ac fortunæ simul processit, ut inter prætorios relatus, consulatumque adeptus sit, et provinciam Palæstinam rexerit. Quæ res ei primo invidiam, postea odium ac perniciem attulere. Hæc Dio in luculentis illis *Excerptis* Quibus addam insignem etiam Themistii locum in gratiarum actione ad Theodosium Augustum pro pace, et pro consulatu Saturnini Magistri equitum: Οὕτω καὶ ὁ σὸς πρόγονος καὶ ἀρχηγέτης· παῖδες μὲν οὐκ ἦσαν αὐτῷ, παῖδες δὲ ἀδελφῶν καὶ ἀδελφιδῶν· ἀλλ' ὁμως οὐδένα ἐκείνων τῆς εὐνοίας Λυσίου προὔτιμησεν· ἀλλ' οὐδὲ Ῥωμαίων ὄντα τὸν ἀνδρα, ἀλλ' οὐδὲ Λίβων ἐκ τῆς ὑπηρεσίας Λιβύης, ἀλλ' ἐξ ἀδόξου καὶ ἀπρωκισμένης ἐσχατίας, ἐπειδὴ Μαρούς καταστρατήγησεν, ἀνέδειξε πρότερον ὑπατον, εἰτα τῆς βασιλείας διάδοχον κατεστήσατο. Id est: Sic plane parens et auctor generis tui Trajanus, cum liberos quidem non haberet, sed sororum atque ex sororibus nepotum filios haberet, nullum tamen ex illis Lusio præferendum putavit. Sed virum qui nec Romanus erat, ac ne Afer quidem ex provincia Africa, sed ex ignobili et remoto limite, propterea quod Mardos debellasset, primo consulem renuntiavit, ac deinde successorem imperii designavit. Hunc Themistii locum eo libentius hic adduxi, quod oratio illa nondum edita est, cujus copiam mihi fecit Gabriel Cousartius, vir eloquentissimus. Porro quod Themistius dicit Lusium a Trajano successorem imperii esse designatum, id alibi legere non memini. Id quidem in animo habuisse Trajanum facile crediderim. Sane Spartianus Lusium Quietum suspectum imperio fuisse dicit. *Lusium Quietum, sublati gentibus Mauris quas regebat, quia suspectus imperio fuerat, exarmavit.*

illos acie, ingentem eorum multitudinem prostravit. Ob quam victoriam legatus Judææ ab imperatore est designatus. Sed hæc gentilium quoque scriptores, qui res gestas temporum illorum memoriae mandarunt, iisdem fere verbis retulere.

CAPUT III.

Qui imperante Adriano pro defensione fidei libros scripserint.

Cum Trajanus per viginti annos demptis sex mensibus principatum tenuisset, Ælius Adrianus suscepit imperium. Huic Quadratus obtulit orationem, quam pro defensione religionis nostræ idcirco conscripserat, quod quidam malevoli homines, vexare nostros atque incessere conabantur. Exstat hodieque apud plerosque ex fratribus hæc oratio, quam nos etiam habemus, ex qua et ingenium ejus viri, et rectam apostolicæ fidei doctrinam perspicue licet cognoscere. Porro idem scriptor suam ipsius antiquitatem satis declarat his verbis : « Servatoris autem, inquit, nostri opera semper conspicua erant, quippe quæ vera essent : ii scilicet qui morbis liberati, aut qui ex morte ad vitam revocati fuerant. Qui quidem non solum dum sanabantur, aut dum ad vitam revocabantur, conspecti sunt ab omnibus, sed secuto deinceps tempore. Nec solum quandiu in terris moratus est Servator noster, verum etiam post ejus discessum diu superstites fuerunt, adeo ut nonnulli eorum etiam ad nostra usque tempora pervenerint. » Hæc de Quadrato. Aristides quoque vir fidelis ex religionis nostræ sectatoribus, **117** *Apologeticum* pro fide nostra perinde ac Quadratus Adriano Cæsari nuncupatum reliquit. Qui quidem liber etiamnum servatur a plurimis.

CAPUT IV.

Qui sub eodem imperatore episcopi Romæ fuerint et Alexandria.

Anno autem principatus Adriani tertio Alexander Romanæ urbis episcopus fato functus est, cum decem annos administrationis explesset. Cui successit Xystus. Eodem circiter tempore mortuo Primo, anno episcopatus sui duodecimo, Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotium suscepit Justus.

CAPUT V.

Qui jam inde a Servatore nostro usque ad hæc tempora Hierosolymorum episcopi fuerint.

Eorum autem episcoporum tempora qui Hiero-

(87) *Ioudaiaç ηγεμών.* Male Hieronymus et Rufinus procuratorem Judææ verterunt. Nec melius Christophorsonus *præfectum* interpretatur. Scribit enim Dio in *Excerptis* nostris, Lusium Quietum ornamentis prætoris honoratum fuisse, et ad consulatum pervenisse, ac provinciam Palæstinam rexisse. Quæ res, inquit, ei invidiam conslavit. At Palæstinæ procuratio non tanta erat dignitas, ut invidiam Lusio conflare posset : nec vir senatorii ordinis et consularis procurator esse potuit. Fuit igitur legatus Augusti pro prætore provinciæ Palæstinæ ; quam dignitatem gessit Tinius Rufus sub Adriano, ut mox videbimus. Neminem porro turbare debet, quod Palæstina tunc legatum habuit, quæ antea procuratori paruerat. Nam imperatores pro arbitratu mutabant administrationem provinciarum ; et modo legatos, modo procuratores mittebant,

ηγεμών (87) ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἀνεδείχθη. Ταῦτα καὶ Ἑλλήνων οἱ τὰ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους γραφῆ παραδόντες, αὐτοῖς ἰστέρησαν ῥήμασι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'

Οἱ κατὰ Ἀδριανὸν ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολογησάμενοι (Nic. H. E. III, 21).

Τραϊανοῦ δὲ ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν εἴκοσι τὴν ἀρχὴν μῆσιν ἕξ δέουσι κρατήσαντος, Ἀἴλιος Ἀδριανὸς διάδεχεται τὴν ἡγεμονίαν. Τοῦτω Κοδράτος λόγον προσφωνήσας ἀναδίδωσιν, ἀπολογίαν συντάξας ὑπὲρ τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσεβείας, ὅτι δὴ τινες πονηροὶ ἄνδρες τοὺς ἡμετέρους ἐνοχλεῖν ἐπειρῶντο. Εἰσέτι δὲ φέρεται παρὰ πλείστοις τῶν ἀδελφῶν, ἀτὰρ καὶ παρ' ἡμῖν τὸ σύγγραμμα, ἐξ οὗ κατιδεῖν ἔστι λαμπρὰ τεκμήρια τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς διανοίας, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοτομίας (88). Ὁ δ' αὐτὸς τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀρχαιότητα παραφαίνει, δι' ὧν ἱστορεῖ ταῦτα ἰδίαις φωναῖς. « Τοῦ δὲ Σωτῆρος ἡμῶν τὰ ἔργα ἀεὶ παρῆν. Ἀληθῆ γὰρ ἦν· οἱ θεραπευθέντες, οἱ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν, οἱ οὐκ ὤφθησαν μόνον θεραπευόμενοι, καὶ ἀνιπτάμενοι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρόντες· οὐδὲ ἐπιδημοῦντος μόνον τοῦ Σωτῆρος, ἀλλὰ καὶ ἀπαλλαγέντος, ἦσαν ἐπὶ χρόνον ἰκανόν, ὥστε καὶ εἰς τοὺς ἡμετέρους χρόνους τινὲς αὐτῶν ἀφίκοντο. » Τοιοῦτος μὲν οὖν οὗτος. Καὶ Ἀριστείδης δὲ πιστὸς ἀνὴρ τῆς καθ' ἡμᾶς ὀρμώμενος εὐσεβείας, τῷ Κοδράτῳ παρακλησίως ὑπὲρ τῆς πίστεως *Ἀπολογία* ἐπιφωνήσας Ἀδριανῷ, καταλέλοιπε. Σῶζεται δὲ γε εἰς δεῦρο παρὰ πλείστοις καὶ ἡ τοῦτου γραφή.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Οἱ κατὰ ταυτὸν Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων χρηματιστῶντες ἐπίσκοποι (Nic. H. E. III, 25).

Ἔπει δὲ τρίτῳ τῆς αὐτῆς ἡγεμονίας, Ἀλέξανδρος Ῥωμαίων ἐπίσκοπος τελευτᾷ, δέκατοντῆς οἰκονομίας ἀποπλήσας ἔτος. Εὐστός, ἦν τοῦτω διάδοχος. Καὶ τῆς Ἀλεξανδρέων δὲ παροικίας ἀμφὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, Πρίμον μεταλλάξαντα δωδεκάτῳ τῆς προστασίας ἔτει, διαδέχεται Ἰούστος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Οἱ ἀνέκαθεν ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος καὶ ἐπὶ τοὺς δηλονύμερους, Ἱεροσολύμων ἐπίσκοποι

Τῶν γε μὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκόπων τοὺς

prout usus reipublicæ exigebat. Itaque Trajanus cum Palæstinam assiduis Judæorum motibus turbari videret, legatum ei præfexit Lusium consularem, virum strenuum, qui dignitate sua et armis provinciam contineret. Sed et ante Lusium Atticus ille, de quo paulo ante locuti sumus cum de Simeonis Clopæ martyrio ageretur, videtur fuisse legatus provincię Palæstinę.

(88) *Τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοτομίας.* Ita loquitur Clemens Alexandrinus in lib. vii *Sromateon* : Ὁ γνωστικὸς ἄρα ἡμῖν μόνος ἐν αὐταῖς καταγρησᾶς γραφαῖς, τὴν ἀποστολικὴν καὶ ἐκκλησιαστικὴν αὐτῶν ὀρθοτομίαν τῶν δογματῶν. Videtur autem hæc locutio desumpta esse ex Epistola ad Timotheum, in qua Apostolus dixit, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

χρόνους γραφῆ σωζομένουσ οὐδαμῶσ εὔρον· κομιδῆ γὰρ οὐν βραχυβίουσ αὐτοῦσ λόγουσ κατέχει γενέσθαι. Ἰουσοῦτον δ' ἐξ ἐγγράφουσ παρελήφα, ὡσ μέχρι τῆσ κατὰ Ἀδριανὸν Ἰουδαίων πολιορκίασ, πεντεκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦσι γεγονάσιν ἐπισκόπων διαδοχαί, οὐσ πάντεσ Ἑβραίουσ φασιν ὄντεσ ἀνέκαθεν, τὴν γνῶσιν τοῦ Χριστοῦ γνησίωσ καταδέξασθαι. Ὡσ' ἦδη πρὸσ τῶν τὰ τοιάδε ἐπιχρίνειν δυνατῶν, καί τῆσ τῶν ἐπισκόπων λειτουργίασ ἀξίουσ δοκιμασθῆναι· συνεστάναι γὰρ αὐτοῦσ τότε τὴν πᾶσαν Ἐκκλησίαν ἐξ Ἑβραίων πιστῶν, ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καί εἰσ τὴν τότε διαρκεσάντων πολιορκίαν, καθ' ἣν Ἰουδαίοι Ῥωμαίων αὐθισ ἀποστάντεσ, οὐ μικροῦσ πολέμοισ ἦλωσαν. Διαλειοπίπτουσ δ' οὐν τριηκαῦτα τῶν ἐκ περιτομήσ ἐπισκόπων, τοῦσ ἀπὸ τοῦ πρώτου (89) νῦν ἀναγκαῖον ἂν εἶη καταλέξει. Πρῶτοσ τοιγαροῦν Ἰάκωβοσ ὁ τοῦ Κυρίου λεγόμενοσ ἀδελφὸσ ἦν· μεθ' οὐ δεῦτεροσ Συμεὼν, τρίτοσ Ἰουστοσ, Ζαχαρίοσ τέταρτοσ, πέμπτοσ Τωβίασ, ἕκτοσ Βενιαμίν, Ἰωάννησ ἕβδομοσ, ὄγδοοσ Ματθίασ, ἔνατοσ Φίλιπποσ, δέκατοσ Σενεκάσ, ἐνδέκατοσ Ἰουστοσ, Λευῖσ δωδέκατοσ, Ἐφρῆσ τρισκαιδέκατοσ, τεσσαρεσκαιδέκατοσ Ἰωσήφ (90)· ἐπὶ πᾶσι πεντεκαιδέκατοσ Ἰούδασ. Τοσοῦτοι καί οἱ ἐπὶ τῆσ Ἱεροσολύμων πόλεωσ ἐπίσκοποι ἀπὸ τῶν ἀποστόλων εἰσ τὴν δηλούμενον διαγενόμενοι χρόνον, οἱ πάντεσ ἐκ περιτομήσ. Ἦδη δὲ δωδέκατον ἐχούσῃσ ἔτοσ τῆσ ἡγεμονίασ Ἀδριανοῦ, εὔστον δεκαετή χρόνον ἀποπλήσαντα ἐπὶ τῆσ Ῥωμαίων ἐπισκοπῆσ, ἕβδομοσ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων διαδέχεται Τηλεσφόροσ· ἔναυτοῦ δὲ μεταξὺ καί μνηῶν διαγενομένων (91), τῆσ Ἀλεξανδρεων παροικίασ τὴν προστασίαν εὐμενῆσ ἕκτω κλήρω διαδέχεται, τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἔτεσιν ἔνδεκα διαρκεσάντοσ.

ejus iocum successit. Anno deinde et mensibus aliquot interjectis, Eumenes Alexandrinæ Ecclesiæ administrationem sextus ordine suscepit, cum decessor ipsius annos undecim præfuisset.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ἡ κατὰ Ἀδριανὸν ὕστατη Ἰουδαίων πολιορκία (Nic. H. E. III, 24).

Καί δὴ τὰ τῆσ Ἰουδαίων ἀποστασίασ αὐθισ εἰσ μέγα καί πολὺ προσελθούσῃσ, (92) Ῥούφοσ ἐπάρχων τῆσ Ἰουδαίασ (93), στρατιωτικῆσ αὐτῷ συμμαχίασ

(89) *Τοῦσ ἀπὸ τοῦ πρώτου.* Nostri codices Maz., Med. ac Fuketii, scriptum habent τοῦσ ἀπὸ πρώτου, quod quidem mihi videtur elegantius. Paulo post ἔνατοσ per simplex r scribitur in optimis exemplaribus Mazarino ac Medicæo.

(90) *Ἰωσήφ.* In Chronico Ensebii *Joses* dicitur, et apud Epiphanium in hæresi Manichæorum. Sic Joseph frater Domini, de quo Matthæus et Marcus loquuntur in Evangelio, *Joses* ab Hieronymo et aliis appellatur. Ephres similiter in *Chronologia* Nicephori patriarchæ *Ephrem* dicitur. Cæterum non sine causa mirari subit, undenam Nicephorus annos illos acceperit, quos singulis Hierosolymorum episcopis assignat, cum Eusebius qui in Palæstina degebat, et qui omnes episcoporum illius Ecclesiæ indices perlegerat, nihil se de annis eorum legisse testetur.

(91) *Καί μνηῶν διαγενομένων.* Rectius in nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Saviliano hic locus scribitur hoc modo: ἔναυτοῦ δὲ μεταξὺ καί μνηῶν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων. Quamquam Savilius post vccem μνηῶν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων libri sui addiderat τῶν, ex conjectura, ut opinor. Rufinus vero in suo exemplari legisse videtur μνήσ, sic enim vertit: Anno post

A solymis præfuerunt, nusquam reperire potui. Omnes quippe brevi admodum tempore sedisse perhibentur. Illud tantum ex veterum scriptorum monumentis didici, ad illam usque obsessionem Judæorum quæ imperante Adriano contigit, quindecim episcopos continua successione illi Ecclesiæ præfuisse: quos omnes origine Hæbræos fuisse memorant, et fidem Christi sincere atque ex animo suscepisse. Adeo ut ab illis qui de hujusmodi rebus iudicium ferre poterant, episcopali officio dignissimi censerentur. Quippe tunc temporis universa Hierosolymorum Ecclesia conflata erat ex Hæbræis fidelibus, qui jam inde ab apostolorum ætate ad illam usque obsidionem permanserant, qua Judæi iterum a Romanis deficientes, maximis præliis domiti atque B expugnati sunt. Proinde cum episcopi qui ex circumcissione erant, per id temporis defecerint, omnes a primo usque ad ultimum ordine suo recensere necessarium puto. Primus igitur fuit Jacobus, is qui Domini frater vocabatur; secundus Simeon, tertius Justus, quartus Zachæus, quintus Tobias, sextus Benjamin, septimus Joannes, octavus Matthias, nonus Philippus, decimus subrogatus est Seneca, cui successit undecimus Justus. Post quem Levi duodecimus ordine fuit. Ephres deinde secutus est, post hæc Joseph. **118** Omnium postremus fuit Judas ordine quintus decimus. Atqui hi omnino sunt Hierosolymorum episcopi, qui jam inde ab apostolis, usque ad Judam et ad illa quæ designavimus tempora omnes ex circumcissione fuerunt. Porro C annum imperii sui duodecimum agente Adriano, cum Xystus episcopatum urbis Romæ decem annis obtinisset, septimus ab apostolis Telesphorus in aliquot interjectis, Eumenes Alexandrinæ Ecclesiæ

CAPUT VI.

Postrema Judæorum expugnatio temporibus Adriani.

Cæterum cum defectio Judæorum magis ac magis iterum cresceret, Rufus legatus Judææ, auxiliis sibi ab imperatore submissis, amentiam ac desperationem et uno mense, Alexandrinæ Ecclesiæ moderamen Eumenes sexta successione suscepit. Porro hic Eumenes in Chronico Eusebii quod Hieronymus Latine vertit, dicitur *Hymenæus*; vel ipsius Hieronymi, vel, quod libentius crediderim, librariorum errore.

(92) *Ῥούφοσ ἐπάρχων τῆσ Ἰουδαίασ.* Eusebius in Chronico, anno sextodecimo imperii Adriani: *Judæi*, inquit, *in arma versi Palæstinam depopulantur, tenente provinciam Tinio Rufo, cui ad opprimendos rebelles Adrianus misit exercitum.* In Chronico Georgii Syncelli, qui Eusebii scriinia compilavit, dicitur *Τίνιος* Ῥούφοσ. De hoc Tinio Rufo Hieronymus in *Danielem*, cap. ix, ita scribit: *Quo mortuo, transactis septem hebdomadis, id est annis xliix, Ælius Adrianus (a quo postea de ruinis Hierusalem urbs Ælia condita est) rebellantes Judæos, Tinio Rufo magistro exercitus pugnante superavit.* Ita scribendum est ex veteri codice; vulgo male legitur *Timo Rufo*.

(93) *Ἐπάρχων τῆσ Ἰουδαίασ.* Male Langus et Christophorus præfectum Judææ vertit. Nam Romani imperatores non mittebant præfectos ad regendas provincias, sed tantum ad gentes barba-

rationem hominum in occasionem sæviendi ver- A tens, eos acerbissime ultus est, cæsa innumerabili hominum multitudine cum conjugibus ac liberis, agroque illorum jure belli in populi Romani ditio- nem redacto. Erat tunc temporis Judæorum ductor Barchochebas quidam, quod nomen stellam signifi- cat: vir alioqui cruentus et latrocinandi avidus, sed qui nomine suo auditoribus utpote vilissimis mancipiis fucum faciebat, quasi sidus e cælo de- lapsum esset, ut ipsis ærummarum mole oppressis lucem afferret. Anno demum octavo decimo imperii Adriani, cum totius belli vis circa Bethera urbem munitissimam nec procul Hierosolymis dissitam exarsisset, et protracta diutius a Romanis obsidione, rebelles fame ac siti oppressi essent, ipseque adeo B seilitionis auctor debitas pœnas dedisset, ex eo deinceps tempore universa Judæorum gens in re- gionem circa Hierosolymam sitam pedem inferre

ras quæ Romanis fœderatæ erant. Sic gentes Mau- rorum per præfectos a Romanis imperatoribus mis- sos regebantur, ut ex Augustino aliisque scripto- ribus notavi ad Ammianum Marcellinum. Ex quo interpretari soleo locum Spartiani in *Adriano: Mar- cium Turbonem post præfecturam Mauritaniæ, infulis ornatum Pannoniæ, Duciam quoque ad tempus præfecit*. Sola ex provinciis Ægyptus erat, quam præfecti re- gebant loco regum. Quare hoc loco ἐπάργων τῆς Ἰουδαίας non est exponendus præfectus Judææ, cum Judæa nonquam a præfectis administrata sit, sed potius præses aut legatus provinciæ Palæstinæ. Nam Palæstina seu Judæa tunc temporis per lega- tos Caesaris regebatur, ut superius observavi. Fuit ergo Tinius Rufus legatus Caesaris præpore provincie Judææ seu Palæstinæ, sicut antea Lusius Quietus fuerat sub Trajano.

(94) Βαρχοχεβᾶς ὄνομα, ὃ δὴ ἀστέρα δηλοῖ. Tres nostri codices Maz., Med. ac Fuketii hunc locum paulo aliter scriptum exhibent, Βαρχοχεβᾶς ὄνομα, ἀστέρα δηλοῖ τοῦτο. In Regio autem exemplari legi- tur: Βαρχοχεβᾶς, ὃ δὴ ἀστέρα δηλοῖ. Atque ita plane Nicephorus in capite xxiv, lib. iii. De hoc Barcho- cheba Hieronymus in *Apolog. 2 adversus Rufinum* ita scribit: *Tu videlicet flammeus, imo fulmineus, qui in loquendo fulminas. Atque ut ille Barchoche- bas auctor seditionis Judaicæ, stipulam in ore suc- censam anheliu ventilabat, ut flammam vomere vi- deretur*, etc. Simili quondam fraude Eunus Syrus, qui bellum Servile in Sicilia concitavit, in ore ab- ditam nucem gestans, quam sulfure et igne stipaverat, ac leniter inspirans, flammam inter verba fundebat, ut scribit Florus in lib. iii, c. 19.

(95) Φοινικὸς καὶ ληστρικὸς τις ἀνήρ. Hæc est lectio codicis Regii. Verum in Maz., Med. et Fuk. ita scriptum habetur, ληστρικὸς καὶ φοινικὸς ἀνήρ. Nicephorus tamen cum codice Regio consentit, prorsus ut illum videatur exscribere.

(96) Οὐα ἐπ' ἀνδραπέδων. In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil. et apud Nice- phorum legitur ἐπ' pro antea edito ἐξ, et hanc lectio- nem secuti sunt Rulinius et Christophorus. Judæos vocat mancipia, ob ignobilitatem atque ege- statem, et quod plerique eorum ex captivis qui sub Tito venundati fuerant, originem ducebant.

(97) Κατὰ Βηθθηρα πόλιν. Ita legitur in codice Regio, quem secutus est Stephanus. Verum in co- dice Maz., Med. ac Fuketiano, nec non apud Ni- cephorum Βηθθηρα scriptum est. Scripti codices Rulini habent apud Bethara oppidum. Quare viden- dum est an eadem sit cum Bethar, quæ in *Itinerario Bardigalensi* mutatio dicitur, quinquaginta et duo-

bus millibus passuum distans ab urbe Hierosoly- mitana. Est et Bethar villa in eodem *Itinerario xii* millibus distans ab urbe Hierosolyma. Hieronymus in *Epitaphio Paulæ* utramque Bethoron vocare vi- detur. Iter enim Paulæ describens a Cæsarea Hierosolymam usque: *A Nicopoli, inquit, profisciscens ascendit Bethoron inferiorem et superiorem, urbes a Salomone conditas, sed postea varia bellorum tem- pestate deletas*. (98) Τῆς περὶ τὰ Ἱερουσόλυμα γῆς ἀμύμων ἐπι- βάλειν εἰργεται. Idem scribitur in *Chronico* Euse- bii, anno xviii imperii Adriani: *Bellum Judaicum quod in Palæstina gerebatur finem accepit, rebus Ju- daeorum penitus oppressis: ex quo tempore, etiam in- troeundi eis Hierosolyma licentia ablata, primum Dei nutu, deinde Romanis interdictionibus*. Ejusdem interdicti meminit Tertullianus in libro contra Ju- daeos, cap. 15: *Et exinde quod interdictum est, ne in confinio ipsius regionis demoretur quisquam Ju- daeorum*. Et paulo post: *Quod vobis pro meritis vestris post expugnationem Jerusalem, prohibitis ingredi in terram vestram, de longinquo eam tantum oculis vestris videre permisso est*. Item quoque Tertullianus in *Apologetico*, cap. 16, eleganter de Judæis dicit: *Dispersi, palabundi, et cævi et solis sui extorres vagantur per orbem, sine homine, sine Deo rege: quibus nec adrenarum jure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur*. Celsus quoque apud Origenem lib. viii, in fine, eadem tes- tatur de Judæis: *Οἷς οὐδ' ὄποια τις βῶλος, οὐδ' ἔστια καταλείπεται*. Gregorius Naz. in oratione 12, pag. 202, de postrema Judæorum dispersione lo- quens, testatur Judæis fas non fuisse patriam adire, et Hierosolymorum solo insistere, nisi unico anni die, quatenus patriam prospectantes, lugere solitu- dinem et exilium suum possent. Quem locum non intellexit Billius. Μία στήλη τοῦτοις τῆς συμφορᾶς ἡ οἰκουμένη πᾶσα καθ' ἑξ ἐσπάρησαν, καὶ ἡ λατρεία πεταυμένη, καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλήμ τὸ ἔδαφος, μόγις γνωστὸν ὄντων: ἧς τοσοῦτον ἐπιβάτων αὐτοῖς ἐστὶ μόνον, καὶ τοσοῦτον ἀπολαύουσι τῆς ποτε αὐτῶν δόξης, ὅσον ἐν ἡμέρᾳ φανέντες θρηγῆσαι τὴν ἐρημίαν. Id est, unum illis monumentum calamitatis est totus terrarum orbis per quem dispersi sunt: et sublatus Dei cultus: et ipsius Hierosolymæ solium vix ju- cte cognitu: quam hac tenus ipsis introire licet, et vetere sua gloria hactenus fruuntur, ut uno die con- specti vastitatem et excidium ejus lugeant. Die scilicet quo capta et eversa quondam fuerat a Roma- nis Hierosolyma, Judæi ex variis gentibus in Pal- læstinam conveniebant, et mercede militibus per- soluta introibant in eam urbis partem, ubi quon-

νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μὴδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῶν ἔδαφος (99), ἐγχελευσαμένον, Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ (1). Οὕτω δὴ τῆς πόλεως εἰς ἐρημίαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ παντελῆ φθορὰν τῶν πάλαι οἰκητόρων ἐλθούσης, ἐξ ἀλλοφύλου τε γένους συνοικισθείσης, ἡ μετέπειτα συστάσα Ῥωμαϊκῆ πόλις (2) τὴν ἐπωνυμίαν ἀμεί-

δαν fuerat templum Salomonis; ibique excidium templi et civitatis suæ plangebant, ut ex Hieronymo et ex *Itinerario Burdigalensi* dudum observavit Scaliger in *Animadversionibus Eusebianis*, p. 198. Ac mihi quidem videtur, Judæis id permissum fuisse per eos dies quibus mercatus sollemnis fiebat ad Terebinthum. Cum enim ad eum mercatum multi ex barbaris convenirent, hac occasione etiam Judæi eo confluebant; non quidem ob mercatum quem vel maxime vitabant, eo quod olim majores ipsorum ibi venundati fuissent, sed ut ruinas templi inviserent ac salutarerent. Idque conjicio ex militibus, quos Judæis plangentibus appositos fuisse testatur Hieronymus. Nam in mercatibus illis qui ad limitem fiebant, apponebatur centurio cum militibus, ut notavi ad librum xxvii Ammiani Marcellini. Conjecturam autem nostram adjuvat Hieronymi locus in cap. xxxi Jeremiæ, ubi scribit execrabat fuisse Judæis, mercatum celeberrimum qui quotannis fiebat ad Terebinthum invisere. Cæterum notandum est, Eusebium quidem tum hic, tum in *Chronico* id tantum dicere, a temporibus Adriani vetitum fuisse Judæis in urbem Hierosolymanam, et in vicinum urbi agrum introire. Quod quidem confirmat Gregorii locus a nobis allatus. Alii tamen non modo in urbem sacram, sed universam Palæstinæ regionem ingredi vetitos scripserunt. Ita præter Tertullianum Eusebius ipse in libro octavo *De demonstratione*: Πᾶσαι αἱ φυλαὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ῥήγνον καὶ κοπετῶν ἄξια πεπόνθασιν, διὰ τὴν καταλαβοῦσαν αὐτοὺς ἐκ Θεοῦ πληγὴν, ὑφ' ἧς καὶ ἡ μητρόπολις αὐτῶν ἀλλοφύλοις ἔθνεσιν ἐξεδόθη, καὶ τὸ ἱερὸν κατεσκάφη, αὐτὸ τε τῆς ἰδίας χώρας ἀπελήλαντο, ἐν τῇ πολέμια ἐχθροῖς δουλεύοντες.

(99) Ὡς ἂν μὴδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῶν ἔδαφος. Eadem loquendi forma Philo in libro *Quod omnis probus liber*. Οὐ μόνον οὐκ ἐπιβῆναι τῆς χώρας, ἀλλ' οὐδ' ἐξ ἀπόπτου τὸ πατρῶν ἔδαφος θεάσασθαι δυναμένους.

(1) Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ. Id est ex urbe Syriæ Pella, quæ post excisam a Tito urbem Hierosolymanam, sedes fuit episcopatus Hierosolymitani, ut scribit Eusebius. Cæterum Scaliger Aristonis Pellæi verba esse existimavit quæcumque leguntur supra ab his vocibus ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου, eaque passim Aristonis nomine citat, in quo tamen ei assentiri non possum. Nam et verba ipsa Eusebii stylum prorsus redolent; et Aristo Pellæi obsidionem illam Betharæ et expugnationem Judæorum fusius prosecutus fuerat. Quod si ipsa essent Aristonis verba, nequaquam id tacuisset Eusebius. Nam quoties verba ipsa auctorum adducturus est, semper de eo lectorem admonet. Cum autem addit ἱστορεῖ vel ἱστοροῦσι, indicat eam rem a scriptoribus illis quos laudat, fusius commemorari. Porro hic Aristo Pellæus auctor esse dicitur libelli ejusdem, cui titulus erat, *Disputatio Jasonis et Papisci*. Ita scribit Maximus in scholiis ad librum Dionysii *De mystica theologia*, cap. 1: Ἀνέγγων δὲ τοῦτο ἐπὶ τὸ ὄργανός τε καὶ ἐν τῇ συγγεγραμμένῃ Ἀρίστων τῷ Πελλαίῳ Διαλέξει Παπίσκου καὶ Ἰάσονος, ἣν Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἑκτῷ βιβλίῳ τῶν Ἰστορωσέων, τὸν ἄγιον Λουκᾶν φησὶν ἀναγράφαι. Hujus libelli meminit Celsus, et Origenes in lib. iv *Contra Celsum*. Eundem ex Græco in Latinum sermonem vertit Celsus quidam. Sed sola ejus præfatio hodie superest inter opuscula Cypriani.

A prohibita est, lege et constitutione imperatoris Adriani: adeo ut ne prospicere quidem e longinquo patrium solum ipsis liceret, ut scribit Aristo Pellæus. In hunc igitur modum cum civitas Judæorum gente nudata esset, et veteribus incolis penitus vacuata, posthæc alienigenis eo confluentibus, urbs et colonia civium Romanorum effecta, in

(2) Ἡ μετέπειτα συστάσα Ῥωμαϊκῆ πόλις. Duplīciter hic fallitur Eusebius, tum quod urbem Hierosolymanam sub Adriano penitus eversam fuisse scribit, tum quod Æliam Capitolinam ab eodem Adriano conditam esse existimavit post expugnationem Betharæ. Quod ad primum atinet, constat ex Josepho Hierosolymanam prorsus eversa fuisse a Tito, ita ut aratrum etiam ejus solo fuerit impressum. Quomodo igitur iterum eversa sunt ab Adriano quæ jam dudum esse desierant? Certe Eusebius hoc quidem in loco, aperte non dicit Jerusalem ab Adriano eversam fuisse, sed id tantum obscure innuit. In libris autem *De demonstratione* et in *Chronico*, diserte affirmat Jerusalem funditus ab Adriano eversam fuisse. Ex quo obiter perspicere potest, hos *ecclesiastica Historie* libros longe accuratius ab Eusebio elaboratos esse quam reliqua ejus scripta. Quod vero ad conditum Æliæ spectat, tantum abest ut condita fuerit ab Adriano post partem de Judæis victoriam. Imo bellum Judaicum ex Æliæ conditu originem cepit. Nam cum Judæi urbis suæ solum ab alienigenis occupatum viderent, et in eo ipso loco in quo Dei templum olim fuisset, sacra fieri Jovi Capitolino animadverterent, eam injuriam minime ferendam rati, arma corripuerunt, et initium fecerunt hujus belli quod hic narrat Eusebius: quodque anno xvi Adriani coeptum, octavo decimo aut nono finem tandem accepit. Ælia vero Capitolina diu ante condita fuerat, anno scilicet ii Adriani, ut scribitur in *Chronico Alexandrino*. Plura Scaliger in *Animadversionibus*: quem in hac quidem parte libenter sequor. Sed quod pag. 199 Hilarius reprehendit et Athanasium quod dixerint sua ætate nullam amplius fuisse Jerusalem, in hoc non assentitur Scaligero. Recte enim id dictum est a sanctissimis Patribus, cum ea urbs quæ tunc temporis dicebatur Jerusalem, Ælia potius esset, nec nisi abusive Jerusalem vocaretur. Neque enim Hierosolymanam instauravit Adrianus, cum Judæi hostes tunc essent populi Romani. Sed Æliam coloniam civium Romanorum condidit, a cujus ingressu etiam Judæos arceri voluit. Itaque a temporibus Adriani usque ad Constantinum Magnum, semper Ælia vocata est, a tempore autem Constantini Magni, Hierosolymorum nomen quasi postliminio repetiit, tum ob splendorem illius nominis, tum ob primitivæ sedis prærogativam. Revera tamen Ælia erat, non Jerusalem. Adeoque in canone 7 concilii Nicæni episcopus Ælia vocatur. Verum post celeberrimum illud martyrium a Constantino edificatum in resurrectionis Dominicæ loco, ambitio episcoporum obtinuit, ut Jerusalem potius quam Ælia diceretur. Sed id *καταχρηστικῶς* factum est, ut dixi. Itaque recte locuti sunt Hilarius et Athanasius: quibus addendus est etiam Eusebius in sermone ii, *De resurrectione*: *Si autem dubitant, ostendant civitatem suam post ea quæ ausi sunt stantem*. Et in lib. v *Demonstrationis*, cap. 13. Et Gregorius Nazianzenus in orat. 12: *Καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλήμ τὸ ἔδαφος μόγις γινωσκόμενον ἧς τοσοῦτον ἐπιβάτων αὐτοῖς ἔστι μόνον*, etc. Vides ut Gregorius testatur, solum Hierosolymorum sua ætate vix agnosci potuisse, et Judæos vastitatem ejus etiam tum luxisse, respiciens videlicet ad veram et priscam Jerusalem, non ad novam illam quæ vetus nomen falso usurpaverat. Improprie igitur locutus est Hierony-

honorem **119** Ælii Adriani imperatoris Ælia A
nuncupata est. Et cum Ecclesia ejusdem loci ex
gentibus coaluisset, primus post episcopos ex cir-
cuncisione sacerdotium illius civitatis suscepit
Marcus.

CAPUT VII.

Quinam eo tempore falsæ doctrinæ duces extiterint.

Porro Ecclesiis jam per universum orbem instar
clarissimorum siderum fulgentibus, et vigente per
omnes nationes fide in Dominum ac Servatorem
nostrum Jesum Christum, malignus ille dæmon,
utpote veritatis inimicus, et humanæ salutis hostis
semper infestissimus, omnes machinas adversus
Ecclesiam movens, prius quidem externis eam per-
secutionibus oppugnauerat: tum vero hac via ipsi
præclusa, improbis quibusdam ac maleficis homi-
nibus tanquam instrumentis et ministris utens ad
exitium ac perniciem animarum comparatis, alias
belli artes tentavit, nihil non comminiscens, ut
præstigiatores ac subdoli homines religionis nostræ
vocabulum sibi assumentes, tum eos ex fidelibus
quos forte deceptant, in profundum exitii gurgitem
abducerent, tum fidei nostræ ignaros vitæ ipsorum
exemplo deterritos, a via quæ ad salutem Dei ver-
bum ducit, procul averterent. Igitur ex Menandro
illo, quem Simonis successorem fuisse supra retu-
limus, exorta venenata quædam bestia bilinguis ac
biceps, duarum hæreseon inter se discrepantium
duces constituit: Saturninum domo Antiochenum,
et Basilidem Alexandrinum. Quorum ille quidem in
Syria, hic vero apud Ægyptum impiæ doctrinæ
scholas condidit. Et Saturninum quidem eadem fere
cum Menandro ementitum esse declarat Irenæus:
Basilidem vero specie arcanorum quorundam, por-
tentosas fabulas commentum, opinionis impiæ ma-
chinalimenta in immensum extendisse. Porro cum
eodem tempore plurimi ecclesiastici viri patrocinium
veritatis susciperent, et pro ecclesiastica apostoli-

mus in *Epitaphio Paulæ*, cum dicit: *Ingressa est
Hierosolymam, urbem trinominem, Jebus, Salem,
Jerusalem: quæ ab Ælio postea Adriano de ruinis
et cineribus civitatis in Æliam suscitata est.* Nam, ut
sæpe dixi, nunquam ea mens Adriani fuit, ut urbem
Hierosolymam suscitaret, quippe qui infensissimus
esset Judæis, qui tunc hostes erant populi Romani;
sed Æliam urbem condidit, et in ea templum Jovis
Capitolini, quo Judæos ab eo loco quem summa
veneratione prosequabantur, penitus arceret. Rec-
tius ergo Beda, seu quis alius, in expositione loco-
rum et urbium, quarum mentio fit in Actibus apo-
stolorum: *Jerusalem, inquit, metropolis quondam
Judææ, quæ nunc ab Ælio Adriano Cæsare, quod
eum a Tito destructam latiore situ instauraverit,
Ælia cognominata est: cujus opere factum est, ut
loca sancta, id est, Dominicæ passionis et resurre-
ctionis, quondam extra urbem jacentia, nunc ejus-
dem urbis muro sepationali circumdantur.* Porro
Ælia diu post Constantini tempora nomen suum
retinuit. Certe in *Itinerario Antonini* et in *Tabula
Peutingeriana* non aliter vocatur quam Ælia; vitio
tamen librariorum *Helia Capitolina* vulgo scribitur.
Sed et Chrysostomus in oratione 5, *adversus Ju-
dæos*, ita appellatam fuisse ætate sua testatur:

ἄσα, εἰς τὴν τοῦ κρατοῦτος Αἰλίου Ἀδριανοῦ τι-
μῆν, Αἰλία προσαγορεύεται. Καὶ δὴ τῆς αὐτοῦ Ἐκ-
κλησίας ἐξ ἐθνῶν συγκεκολληθεῖσας, πρῶτος μετὰ τοὺς
ἐκ περιτομῆς ἐπισκόπους, τὴν τῶν ἐκείσε λειτουργίαν
ἐγχειρίζεται Μάρκος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ΄.

*Τίνες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γέγονασιν ψευδωνύμου
γνώσεως ἀρχηγοί* (Nic. H. E. IV, 2-4).

Ἡδὴ δὲ λαμπροτάτων δίκην φωστῆρων τῶν ἀνά
τὴν οἰκουμένην ἀποστλιβουσῶν Ἐκκλησιῶν, ἀκμαζού-
σης τε εἰς ἅπαν τὸν ἀνθρώπων γένους τῆς εἰς τὸν
Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστεως,
ὁ μισόκαλος δαίμων οἷα τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς καὶ τῆς
τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἀεὶ τυγχάνων πολεμιώτα-
τος, πάσας στρέφων κατὰ τῆς Ἐκκλησίας μηχανάς,
πάλαι μὲν τοῖς ἐξωθεν διωγμοῖς κατ' αὐτῆς ὠπλιζέτο·
τότε γε μὴν τούτων ἀποκεκλεισμένος, πονηροῖς καὶ
γόησιν ἀνδράσιν ὡς περ τισὶν ὀλεθροῖς ψυχῶν ὀργά-
νοις, διακόνους τε ἀπωλείας χρώμενος, ἐτέραις κατε-
στρατήγει μεθόδοις, πάντα πόρον ἐπινοῶν, ὡς ἂν
ὑποδύντες γόητες καὶ ἀπατηλοὶ τὴν αὐτὴν τοῦ δόγμα-
τος ἡμῖν προσηγορίαν, ὁμοῦ μὲν τῶν πιστῶν τοὺς
πρὸς αὐτῶν ἀλισκομένους, εἰς βυθὸν ἀπωλείας ἄγειον,
ὁμοῦ δὲ τοὺς τῆς πίστεως ἀγνώτας δι' ὧν αὐτοὶ
δρῶντες ἐπιχειροῦσι, ἀποτρέπουντο τῆς ἐπὶ τὸν σω-
τήριον λόγον παρόδου. Ἀπὸ γοῦν τοῦ Μενάνδρου ὃν
διάδοχον τοῦ Σίμωνος ἤδη πρότερον παραδεδώκαμεν,
ἀμφίστομος ὡς περ καὶ δικέφαλος ὄφιδος τις προελ-
θοῦσα δύναμις, δυοῖν αἰρέσεων διαφόρων ἀρχηγούς
κατεστήσατο, Σατορνίνον τε Ἀντιοχέα τὸ γένος, καὶ
Βασιλεῖδην Ἀλεξανδρέα, ὧν ὁ μὲν κατὰ Συρίαν, ὁ δὲ
κατ' Αἴγυπτον, συνηθήσαντο θεομιστῶν αἰρέσεων δι-
δασκαλεῖα (3). Τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τὸν Σατορνίνον τὰ
αὐτὰ τῷ Μενάνδρῳ ψευδολογήσαι ὁ Εἰρηναῖος δηλοῖ,
προσχήματι δὲ ἀπορρήτοτέρων, τὸν Βασιλεῖδην εἰς τὸ
ἄπειρον τείναι τὰς ἐπινοίας (4), δυσσεβοῦς αἰρέσεως
ἑαυτῷ τερατώδεις ἀναπλάσαντα μυθοποιίας. Πλει-
στων οὖν ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ
τῆς ἀληθείας ὑπεραγωνιζομένων, λογικώτερόν τε τῆς

Ἐπειδὴ γὰρ Ἀἰλιος Ἀδριανὸς ἐχρημάτιζεν, οὕτω
καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησεν· ἐκεῖθεν Αἰλία
μέχρι τοῦ νῦν ὀνομάζεσθαι, ἀπὸ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ
κρατῆσαντος καὶ καθελόντος αὐτήν.

(3) *Αἰρέσεων διδασκαλεῖα.* In optimis codicibus
Mazarino ac Mediceo scriptum invenī διδασκαλεῖα.
Atque, ut semel moneam, ita semper hoc nomen
perscriptum est in nostris codicibus. Pro quo Rob.
Stephanus, Regio exemplari semper inhærens, ma-
luit edere διδασκαλεῖα. Idque nobis mutare religio
fuit. Tantam tamen codicum nostrorum constan-
tiam haudquaquam spernendam esse existimo.

(4) *Εἰς τὸ ἄπειρον τείναι τὰς ἐπινοίας.* Vetus
interpretēs Irenæi vertit, In immensum extendit sen-
tentiam doctrine suæ. Ἐπινοίας igitur vocat com-
menta seu adinventiones Basilidis quas Hildem
refert Irenæus. Eas in immensum extendisse ait
Basilidem, quippe qui fabulosa quædam continisset
et vana. Hæc enim natura mendacii est, ut sit in-
terminatum et vagum, nullo certo modo ac termino
definitum. Veritas vero certa est, ac suis spatiis
circumscripτα, quibus nihil addi aut demī potest.
Itaque recte Plato in *Theæteto*, ni fallor, veritatem
ἐμμετρίαν seu *concinnitatem* esse dixit. Et Henne-
rus Thersiten ἀμετροπῆ vocavit, id est *tantum ac
mendacem*.

ἀποστολικῆς καὶ ἐκκλησιαστικῆς δόξης ὑπερμαχοῦντων, ἤδη τινὲς καὶ διὰ συγγραμμάτων τοῖς μετέπειτα προφυλακτικῶς αὐτῶν δὴ τούτων τῶν δηλωθεισῶν αἰρέσεων παρεῖχον ἐφόδους. Ἦν εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ἐν τοῖς τότε γνωριμωτάτου συγγραφῆως Ἀγρίππα Κάστορος ἱκανώτατος κατὰ Βασιλείδου ἔλεγχος, τὴν δεινότητα τῆς τάνδρως ἀποκαλύπτων γοητείας. Ἐμφαινῶν δ' οὖν αὐτοῦ τὰ ἀπόβρῆτα, φησὶν αὐτὸν εἰς μὲν τὸ Εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοὺς εἰκοσι συντάξει βιβλία (5), προφήτας δὲ αὐτῶν ὀνομάσαι Βαρκαβῶν καὶ Βαρκῶφ (6), καὶ ἄλλους ἀνυπάρχτους τινὰς (7) αὐτῶν συστησάμενον, βαρβάρους τε αὐτοῖς εἰς κατάπληξιν τῶν τὰ τοιαῦτα τεθηπῶτων ἐπιφημίσαι προσγορίας· διδάσκειν τε ἀδιαφορεῖν εἰδωλοθύτων ἀπογευμένων, καὶ ἐξομνυμένων ἀπαφυλάκτως τὴν πίστιν κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιροῦς, Πυθαγορικῶς τε τοῖς προσιοῦσιν αὐτῶν πενταετῆ σιωπὴν παρακελεύεσθαι. Καὶ ἕτερα δὲ τούτοις παραπλήσια ἀμφὶ τοῦ Βασιλείδου καταλέξας ὁ εἰρημένος, σὺν ἀγεννῶς τῆς δηλωθείσης αἰρέσεως εἰς προὔπτον ἐφώρασε τὴν πλάνην. Γράφει δὲ καὶ Εἰρηναῖος συγχρονισαί τούτοις Καρποκράτην, ἐτέρως αἰρέσεως τῆς τῶν Γνωστικῶν ἐπικληθείσης πατέρα· οἱ καὶ τοῦ Σίμωνος, οὐχ ὡς ἐκεῖνος κρύβδην, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς φανερόν, τὰς μαγείας παραδίδοναι ἱξίουν, ὡς ἐπὶ μεγάλοις δὴ μονοουχὶ σεμνυμένοι τοῖς κατὰ περιεργίαν πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένοις φίλτροις (8), ὄνειροπομοῖς τε καὶ παρέδροις τισὶ δαίμοσι (9), καὶ ἄλλαις ὁμοιοτρόποις

(5) *Εἰς μὲν τὸ Εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοὺς εἰκοσι συντάξει βιβλία.* Non dicit Eusebius in quodam Evangelium Basilides eos libros scripserit; ntrum in Evangelium Matthæi, an Marci. Ac forlasse hos viginti quatuor libros composuerat Basilides in suum ipsius Evangelium. Scriperat enim evangelium Basilides, et suo nomine prænotaverat, τὸ κατὰ Βασιλείδην Εὐαγγέλιον, ut testatur Origenes in homilia 1 in Lucam, Ambrosius in præmium B. Lucæ, Hieronymus præfatione in Matthæum. Hi autem libri Basilidis ἐξηγητικῶν dicebantur. Certe Clemens Alexandrinus in lib. iv Stromateon loca quædam affert ex lib. xviii Basilidis Ἐξηγητικῶν.

(6) *Προφήτας δὲ ἐν τῶν ὀνομάσαι Βαρκαβῶν καὶ Βαρκῶφ.* Ita quidem codex Reginus. Sed in codice Maz., Med. et Fuk. scriptum est Βαρκαβῶν cum accentu gravi in ultima. Nec aliter Nicephorus, nisi quod ultimam circumflecit. Apud Rufinum quoque, et apud Hieronymum in Indiculo hæreseon Barcabas dicitur. Sic enim præferunt manuscripti codices Rufini. Cæterum in hos prophetas Barcabam et Barcob, Isidorus, Basilidis filius, *Expositionum libros* scripserat, ut docet Clemens Alexandrinus in lib. vi Stromateon : Ἰσιδωρος δὲ, ὁ Βασιλείδου υἱὸς ἄμα καὶ μαθητῆς, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Τοῦ προφήτου Παρχῶφ ἐξηγητικῶν. Ubi Παρχῶφ emendandum videtur, nisi quis existimare malit, Παρχῶφ etiam unum fuisse ex prophetis illis a Basilide confictis. Ex eorum prophetarum numero fuit etiam Cham, cujus nomine Basilides librum *Prophetiæ* contexuerat, ut ex Isidori verbis ibidem a Clemente citatis colligitur.

(7) *Καὶ ἄλλους ἀνυπάρχτους τινὰς.* Frustra Christophorsonus angelos hic inseruit, quasi in Eusebii textu aliquid deesset. Verum Eusebius tantum de prophetis loquitur quos sibi commentus fuerat Basilides. Atque ita hunc Eusebii locum acceperunt Hieronymus in *Catalogo*, ubi de Agrippa Castore loquitur, et Theodoritus in lib. i *hæreticarum Fa-*

A *caque doctrina disertissime decertarent, nonnulli etiam assertiones suas scriptis proditas tanquam* **120** *remedia ad cavendas supradictas hæreses comparata, posteris reliquerunt. Ex quibus pervenit ad nos Agrippæ Castoris, scriptoris ea ætate nobilissimi, validissima adversus Basilidem confutatio, in qua hominis præstigæ ac fraudes deteguntur. Dumque cuncta ejus arcana profert in lucem, quatuor et viginti libros in Evangelium ab illo conscriptos esse memorat, ipsumque sibi prophetas conflinxisse Barcabam et Barcoph, aliosque nonnullos qui nunquam exstitissent: iisque barbara quædam nomina imposuisse, ad percellendos eorum animos, qui hujusmodi rerum admiratione capiuntur. Ait præterea illum docere, quod indifferens sit victimas diis immolatas degustare, et persecutionum tempore licenter fidem abnegare. Sectatoribus quoque suis Pythagoreorum more silentium quinquennii eum indicere affirmat. His aliisque similibus de Basilide recensitis, supradictus scriptor hæresis hujus errores in lucem protractos validissime coarguit. Sed et Carpocratem quemdam iisdem vixisse temporibus scribit Irenæus, alterius sectæ, quæ Gnosticorum dicitur, conditorem. Hi magicas Simonis præstigias non clam ut ille, sed palam ac publice tradendas esse censebant: et philtis arte magica curiose elaboratis, paredris quoque et somniorum immisoribus quibusdam spiritibus, aliisque hujus-*

C *bularum, et Nicephorus in libro quarto. Recte porro Eusebius noster Basilidis hæresim principatu Adriani cœpisse dicit. Tunc enim primum hæretici ex latebris prodire et caput attollere cœperunt, cum apostolis omnibus jam extinctis, opportunum sibi adesse tempus ad evulganda errorum suorum dogmata existimarent. Clemens certe in lib. vi Stromateon, de Basilide idem testatur his verbis: Κάτω δὲ περὶ τοὺς Ἀδριανου τοῦ βασιλέως χρόνους οἱ τὰς αἰρέσεις ἐπινοήσαντες γεγόνασι, καὶ μέχρι γὰρ τῆς Ἀντωνίνου τοῦ πρεσβυτέρου διέτειναν ἡλικίας, καθάπερ ὁ Βασιλείδης.*

(8) *Φίλτροις.* Amatoria vertit Rufinus, non male. Sic enim Latini vocant quæ Græci φίλτρα. Amm. Marcellinus lib. xxix: *Immittebantur confestim, qui signatis domibus inter scrutinia supellectilis præntis addicti, incantamenta quædam anilia, vel ludibriosa subderent amatoria.*

(9) *Παρέδροις τισὶ δαίμοσι.* Paredros spiritus Latine dixit Tertullianus in libro *De anima*, quos cum catabolicis et pythonicis spiritibus qui a Magis immittebantur, conjungit. Dicebantur autem paredri dæmones, qui hominibus assistebant, et morbos atque infortunia ab iisdem avertabant. Docet id Tertullianus in *Apologetico*, cap. 23, his verbis: *Si et somnia immittunt, habentes simul inviatorum angelorum et dæmonum assistentem sibi potestatem.* Magi quippe assistentes sibi et obsequentes dæmones habebant, qui essent ipsorum paredri; quorum ope multa miracula edebant. Sed et aliis immittebant ejusmodi spiritus, ut vel somnia eis injicerent, vel eis perpetuo ad tutelam assisterent. Priores spiritus ὄνειροπομοῦς, secundos παρέδροις vocabant. Interdum etiam pueros magicis carminibus elidebant, qui deinde tanquam ex comitali morbo excitati, consulentibus futura prædicarent. Quod per catabolicos spiritus faciebant, ut ad Tertulliani apologeticum Heraldus recte observavit. Eos catabolicos spiritus vocat Tertullianus. Ex his patet

modi maleficiis tanquam maximis ac pulcherrimis rebus gloriabantur. Consequenter etiam docebant, quicumque ad perfectionem mysteriorum, seu potius flagitiorum quæ apud ipsos agebantur, pervenire vellent, eos turpissima quæque perpetrare oportere: quippe qui mundi hujus principes ac rectores, ut ipsi vocant, aliter evitare non possent, nisi unicuique eorum debita munera per obscenissimam libidinem persolvissent. His igitur ministris usus malignus ille dæmon, primum effecit, ut ex fidelibus, quicumque ab illis decepti essent, ad miserabile exitum tanquam captivi abducerentur. Deinde gentibus a fide nostra alienis, a amplam obtrectandi et calumniandi Evangelii materiam subministravit: dum ab illis primum orta infamia, ad totius Christiani nominis opprobrium diffunderetur. Atque hinc factum est, ut absurda quædam et impia de nobis opinio apud infideles tunc temporis spargeretur, quasi nefario concubitu **121** cum sororibus et matribus misceri, et execrandis lapibus vesri solemus. Sed hæc dæmonis artes nequaquam in diuturnum tempus ei processere, quippe cum veritas ipsa seipsam astrueret et commendaret, progressue temporis clarius in dies elucesceret. Et adversariorum quidem inventa a semetipsis confutata, confestim exstincta sunt: aliis super alias exorientibus sectis, cum priores assidue diffuissent, et in multiplices ac multiformes errorum species vario quæque modo evanescentes. Catholica autem Ecclesia, quæ sola vera est, semperque sui similis et constans, novis quotidie incrementis augebatur: gravitate, sinceritate, ac libertate, modestia denique et sanctitate vitæ cujusdam philosophiæque divinæ,

error Cl. Salsmasii, qui in notis ad Spartianum, pag. 40, paredros dictos esse affirmat eos qui ex hominibus inter deos relati, facti essent assessores deorum. Quam Salsmasii opinionem amplexus est Gothofredus in notis ad librum II Tertulliani *Ad nationes*. Longe rectius Turnebus in lib. xxvi *Adversariorum*, nisi quod *malos genios* interpretatur, cum tamen boni genii et ἀλεξίκαχοι ita dicerentur, ut de Hephæstione scribit Lucianus. Denique paredros fere vocabant deos inferos, non autem cælestes, quod cum a Salsmasio minime observatum esset, causam erroris ei præbuit. Ita Demosthenes in oratione funebri in fine: Πῶς οὐ χρὴ τούτους εὐδαίμονας νομίζεσθαι, οὐς παρέδρους εἰκότως ἂν τις φήναι τοῖς κάτω θεοῖς εἶναι. Diodorus Siculus in lib. I, pag. 45, Πρὸς τε τὸν Ὅσιριν καὶ τοὺς κάτω παρέδρους. Nostram sententiam confirmat etiam Ruffini locus in lib. II *Historiæ*, cap. 15, in fine, ubi de Simone Mago sic dicit: *Utens adminiculo assistentis sibi et adhærentis dæmoniacæ virtutis, quam παρέδρον vocant*. Et in lib. II *Recognitionum* Clementis: *Pueri, inquit, incorrupti et violenter necati animam juramentis ineffabilibus evocantem assistere mihi feci, et per ipsam fit omne quod jubeo*, ait Simon Magus.

(10) *Συναπέσθη γοῦν ἅμα τῷ χρόνῳ*. In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil. deest ἅμα.

(11) *Μόνη παρὰ πᾶσι κρατούσα*. Hinc factum est ut Christiana religio a gentilibus tandem vocata fuerit ita κρατούσα δόξα, et Christiani κρατοῦντες dicerentur. Ita Damascius in *Isidori Vita*, pag. 1058, de Petro Mc gc cquens Alexandrinæ urbis

τις ἀγωγὰς· τούτοις τε ἀκολούθως πάντα δρῶν χρῆναι διδάσκειν τὰ ἀισχρομυρότατα τοὺς μέλλοντας εἰς τὸ τέλειον τῆς κατ' αὐτοὺς μυσταγωγίας, ἢ καὶ μᾶλλον μυσταρωποιίας ἐλευθεσθαι, ὡς μὴ ἂν ἄλλως ἐκφευξομένους τοὺς κοσμικοὺς, ὡς ἂν ἐκείνοι φαίεν, ἀρχοντας, μὴ οὐχὶ πᾶσι τὰ δι' ἀλήθειαν ἀπονεύματα χρέα. Τούτοις δὲ συνέβαινε διακόνους χρώμενον τὸν ἐπιχειρησάκων δαίμονα, τοὺς μὲν πρὸς αὐτῶν ἀπατωμένους οἰκτρῶς οὕτως εἰς ἀπόλειαν ἀνδραποδίζεσθαι, τοὺς δὲ ἀπίστοις ἐθνεσι πολλὴν παρέχειν κατὰ τὸ θεῖον λόγον δυσφημίας περιουσίαν, τῆς ἐξ αὐτῶν φήμας εἰς τὴν τοῦ παντὸς Χριστιανῶν ἔθρους διαβολῆν καταχεομένης. Ταύτη δ' οὖν ἐπιπλεῖστον συνέβαινε τὴν περὶ ἡμῶν παρὰ τοῖς τότε ἀπίστοις ὑπόνοιαν δυσσεβῆ καὶ ἀποπωτάτην διαδιδόσθαι, ὡς δὴ ἀθεμίτους πρὸς μητέρας καὶ ἀδελφὰς μίξαι ἀνοσίαις τε τροφαῖς χρωμένων. Οὐκ εἰς μακρὸν γε μὴν αὐτῷ ταῦτα προϋχέει, τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἑαυτὴν συνιστώσης, ἐπὶ μέγα τε φῶς κατὰ τὸν προῖοντα χρόνον διαλαμπούσης. Ἐσθεστο μὲν γὰρ αὐτίκα πρὸς αὐτῆς ἐνεργείας ἀπελεγχόμενα τὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιτεχνήματα, ἄλλων ἐπ' ἄλλαις αἰρέσεων καινοτομουμένων ὑπὸ βροσῶν ἀεὶ τῶν προτέρων, καὶ εἰς πολυτρόπους καὶ πολυμύθους ἰδέας ἄλλοτε ἄλλως φειρομένων προφῆαι δ' εἰς ἀβύσσον καὶ μέγεθος ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα ἢ τῆς καθόλου καὶ μόνης ἀληθείας Ἐκκλησίας λαμπρότης, τὸ σεμνὸν καὶ εὐκρινὲς καὶ ἐλευθέριον, τὸ τε σῶφρον καὶ καθαρὸν τῆς ἐνθεοῦ πολιτείας τε καὶ φιλοσοφίας εἰς ἅπαν γένος Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ἀποστειλοῦσα. Συνάπεσθη γοῦν ἅμα τῷ χρόνῳ (10) καὶ ἡ κατὰ παντὸς τοῦ δόγματος διαβολή, ἔμενε δὲ μόνη ἄρα παρὰ πᾶσι κρατούσα (11) καὶ ἀνομολογουμένη τὰ μάλιστα δια-

episcopo: Ὁ δὲ τῶν κρατούντων τὴν δόξαν ἐπισκοπεῖν εὐληχῶς ὄνομα Πέτρος, ἀνὴρ ἰταμὸς καὶ περιπονηρὸς. Id est: *Is vero qui prævalens tunc religionis episcopus erat*, etc. Idem cursus pag. 1072, de Ammonio loquens, Ὁμολογίας τίθεται πρὸς τὴν ἐπισκοποῦντα τὸ τρηκαῖα τὴν κρατοῦσαν δόξαν. Id est: *Paciscitur cum eo qui tunc temporis episcopus erat prævalentis sectæ*, Christianorum scilicet. Denique idem Damascius apud Suidam in voce *Σεθηριανός*: Τούτῳ, inquit, κατεπηγγέλατο Ζήνων βασιλεὺς, εἰ γένοιτο τῶν κρατούντων, τὴν μετὰ βασιλέα μεγίστην ἀρχήν. Id est: *Huic Zeno Augustus maximam ab imperatore dignitatem, præfecturam scilicet prætorii, promisit, dummodo Christianus fieret*. Sed et Porphyrius longe ante Damascium ita locutus fuerat in libro *De oraculorum philosophia*, cujus locum adduxit Eusebius in libro nono *Præparationis evangelicæ*, cap. 10, et Theodoritus in libro 14 *De curatione Græcicæ superstitionis*: Χαλκίδετος γὰρ ἢ πρὸς θεοὺς ὁδὸς, αἰπεινὴ τε καὶ τραχεῖα, ἧς πολλὰς ἀτραποὺς βάρβαροι μὲν ἐξεύρου, Ἕλληνες δὲ ἐπιλανθήσαν, οἱ δὲ κρατοῦντες ἤδη καὶ διεφθίεραν. Id est: *Via quidem que ducit ad deos, ære munita est et ardua atque aspera: cujus plurimas vias calles barbari repererunt: Græci vero ab ea longius aberraverunt; qui autem nunc prævalent, prorsus corruerunt*. Scio quidem tam Eusebii quam Theodorii interpretes vocem κρατοῦντας aliter explicasse. Sed nego alium Porphyrii sensum fuisse, quam illum quem in interpretatione mea expressi. Sic Chrysostomus in *homilia 34 in Mattheum*, pag. 529: Οὐ μάλιστα, οὐ δεσμητήρια, οὐκ ἀρχοντας, οὐ συναγωγὰ ἐπίκεινται, ἀλλὰ

πρέπειν ἐπὶ σεμνότητι καὶ σωφροσύνῃ θείοις τε καὶ φιλοσόφοις δόγμασιν, ἢ καθ' ἡμᾶς διδασκαλία, ὡς μηδὲνα τῶν εἰς νῦν αἰσχυρῶν ἐπιφέρειν τολμᾶν κατὰ τῆς πίστεως ἡμῶν δυσφημίαν, μηδὲ τινα τοιαύτην διαβολὴν, οἷαις πάλαι πρότερον φίλον ἦν χρῆσθαι τοῖς καθ' ἡμῶν ἐπισυνισταμένοις. Ὅμως δ' οὖν κατὰ τοὺς δηλοῦμένους αὐτοὺς παρήγεν εἰς μέσον ἡ ἀλήθεια πλειοῦς ἑαυτῆς ὑπερμάχους, οὐ δι' ἀγράφων αὐτὸ μόνον ἐλέγχων, ἀλλὰ καὶ δι' ἐγγράφων ἀποδείξεων κατὰ τῶν ἀθέων αἰρέσεων στρατευομένων.

veteres illi nostræ religionis hostes jactare consueverant. Cæterum illis temporibus rursus veritas plures sui patronos in medium produxit, qui non solum viva voce, sed etiam scriptis disputationibus adversus impias hæreses decertarunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Πέντε ἐκκλησιαστικοὶ συγγραφεῖς (Nic. H. E. IV, 5).

Ἐν τούτοις ἐγνωρίζετο Ἡγήσιππος (12), οὗ πλείσταις ἤδη πρότερον κεχρήμεθα φωναῖς, ὡς ἂν ἐκ τῆς αὐτοῦ παραδόσεώς τινα τῶν κατὰ τοὺς ἀποστόλους παρατιθέμενοι. Ἐν πέντε δὲ οὖν συγγράμμασιν οὗτος τὴν ἀπλανῆ παραδόσιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος ἀπλουσιᾶτι συντάξει γραφῆς ὑπομνηματισάμενος, καθ' ὃν ἐγνωρίζετο σημαίνει χρόνον, περὶ τῶν ἀρχήθεν Ἰδρουσάντων τὰ εἰδῶλα οὕτω πως γράφων· « Οἷς κενοτάφια (13) καὶ ναοὺς ἐποίησαν ὡς μέχρι νῦν ὄν ἐστι καὶ Ἀντινοῦς δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος, οὗ καὶ ἄγων ἄγεται Ἀντινόσιος (14), ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος (15). Καὶ γὰρ καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπ' ὠνυμον Ἀντινοῦ, καὶ προφήτας (16). » Κατὰ τοῦτον

A omnium oculos non Græcorum modo, verum etiam barbarorum perstringens. Simul etiam extincta est temporis lapsu calumnia illa, quæ universæ religioni nostræ afflicta fuerat. Mansitque tandem disciplina nostra, sola omnium consensu superior et victrix, ac præ reliquis sectis modestia, gravitate, divinæque sapientiæ præceptis excellere ab omnibus judicata: adeo ut exinde ad nostra usque tempora nemo sit ausus ullam infamiæ labem fidei nostræ aspergere, aut aliquam ejus modi calumniam inferre, qualem

B

CAPUT VIII.

Quinam tunc fuerint ecclesiastici scriptores.

Inter quos celebris fuit Hegesippus, cujus testimonio in superioribus libris sæpissime uti fuimus, cum res apostolorum temporibus gestas ex illius fide ac relatione traderemus. Hic in quinque libris simplici admodum sermone conscriptis verissimam apostolicæ prædicationis historiam complexus, tempus ipsum quo floruit, aperte designat, cum de iis qui simulacra primum erigere cœperant, in hunc modum scribit: « Quibus cenotaphia templaque exstruxerunt, sicut nunc etiam fieri videmus. Ex quibus fuit Antinous, servus Cæsaris Adriani, 122 in cujus honorem certamen sacrum quod Antinoium vocant, nostra etiam ætate celebratur. Nam et

καὶ τουναντίον ἅπαν, ἡμεῖς ἀρχομεν καὶ κρατοῦμεν· καὶ γὰρ βασιλεῖς εὐσεβεῖς, etc. Ex his intelligendus est Iuliani locus in *Misoprogone*, pag. 99: Καὶ ὁ μὲν θεὸς ἐμαρτύρησέ μου τοῖς λόγοις, ἐκλιπῶν τὸ πρόστασιον ὁ πολὺν ἐτήρησε χρόνον ἐν ἐκείνῃ τῇ ζάλῃ, τρέψας ἀλλαγῶν τῶν κρατούντων τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν χεῖρα βιασάμενος. Quæ sic interpretantur: *Meamque orationem Deus testimonio suo comprobavit, quod utinam nunquam fecisset, relicto suburbano quod tamdiu servaverat, cum eorum qui tunc temporis prævalebant, in illa tempestate ac procella mentes alio avertisset, manusque repressisset.* Tempestatem ac procellam vocat Constantiniana tempora, quibus templa deorum toto pene orbe terrarum subversa fuerant a Christianis; quorum tamen manus Apollinis Daphnæi templum effugerat.

(12) Ἐγνωρίζετο Ἡγήσιππος. Non recte, meo quidem iudicio, Hegesippus confertur in tempora imperatoris Adriani. Nec locus ille Hegesippi quem hic adducit Eusebius, id evincit. Certe Hegesippus libros suos scripsit pontificatu Eleutheri, ut ipsemet testatur infra cap. 22. Æqualis igitur fuit Irenæo, qui et ipse sub Eleuthero Romanae urbis episcopo insignes illos adversus hæreses libros edidit. Hieronymus tamen hunc Eusebii nostri locum secutus, in *Catalogo ecclesiasticorum scriptorum* Hegesippum præpositum Justinò, quod utique fieri non debuit. Certe Eusebius aoster in cap. 21 et 22 huius libri, quasi priorem sententiam retractans, Hegesippum confert in tempora Marci Antonini.

(13) Οἷς κενοτάφια. Hieronymus in *Catalogo* sic vertit: *Tumulos etiam templaque fecerunt.* Rufinus vero sic interpretatur, quibus templa, imò potius sepulcra fecerunt.

(14) Ὁ καὶ ἄγεται ἄγων Ἀντινόσιος. Hic ægon in honorem Antinoi ab Adriano institutus, quinqueennis fuit, et Mantinea in Arcadia celebrabatur, ut scribit Pausanias in *Arcadicis*. Male ergo Rufinus ægonem annum de suo adiecit.

(15) Ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος. Hæc est scriptura codicis Regii quem fere ubique secutus est Rob. Stephanus. Verum in tribus aliis, Maz., Med. et Fuk., hic locus ita legitur ac distinguitur, Ὁ καὶ ἄγων ἄγεται Ἀντινόσιος ἐφ' ἡμῶν γενόμενος. Sed et in Saviliano codice et apud Nicephorum legitur γενόμενος. Quam quidem lectionem secutus videtur Rufinus; sic enim vertit: *Cui ægones annui celebrantur, qui Antinoii appellantur, nostris adhuc temporibus instituti.* Certe dubitari non potest, quin hæc lectio priori sit anteferenda. Id enim probare vult Eusebius, Hegesippum floruisse temporibus Adriani. Quod quidem ex eo concludit, quod Hegesippus ipse restatur certamen Antinoium sua ætate institutum fuisse. Quod si legamus cum Regio codice ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος, tum argumentatio Eusebii non valebit. Sensus enim hic erit, certamen Antinoium adhuc ætate Hegesippi celebratur fuisse. Ex quo tantum adest ut concludi possit, Hegesippum vixisse imperante Adriano, quin potius illud consequitur, non nisi post obitum Adriani Hegesippum libros suos composuisse. Nam si principatu Adriani scripsisset Hegesippus, non utique diceret certamen Antinoium adhuc sua ætate actum fuisse: quippe cum Adrianus sub finem imperii sui ægonem illud instituerit. Cæterum has voces ἐφ' ἡμῶν γινόμενος mallem referre ad vocem Ἀντινόσιος, et totum hunc locum ita construere, Ὁν ἐστι καὶ Ἀντινοῦς, δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος ἐφ' ἡμῶν γινόμενος, οὗ καὶ ἄγων ἄγεται Ἀντινόσιος. Atque ita Hegesippi locum ab Eusebio acceptum esse pro certo habeo. Sic Justinus in *Apologético* de hoc ipso Antinoio loquens sic ait: Καὶ Ἀντινοῦ τοῦ νῦν γενομένου.

(16) Καὶ προφήτας. Hieronymus in *Catalogo* vertit: *Civitatemque ex ejus nomine condidit, et prophetas statuit in templo* Rufinus vero adhuc fusiùs: *Nam et civitatem condidit ejus nomini Antinoium, et templa ei et sacerdotes instituit ac prophetas.* Sæpe

urbem Antinoo cognominem Adrianus condidit, et prophetas instituit. » Eodem tempore Justinus, veræ philosophiæ amator sincerissimus, adhuc gentilium philosophorum scriptis ac sermonibus adhærescebat. Qui etiam in *Apologetico* ad imperatorem Antoninum scripto, hoc ipsum tempus designat his verbis : « Nec absurdum, inquit, videtur Antinoo qui nuperrime vixit, mentionem hic facere : quem omnes tanquam deum colere per vim ac metum instituerunt; cum quis esset et unde oriundus, probe cognitum haberent. » Idem quoque belli Judaici, quod tunc temporis gestum est, meminit his verbis : « Nam et in bello, inquit, Judaico quod nuper gestum est, Barchochebas, is qui Judaicæ defectionis auctor et signifer fuit, solos Christianos acerbissimis tormentis cruciari iussit, nisi Christum abnegarent et maledictis incenserent. » Sed et in eodem libro loquens de conversione sua a gentilium philosophia ad veri Numinis cultum, id non temere ac leviter, sed cum ratione ac iudicio ab se factum esse declarat his verbis : « Nam et ego, inquit, qui Platonis doctrinam amplexus fueram, cum Christianos calumniis appelli audirem, eosque adversus mortem et cætera quæ formidabilia habentur, fortes atque intrepidos viderem, sic apud me reputabam, fieri non posse ut iidem vitis ac voluptatibus dediti essent. Quis enim voluptatibus deditus, aut in-

in Græcis Hegesippi verbis aliquid necessario splendendum est. Nam ἔκτισσε προφήτας, Græce vix dici potest. Sed meminisse debemus, Hegesippum simpliciter admodum et plebeio sermone scribere, ut hic etiam testatur Eusebius. Itaque Græca ejus verba interpretatione adjuvanda sunt. Frustra igitur Salmastius emendare aggressus est in notis ad *Historiam Augustam*, pag. 41. Ubi etiam quinquam hic dicerentur prophetæ non intellexit. Sciendum est, igitur apud Ægyptios summum sacerdotem qui reliquis sacerdotibus et pastophoris præesset, et qui templorum reditus cæteris distribueret, dictum esse prophetam. Primus enim in templo procedebat cantor, deinde horoscopus, tum scriba seu ἱερογραμματεὺς, postea vestitor seu στολιότης; deinde novissimus incedebat propheta hydriam in sinu gestans, ut docet Clemens Alexandrinus in lib. vi, pag. 269. Epiphanius in libro iii *Adversus hæreses*, Παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις προφήται καλούμενοι, τῶν ἀδύτων τε καὶ ἱερῶν ἀρχηγοί. Eorundem prophetarum meminit Philostratus in libro iii *De vita Apollonii*, cap. 1, et Diogenes Laertius in præmio operis sui; Themistius in oratione 2, et Firmicus in libris *Matheseos* non semel. Clemens denique in libro i *Recognitio-num*, haud procul ab initio : *Ægyptum*, inquit, *petam, atque ibi hierophantis vel prophetis qui adytis præsumi, amicus efficiar; et pecunia invitatum magnum precabor, ut educat mihi animam de infernis.* Fuerunt etiam Idæi Jovis prophetæ in Creta, de quibus Porphyrius in libro iii *De abstinentia*. Porro de prophetis Antinoo ab Adriano institutis mentio est in veteri inscriptione Græca quam citavit Casaubonus in notis ad Spartianum. Adde hic veterem inscriptionem quam refert Gruterus pag. 314, ubi Enibes quidam Ægyptius προφήτης dicitur, id est sacerdos Serapidis. Quare non mirum est si Antinoo ab Adriano consecratus prophetas habuit, quippe cum ab Ægyptiis præcipue coleretur. Cur autem Ægyptii prophetas vocarent antistites suos, hæc mihi causa esse videtur, quod arcana quædam sacra ac mysteria ab iis tradi crederent. Prophetæ

δὲ καὶ Ἰουστίνος (17), γνήσιος τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας ἐραστῆς, ἔτι τοῖς παρ' Ἑλλησιν ἀσχοῦμενος ἐνδιέτριβε λόγους. Σημαίνει δὲ καὶ αὐτὸς τουτοὶν τὸν χρόνον ἐν τῇ πρὸς Ἀντωνίνον Ἀπολογία ὡς γράφων· « Οὐκ ἄστοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τοῦτοις ἡγούμεθα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου· ὃν καὶ ἅπαντες ὡς θεὸν διὰ φόβον σέβειν ὤρμηγτο, ἐπιστάμενοι τίς τε ἦν καὶ πόθεν ὑπῆρχεν. » Ὁ δ' αὐτὸς καὶ τοῦ τότε κατὰ Ἰουδαίων πολέμου μνημονεύων, ταῦτα παρατίθεται· « Καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν γενομένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ (18), Βαρχυεδᾶς ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης, Χριστιανούς ὁμούςς εἰς τιμωρίας δεϊνός, εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν καὶ βλασφημοῖεν, ἐκέλευεν ἀγεσθαι. » Ἐν ταῦτι δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐπὶ τὴν θεοσέβειαν μεταβολὴν αὐτοῦ, ὅτι μὴ ἀλόγως, μετὰ κρίσεως δ' αὐτῷ γέγινε δηλῶν, ταῦτα γράφει· « Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανούς, ὤρων δὲ καὶ ἀφόβους πρὸς θάνατον καὶ πάντα τὰ νομιζόμενα φοβερά, ἐνενοῦν ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ καὶ φιλήδονᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. Τίς γὰρ φιλήδονος ἢ ἀκρατῆς καὶ ἀνθρωπειῶν σαρκῶν βορᾶν ἡγούμενος ἀγαθόν, δύναται ἂν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως τῶν ἑαυτοῦ στερηθεῖσι ἐπιθυμιῶν, ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν ἀεὶ τὴν ἐνθάδε βιοτὴν καὶ λανθάνειν τοὺς ἀρχόντας ἐπειρᾶτο, οὐχ ὅτι ἑαυτὸν κατήγγελλε φονεῦθισόμενον; » Ἐτι δ' ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ δεξιόμενον τὸν

enim dicuntur quasi arcanorum interpretes. Habuit certe Antinous sacra sua ac mysteria, quibus initiabantur qui vellent. Testatur id Pausanias in *Arcadiciis* : Καὶ τελετὴ τε κατὰ ἔτος ἕκαστον, καὶ ἀγῶν ἔστιν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου. Id est : *Et mysteria quotannis, et quinto quoque anno certamina in honorem ejus celebrantur.*

(17) Κατὰ τοῦτον δὲ καὶ Ἰουστίνος. Ita quidem codex Regius. Verum in Medicæo, Fuk. et Savil. legitur κατ' αὐτὸν δέ, etc. Codex autem Mazarinus scriptum habet κατὰ ταῦτόν δέ, secunda tamen syllaba præpositionis tribus punctis superpositis notata est, quo significatur eam delendam esse. Mihi tamen valde placet ea lectio. Κατὰ ταῦτόν enim idem est ac κατὰ τὸ αὐτὸ τοῦ καιροῦ.

(18) Ἐν τῷ νῦν γενομένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ. Male Rufinus emique secutus Christophorusson verterunt *In hoc quod nunc geritur bello Judaico*. In eodem quoque errore versatus est Scaliger, ut ex Eusebianis ejus Antinadversionibus colligitur, pag. 298. Putavit enim τὸ νῦν dici non posse nisi de re admodum recenti, ne dicam præsentī. Itaque ex hac Justinī voce necessario consequi ait, bellum Judaicum sub extrema Adriani tempora profligatum fuisse, et Justinum Antonino Pio *Apologeticum* suum obtulisse imperii ejus initio. Verum nihil necesse est ita affirmare; νῦν enim dici potest de re quæ nostra ætate facta est, idemque valet ac τὸ καθ' ἡμᾶς, quod Eusebius usurpare solet de rebus multo ante gestis : ut cum dicit de Porphyrio philosopho, ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος. Denique ipse Justinus in hoc loco quem præ manibus habemus, de Antinoo ita loquitur : Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου, id est, de Antinoo qui nostra ætate vixit. Certe Græci νῦν ponunt pronuper. Ita Sophronius, qui librum Hieronymi *De scriptoribus ecclesiasticis* Græce vertit, verba illa Hieronymi cap. 2 : *Evangelium quoque quod appellatur secundum Hebræos, et a me nuper in Græcum Latinumque sermonem translatum est*, Græce dixit : Ὅτι ἐπ' ἐμοῦ νῦν εἰς τὴν Ἑλληνικὴν καὶ Ῥωμαϊκὴν γλῶτταν μετεβλήθη.

Ἀδριανὸν παρὰ Σερενίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἠγουμένου (19) γράμματα ὑπὲρ Χριστιανῶν, περιέχοντα ὡς οὐ δίκαιον εἶναι ἐπὶ μηδενὶ ἐγκλήματι, βραχίως δὴ μὴ ἡμῶν χαριζομένους ἀκρίτως κτείνειν αὐτοὺς, ἀντιγράψαι Μινουκίῳ (20) Φουνδάνῳ ἀνθυπᾶτῳ τῆς Ἀσίας, προστάττοντα μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλήματος καὶ εὐλόγου κατηγορίας. Καὶ τῆς ἐπιστολῆς δὲ ἀντίγραφον παρατίθεται. τὴν Ῥωμαϊκὴν φωνὴν ὡς εἶχε, διαφυλάξας. Προλέγει δ' αὐτῆς ταῦτα: « Καὶ ἐξ ἐπιστολῆς δὲ τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου Καίσαρος Ἀδριανοῦ τοῦ πατρὸς ὑμῶν ἔχοντες ἀπαίτειν ὑμᾶς καθὰ ἠξιώσαμεν κελύσαι τὰς κρίσεις γίνεσθαι, τοῦτο οὐχ ὡς ὑπὲρ Ἀδριανοῦ κελύσομεν μᾶλλον ἠξιώσαμεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἐπίστασθαι δίκαιαν ἀξιοῦν τὴν προσφώνησιν (21). Ὑπετάξασθε δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς Ἀδριανοῦ τὸ ἀντίγραφον, ἵνα καὶ τοῦτο ἀληθεύειν ἡμᾶς γνωρίζητε. Καὶ ἔστι τόδε. » Τούτοις ὁ μὲν δηλωθεὶς ἀνὴρ αὐτὴν παρατίθεται τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀντιγραφὴν (22), ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὸ Ἑλληνικὸν κατὰ δόξαν αὐτὴν μετελήσαμεν (23), ἔχουσαν ὧδε.

poscebamus, juberetis; id tamen non tam idcirco postulavimus quod ab Adriano ita constitutum esset, quam propterea quod petitionem nostram justissimam esse intelligimus. Atque ut in eo quoque verum a nobis dici perspiciatis, exemplum epistolæ Adriani subjecimus, quod est hujusmodi. Post hæc idem Justinus ipsum exemplar epistolæ Latino sermone scriptum subjungit: quod nos, prout potuimus, Græce interpretati sumus hoc modo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'

Ἐπιστολὴ Ἀδριανοῦ ὑπὲρ τοῦ μὴ δεῖν ἀκρίτως ἡμᾶς ἐλαύνειν (Nic. H. E. III, 27).

« Μινουκίῳ Φουνδάνῳ. Ἐπιστολὴν ἡδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ Σερενίου (24) Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἀνδρός, ὄντινα σὺ διεδέξω. Οὐ δοκεῖ μοι οὖν τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν, ἵνα μὴ τε οἱ ἀνθρώποι ταραττωνται, καὶ τοῖς συκοφάνταις χορηγία κακοουργίας παρασχεθῆ. Εἰ οὖν σαφῶς εἰς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οἱ ἐπαρχῶνται δύνανται διεσχυρίζεσθαι κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὡς καὶ πρὸ βήματος ἀποκρίνασθαι, ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶναι, ἀλλ' οὐκ ἀξιώσεις (25),

(19) *Λαμπροτάτου ἠγουμένου*. Hieronymus in *Chronico* euniquè secutus Orosius *legatum* interpretatur et *virum apprimè nobilem*. Christophorus vero *praefectum illustrissimum* vertit, graviori adhuc errore. Nam cum ex epistola ipsius Adriani quæ infra subjicitur, constet Serenium Granianum decessorem fuisse Minucii Fundani, ipsum vero Minucium proconsulem Asiæ fuisse diserte testetur Justinus: necessario conficitur Granianum proconsulem Asiæ existisse. Ac profecto miror, hunc Hieronymi errorem a Scaligero non esse observatum. At Rufinus, æmulus Hieronymi, longe profecto rectius; sic enim vertit: *Suscepit a Serenio Graniano clarissimo viro præside litteris*, etc. *Præses enim vox generalis est*, quæ tam de proconsule quam de legato Cæsaris dici potest. Porro Serenium malim scribere cum Rufino et Hieronymo, quam Serenium. Quanquam optimum et antiquissimum codex Rufini diserte scriptum habet *Serenio*.

(20) *Ἀντιγράψαι Μινουκίῳ*. Quæri non immerito potest cur Adrianus ipsi Graniano a quo litteras acceperat, non responderit, sed epistolam suam miserit ad Minucium Fundanum successorem Graniani. Equidem banc ejus rei causam fuisse opinor, quod Granianus post litteras missas ad imp. Adrianum, aut extremum diem obierat, aut ex magistratu decesserat. Proconsules enim annui erant.

A temperans, et humanis carnibus vesci pro deliciis habens, mortem ipsam possit libenter amplecti, quæ suas ipsi cupiditates ereptura sit, ac non potius omnibus modis contendat, ut in hac vita perpetuo degat et magistratus ipsos lateat, nedum se ipse necandum ultro prodat ac deferat? Refert præterea idem Justinus, imperatorem Adrianum acceptis a viro clarissimo Serenio Graniano proconsule litteris, quibus monebat iniquum videri, Christianos nullo objecto crimine, tumultuosis vulgi clamoribus gratificandi studio, indicta causa occidere; rescripsisse Minucio Fundano Asiæ proconsuli, ne quis posthac sine obitu criminis et legitima accusatione condemnaretur. Cujus epistolæ exemplum, Latino, ut erat, sermone conscriptum, ibidem affert Justinus, præmissis interim his verbis: « Ac nos quidem, inquit, tametsi ex epistola 123 maximi et nobilissimi Cæsaris Adriani parentis vestri jure postulare a vobis poteramus, ut judicia de Christianis fieri ex ea formula quam

B his verbis: « Ac nos quidem, inquit, tametsi ex epistola 123 maximi et nobilissimi Cæsaris Adriani parentis vestri jure postulare a vobis poteramus, ut judicia de Christianis fieri ex ea formula quam

CAPUT IX.

Epistola Adriani, ne quis Christianorum indicta causa puniatur.

« Ælius Adrianus Aug. Minucio Fundano procos. salutem. Accepi litteras ad me scriptas a Serenio Graniano V. cl., decessore tuo. Nec sane mihi videtur res ista absque diligenti inquisitione prætereunda, ne forte et Christiani homines turbentur, et delatoribus calumniandi occasio præbeat. Igitur si provinciales palam adesse possunt petitionibus suis adversus Christianos, ita ut pro tribunali respondeant, in id unum incumbant, nec petitioni-

(21) *Δίκαιαν ἀξιοῦν τὴν προσφώνησιν*. in secundo, ut vulgo scribitur, Justinus *Apologetico*, pag. 99, hic locus ita legitur: « Ἄλλ' ἐκ τοῦ ἐπίστασθαι δίκαια ἀξιοῦν, τὴν προσφώνησιν καὶ ἐξήγησιν πεποιθήμεθα. Quam lectionem equidem meliorem puto.

(22) *τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀντιγραφὴν*. In codice Regio legitur ἐπιστολὴν, quod idem est. Ἀντιγραφὴ ad verbum est *rescriptum*; aliud est ἀντίγραφον, *exemplum* scilicet epistolæ seu rescripti.

(23) *Ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὸ Ἑλληνικόν*. In codice Maz. et Med. scriptum est, ἡμεῖς δ' εἰς τὸ Ἑλληνικόν, etc., atque ita codex Fuketianus.

(24) *Ἀπὸ Σερενίου*. In tribus nostris codicibus Maz., Med. et Fuketiano, scriptum est Σερενίου.

(25) *Οὐκ ἀξιώσεις*. Intelligit acclamationes illas quæ a populo fieri solebant in theatris: *Christianos ad leonem*, ut testatur Tertullianus. Interdumque eveniebat, ut proconsules et præsides tumultuosis hujusmodi acclamationibus, licet inviti, cedere cogentur. Quare merito Imperator Adrianus monet Fundanum proconsulem, ne hujusmodi postulationibus ad persecutionem ac cædes Christianorum sese jadduci patiantur. Porro vetus hæc fuit consuetudo in imperio Romano, ut plebs tum in

bus solisque clamoribus utantur. Etenim multo justius fuerit cognoscere te, si quis accusare voluerit. Quod si quis eos detulerit, probaveritque contra leges quidquam agere, tu pro gravitate delicti in eos statue. Sin mehercule calumniæ causa istud intenderit, operam dabis ut pro gravitate criminis in illum animadvertas. » Et hæc quidem de rescripto Adriani.

CAPUT X.

Qui Romæ et Alexandriæ episcopi fuerint imperante Antonino.

Cæterum Adriano vita perfuncto cum unum et viginti annos imperasset, Antoninus, cognomento Pius, administrationem imperii suscepit. Hujus anno primo, cum Telesphorus migrasset e vita anno sui episcopatus undecimo, pontificatum Romanæ urbis sortitus est Hyginus. Porro Telesphorum scribit **124** Irenæus illustri martyrio vitam finisse. Quo loco etiam docet supra memorati Hygini temporibus, Valentinum propriæ sectæ conditorem, et Cerdonem erroris Marcionitarum auctorem, Romæ ambos floruisse. Verba ejus hæc sunt.

CAPUT XI.

De his qui eodem tempore sectarum auctores fuerunt.

« Nam Valentinus, inquit, Romam venit pontificatu Hygini. Viguit autem temporibus Pii, qui ad Anicetum usque permansit. Cerdon vero, qui Marcionem antecessit, ipse quoque pontificatu Hygini qui nonus fuit episcopus, cum ad Ecclesiam venisset, et errorem suum confessus esset, ita deinceps perseveravit : interdum occulte docens, interdum rursus confitens errorem : nonnunquam convictus impiæ doctrinæ, eoque nomine a fratrum conventu remotus. » Hæc Irenæus in tertio *Adversus hæreses* libro. In primo autem hæc rursus de Cerdone dicit : « Cerdon autem quidem ex Simonis disciplina profectus, cum Romam venisset pontificatu Hygini, qui in

urbe, tum in provinciis, quoties ad publica spectacula convenerat, quidquid libitum erat, vel a præside, vel ab imperatore junctis vocibus postularet. Cujus rei sexcenta occurrunt exempla apud *Augustinæ Historiæ* scriptores.

(26) *Ὁς ἦν ἑνατος ἐπίσκοπος.* Locus Irenæi exstat in lib. III, c. 4, ubi vetus interpretis legisse videtur **125** *δοος*. Quæ lectio magis convenit Irenæo, ut patet ex c. 3 ejusdem libri, ubi Romanos pontifices enumerans Irenæus, octavum ab apostolis Hyginum recenset. Hic tamen error antiquissimus est. Nam et in lib. I Irenæi, cap. 28, *ἑνατος* scribitur, et apud Epiphanium in hæresi Cerdonianorum, et in epistola Cypriani ad Pompeium. Qui locus Cypriani quia ex Irenæo versus videtur, non est hic omittendus : *Cujus magister Cerdon sub Hygino tunc episcopo, qui in urbe nonus fuit, Romam venit.*

(27) *Λαθροδιδασκῶν.* In tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. scriptum est *λαθροδιδασκῶν*. Nicephorus tamen et Reginus codex vulgatam lectionem tulerunt.

(28) *Ποτὲ δὲ πάλιν ἐξομολογούμενος.* Notanda sunt imprimis hæc Irenæi verba de Cerdone hæretico : quem post confessionem hæreseos in Ecclesiam admissum fuisse dicit ab Hygino Romano pontifice, ac deinceps in urbe Roma mansisse ; nunc

οὐδὲ μόναις βοαῖς. Πολλῶ γὰρ μᾶλλον προσήκειν εἰ τις κατηγορεῖν βούλοιοτο, τοῦτό σε διαγιγνώσκειν. Εἰ τις οὖν κατηγορεῖ καὶ δείκνυσί τι παρὰ τοὺς νόμους πράττοντας, οὕτως ὀριζε κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἀμαρτήματος ὡς, μὴ τὸν Ἡρακλέα, εἰ τις συκοφαντίας χάριν τοῦτο προτεῖνοι, διαλάμβανε ὑπὲρ τῆς δεινότητος, καὶ φρόντιζε ὅπως ἂν ἐκδικήσεται. » Καὶ τὰ μὲν τῆς Ἀδριανοῦ ἀντιγραφῆς τοιαῦτα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ I.

Πίστες ἐπὶ τῆς Ἀντωνίνου βασιλείας ἐπίσκοποι Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων γενέσασιν (Nic. II. E. III, 25).

Τούτου δὲ τὸ χρεῶν μετὰ πρῶτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἐκτίσαντος, Ἀντωνίνος ὁ κληθεὶς Εὐσεβῆς τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διαδέχεται. Τούτου δὲ ἐν ἑτει πρώτῳ Τελεσφόρου τὸν βίον ἐνδεκάτῳ τῆς λειτουργίας **126** ἐνιαυτῷ μεταλλάξαντος, Ὑγίνος τὸν κληρὸν τῆς Ῥωμαίων ἐπισκοπῆς παραλαμβάνει. Ἰστορεῖ γὰρ μὴν ὁ Εἰρηναῖος τὸν Τελεσφόρον μαρτυροῦν τὴν τελευταίαν διαπρέψαι, δηλῶν ἐν ταύτῳ κατὰ τὸν δηλούμενον Ῥωμαίων ἐπίσκοπον Ὑγίνου, Οὐαλεντίνου ἰδίως αἰρέσεως εἰσηγητήν, καὶ Κέρδωνα τῆς κατὰ Μαρκίωνα πλάνης ἀρχηγόν, ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἄμφω γνωρίζεσθαι. Γράφει δὲ οὕτως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ΄.

Περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς αἰρεσιάρχων (Nic. II. E. III, 4).

« Οὐαλεντίνος μὲν γὰρ ἦλθεν εἰς Ῥώμην ἐπὶ Ὑγίνου, ἤκματε δὲ ἐπὶ Πίου, καὶ παρέμεινε ἕως Ἀνικητοῦ. Κέρδων δὲ ὁ πρὸ Μαρκίωνος, καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ὑγίνου ὅς ἦν ἑνατος ἐπίσκοπος (26), εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἔλθων καὶ ἐξομολογούμενος, οὕτω διετέλεσε, ποτὲ μὲν λαθροδιδασκῶν (27), ποτὲ δὲ πάλιν ἐξομολογούμενος (28), ποτὲ δὲ ἐλεγχόμενος ἐφ' ὧς ἐδίδασκε κακῶς, καὶ ἀριστάμενος τῆς τῶν ἀδελφῶν συνουσίας (29). » Ταῦτα δὲ φησιν ἐν τρίτῳ τῶν *Πρὸς τὰς αἰρέσεις*. « Ἐν γὰρ μὴν τῷ πρώτῳ αὐθις περὶ τοῦ Κέρδωνος ταῦτα διέξειται : « Κέρδων δὲ τις ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Σίμωνα τὰς ἀφορμὰς λαθῶν, καὶ ἐπιδημιήσας ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ὑγίνου ἑνατον κληρὸν τῆς

occulte doctrinam suam spargentem, nunc rursus confitentem errorem suum, nunc convictum pravæ hæreticæque doctrinæ, eoque nomine ab Ecclesiâ segregatum. Ex quibus colligere licet, in hæreseos crimine secundæ confessionis locum fuisse; et hæreticos qui post confessionem et abdicatorem erroris sui ad pristinum dogma iterum redissent, quos nunc *relapsos* vocamus, tunc temporis ad secundam confessionem et poenitentiam admissos fuisse. Tandem vero Cerdon, convictus quod post toties iteratam exomologesim, pestiferum virus erroris sui occulte spargeret, penitus se ab Ecclesiâ removit. Id enim sonant Irenæi verba quæ Rufinus et Christophorus nonus perperam meo iudicio interpretati sunt. Neque enim Cerdonem ex Ecclesiâ eiectionem fuisse dicit Irenæus, sed ipsum se ab Ecclesiâ penitus segregasse. Ex quo apparet Cerdonem suo ipsius iudicio condemnatum, prævenisse Ecclesiæ sententiam.

(29) *Ἀριστάμενος τῆς τῶν ἀδελφῶν συνουσίας.* In codice Maz. et Fuk. scriptum est *συνουσίας*; vulgatam tamen scripturam confirmat vetus interpretes Irenæi, qui huic locum ita veritatis lib. III, cap. 4 : *et abstentus est a religiosorum hominum conventu.*

ἐπισκοπικῆς διαδοχῆς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἔχοντος, ἠδίδαξε τὸν ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ προφητῶν κεκρυγμένον θεὸν μὴ εἶναι Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὸν μὲν γὰρ γνωρίζεσθαι, τὸν δὲ ἀγνώστα εἶναι· καὶ τὸν μὲν δίκαιον, τὸν δὲ ἀγαθὸν ὑπάρχειν. Διαδεξάμενος δὲ αὐτὸν Μαρκίων ὁ Ποντικὸς, ἠβύησε τὸ διδασκαλεῖον (30), ἀπειροβουθίαν βλασφημιῶν (31). » Ὁ δὲ αὐτὸς Εἰρηναῖος τὸν ἀπειρον βουθὸν τῆς Οὐαλεντίνου πολυπλανοῦς ὕλης εὐτονώτατα διαπλώσας (32), ἐρπετοῦ δίκην φωλεύοντος ἀπόκρυφον οὖσαν αὐτοῦ καὶ λεληθυῖαν ἀπογοινοῖ τὴν κακίαν. Πρὸς τοῦτοις καὶ ἄλλον τινὰ, Μάρκος αὐτῷ ὄνομα, κατ' αὐτοὺς γενέσθαι λέγει μαγικῆς κυβείας ἐμπειρότατον. Γράφει δὲ καὶ τὰς ἀτελέστους αὐτῶν τελετὰς, μυσάρας τε μυσταγωγίας ἐμφαίνων, αὐτοῖς δὴ τοῦτοις τοῖς γράμμασιν· « Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν νυμφῶνα κατασκευάζουσι, καὶ μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦσι μετ' ἐπιβήρῃσιν τινων τοῖς τελουμένοις, καὶ πνευματικὸν γάμον φάσκουσιν εἶναι τὸ ὑπ' αὐτῶν γινόμενον, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ἀνω συζυγιῶν. Οἱ δὲ ἄγουσιν ἐφ' ὕδωρ, καὶ βαπτίζοντες, οὕτως ἐπιλέγουσιν· Εἰς ὄνομα ἀγνώστου Πατρὸς τῶν ὄλων, εἰς Ἀληθειαν μητέρα τῶν πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς τὸν Ἰησοῦν. Ἄλλοι δὲ Ἑβραϊκὰ ὀνόματα ἐπιλέγουσι πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλήξασθαι (33) τοὺς τελουμένους. » Ἀλλὰ γὰρ μετὰ τέταρτον τῆς ἐπισκοπῆς ἔτος (34) Ὑγίνου τελευτήσαντος, Πίος ἐπὶ Ῥώμης ἐγγειρίζεται τὴν λειτουργίαν. Κατὰ γὰρ μὴν τὴν Ἀλεξανδρείαν Μάρκος ἀναδείκνυται ποιμῆν, Εὐμενοῦς ἔτη τὰ πάντα δέκα πρὸς τρισὶν ἐκπλήσαντος. Τοῦ τε Μάρκου ἐπὶ δέκα ἔτη τῆς λειτουργίας ἀναπαυσαμένου, Κελαδίων τῆς Ἀλεξανδρείαν Ἐκκλησίας τὴν λειτουργίαν παραλαμβάνει. Καὶ κατὰ τὴν Ῥωμαίων δὲ πόλιν πεντεκαιδεκάτῃ τῆς ἐπισκοπῆς ἐνιαυτῷ Πίου μεταλλάξαντος, Ἀνίκητος τῶν ἐκεῖσε προβόσταται. Καθ' ὃν Ἡγήσιππος ἱστορεῖ ἐαυτὸν ἐπιδημησάσαι τῇ Ῥώμῃ, παραμεινῆσαι τε αὐτότι μέχρι τῆς ἐπισκοπῆς Ἐλευθέρου. Μάλιστα δὲ ἤκμαζεν ἐπὶ τῶνδε Ἰουστίνου, ἐν φιλοσόφου σχήματι πρᾶσβεύων τὸν θεῖον λόγον, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐναγωνιζόμενος συγγράμμασιν. Ὅς δὴ καὶ γράφας κατὰ Μαρ-

episcopali sede nonus apostolorum successor fuit, docuit, Deum quem lex et prophetæ prædicaverunt, Patrem non esse Domini nostri Jesu Christi. Hunc enim cognosci, illum vero ignotum esse : et hunc quidem justum existere, illum autem bonum. Hinc deinde succedens Marcion, natione Ponticus, scholam latius propagavit, impudentissime blasphemans. Idem porro Irenæus postquam immensam voraginem materiæ illius variis erroribus involutæ quam Valentinus invexerat, uberrime explicuit, occultam ac latentem illius fraudem tanquam abditæ serpentis denudat. Alium præterea quemdam nomine Marcum eodem tempore exstitisse scribit, magicarum præstigiæ peritissimum. Sed et profanas eorum hominum initiationes, et abominanda mysteria declarat his verbis : « Quidam enim eorum thalamum nuptialem construunt, et mysterium peragunt, verba nescio quæ super his qui initiantur, percipientes, easque spirituales nuptias esse affirmant, ad formam et exemplum cælestium conjugiorum. Alii vero initiandos adducunt ad lavacrum, et mergentes, hæc proferunt verba : In nomine ignoti omnium Patris, in Veritate omnium matre, in eo qui descendit in Jesum. Alii rursus Hebraica quædam pronuntiant nomina, ut majorem initiandis pavorem incutiant. » Sed Hygino post quartum episcopatus annum mortuo, Romanæ Ecclesiæ sacerdotium suscepit Pius. Alexandriæ vero cum Eumenes tredecim annos explesset, Marcus in ejus locum antistes designatus est. Quo deinde post decem pontificatus annos mortuo, Alexandrinæ Ecclesiæ administrationem Celadion accepit. At Romæ cum Pius anno episcopatus sui quinto decimo vitam cum morte commutasset, Anicetus Ecclesiæ illius Antistes factus est. Hujus temporibus se in urbem Romam venisse scribit Hegesippus, ibidemque ad Eleutheri usque episcopatum continuo permansisse. Eadem tempestate præ cæteris omnibus florebat Justinus, sub habitu philosophi verbum Dei prædicans, et scriptis voluminibus pro fide nostra propugnans. Qui in libro *adversus Marcionem* eum adhuc super-

(30) *ἠβύησε τὸ διδασκαλεῖον*. In codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. scriptum inveni διδασκαλεῖον, non in hoc solum loco, sed ubicunque id nomen occurrit.

(31) *Βλασφημιῶν*. Religio fuit Christophorus, vocem banc quam ecclesiastici scriptores jamdudum Latinam fecerunt, usurpare. Vertit itaque *convicia juctans*, male omnino; melius vertisset, *impie locutus*. Sic Domitianus apud Suetonium dicit : *Impie locutus est Parmularius*. Nos tamen, Rufinum secuti, vertimus *blasphemare*. Neque enim refugienda sunt hæc verba, quæ tot sæculorum usus consecravit. Alioquin *Ecclesiæ* et *apostolorum* et *episcopi* et *catholici* vitanda erunt vocabula : et longa verborum serie obscuranda erit oratio, ne dictionis unius prorsus necessariæ asperitate lædatur. Cyprianus certe in dicta ad Pompeium epistola, cum hunc Irenæi locum suppresso auctoris nomine describeret, verbo *blasphemare* uti non recusavit. Sic enim ait : *Quem Marcion secutus, additis ad crimen augmentis, impudentius cæteris et abruptius in Deum Patrem Creatorem blasphemare instituit*.

(32) *Εὐτονώτατα διαπλώσας*. Niphorus in lib. iv, cap. 3, habet *διαπλεύσας*, quod non probō. Scio quidem a poetis *διαπλώσας* dici pro *διαπλεύσας*· sed hic non videtur convenire. Quare malui vertere hoc loco *explicare*, eo sensu quo Eusebius in posterioribus libris dicit, *ἠπλωτο τὰ γράμματα, proposita sunt edicta*.

(33) *Πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλήξασθαι*. Nostri codices Maz., ac Med. cum Fuk. et Savil. scriptum habent *καταπλήξαι*. Atque ita legisæ videtur vetus interpret Irenæi in cap. 48 libri primi. Sic enim vertit, *ut stupori sint vel perterreant eos qui sacrantur*.

(34) *Μετὰ τέταρτον τῆς ἐπισκοπῆς ἔτος*. Rufinus legisæ videtur κατὰ τέταρτον. Sic enim vertit : *Quarto autem episcopatus sui anno cum decessisset Hyginus, Romanæ Ecclesiæ sacerdotium Pius suscepit*. Porro nomen Pii qui successit Hygino, in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. non circumdectitur, sed acuitur in prima syllaba. Idque rectius puto.

atitem fuisse dum scriberet, testatur his verbis: «Præ-
terea, inquit, Marcionem quemdam Ponticum no-
vimus, qui etiamnum superest, docetque discipulos
suos alium quemdam invocare Deum majorem mundi
hujus Conditor. Qui quidem dæmonum adjutus
a xilio, plurimos mortales per universum orbem
in duxit ut impie loquerentur, negarentque universi
ificem patrem esse Christi: alium vero quemdam
longe illo præstantiorem, hoc universum condidisse
affirmarent. Omnes tamen eorum sectatores, Chri-
stiani, ut diximus, appellantur; eodem modo quo phi-
losophis, tametsi diversæ sint sectæ ac sententiæ,
commune nihilominus ex philosophia nomen est in-
ditum. » Paucis deinde interjectis hæc subjungit:
«Est etiam, inquit, liber a nobis compositus adver-
sus omnes quæ unquam fuerunt hæreses: quem
librum vobis, si ita videbitur, legendum trademus.
Idem porro Justinus, præter opuscula quæ adver-
sus gentiles doctissime elaboravit, alios etiam li-
bros, qui fidei nostræ defensionem continent, im-
peratori Antonino cognomento Pio, et senatui
Romano nuncupavit. Ipse enim in urbe Roma do-
micilium habebat. Cæterum in *Apologetico*, ipse de
se quisnam esset et unde oriundus, declarat his
verbis.

126 CAPUT XII.

De Justinii Apologetico ad Antoninum.

Imperatori Tito Ælio Adriano Antonino Pio
Cæsari Augusto, et Verissimo filio Philosopho, et
Lucio Philosophi quidem Cæsaris naturali filio,
Pii autem adoptivo, doctrinæ amatori: senatui quo-

(35) Ὅς δὴ καὶ γράψας κατὰ Μαρκίωρος. Me-
moræ vitio hic lapsus videtur Eusebius noster,
qui Justinii verba quæ infra citantur, desumpta esse
putavit ex ejus libro *adversus Marcionem*. Atqui
desumpta sunt ex secundo Justinii *Apologetico*,
pag. 70 editionis Parisiensis. Nicephorus in lib. iv,
cap. 6, ubi omnes Justinii libros recenset, men-
tionem facit libri *contra Marcionem*, ex eoque ci-
tat hunc locum quem hic adducit Eusebius; sed
animadvertere debuerat Nicephorus, Eusebium me-
moræ vitio lapsus fuisse. Neque enim verum est,
quod Langus interpres Nicephori excogitavit, Jus-
tinum eadem verba usurpasse in duobus libris, id
est, in *Apologetico* et in libro *contra Marcionem*.
Eusebius quidem infra cap. 17, ubi omnes Justinii
libros enumerat, illius *contra Marcionem* libri
mentionem facit. Potest tamen excusari Eusebius.
Id enim solum dicit, Justinum scripsisse librum
contra Marcionem, ejusque mentionem facere tan-
quam hominis qui adhuc vitam agebat dum ipse
scriberet. Atque hæc duo probat Eusebius ex Jus-
tini loco qui est in *Apologetico* u. Ita prorsus expli-
candus est hic Eusebii locus qui in eo solum pecca-
vit, quod obscurus locutus est. Unde ansam erro-
ris præbuit Nicephoro.

(36) Πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ. Hæc verba de-
sunt in vulgatis Justinii codicibus, et superflua vi-
dentur. Duos enim Marcion inducebat deos, alte-
rum optime, a quo hic mundus fabricatus fuis-
set; alterum majorem, qui majora ac præstantiora
condidisset; et hunc quidem confiteri nos debere,
illum autem negandum esse aiebat. Hic est verbo-
rum Justinii sensus, cui consentit Epiphanius in
hæresi Marcionitarum, et Theodorus in lib. 1
Hæreticarum fabularum. Itaque scribendum est

κλίωρος (35) σύγγραμμα, μνημονεύει ὡς καθ' ὃν συν-
έταττε καιρὸν γνωριζομένου τῷ βίῳ τάνδρος. Φησὶ
δὲ οὕτως: «Μαρκίωνα δὲ τινα Ποντικὸν, ὃς καὶ νῦν
ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς πειθομένους, ἄλλον τινα εἶναι
νομίζειν μείζω τοῦ Δημιουργοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ κατὰ πᾶν
γένος ἀνθρώπων διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλήψεως,
πολλοὺς πέπεικε βλάβημα λέγειν, καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν
Ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς πατέρα εἶναι τοῦ Χρι-
στοῦ (36), ἄλλον δὲ τινα ὡς ὄντα μείζονα παρὰ τοῦ-
τον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. Καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τοῦ-
των ὀρμημένοι, ὡς ἔφαμεν, Χριστιανοὶ καλοῦνται·
ὃν τρόπον καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλο-
σόφους, τὸ ἐπικαλούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοι-
νὸν ἐστὶ. » Τούτοις ἐπιφέρει λέγων· «Ἔστι δὲ
ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων
αἰρέσεων, ᾧ ἐι βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν. » Ὁ δὲ
αὐτὸς οὗτος Ἰουστίνος καὶ πρὸς Ἑλληνας ἰκανώτατα
πνήσας καὶ ἑτέρους λόγους ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πί-
στεως ἀπολογία ἔχοντας βασιλεῖ Ἀντωνίνῳ τῷ δὴ
ἐπικληθέντι Εὐσεβεί, καὶ τῇ Ῥωμαίων συγκλήτῳ
βουλῇ προσφωνεῖ. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὰς
διατριβὰς ἐποιεῖτο. Ἐμφανεῖ δὲ ἑαυτὸν ὅστις καὶ
πῶθεν ἦν, διὰ τῆς ἀπολογίας ἐν τούτοις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ τῆς Ἰουστίνου πρὸς Ἀντωνίνον ἀπολογίας (Nic. H. E. III, 26. 52).

«Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ
Εὐσεβεί Καίσαρι Σεβαστῷ, καὶ Οὐρησισίμῳ υἱῷ φι-
λοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφῳ Καίσαρος (37) φύσει
υἱῷ (38), καὶ Εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ, ἑραστῇ παιδείας,

apud Eusebium, ἄλλον δὲ τινα ὡς ὄντα μείζονα, τὰ
μείζονα παρὰ τούτων, etc., ut legitur in Justinio.
Quippe Marcion summum illum Deum Patrem
Christi esse dicebat; Christum vero e cælo descen-
disse, ut mundi hujus optime, quem Judæorum
Deum appellabat Marcion, coargueret, ut scribit
Epiphanius.

(37) Λουκίῳ φιλοσόφῳ Καίσαρος. In quatuor
nostris codicibus Mz., Med., Fuk. et Savitano
scribitur φιλοσόφῳ, prout etiam in vulgatis Justinii
editionibus habetur. Sed nihilominus retinenda est
altera lectio, quam confirmat Rullinus et Nicepho-
rus. Nam Rufini codices manuscripti hunc locum
ita exhibent, et *Lucio Philosophi Cæsaris proprio*
filio. Justinus quoque in priore *Apologia* hanc
lectionem confirmat, cum ait: Οὐ πρόποντα
εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος
παιδί, qui locus, ut obiter moneam, mancus vide-
tur et mutilus, nisi suppleatur hoc modo: αὐ-
τοκράτορι, οὐδὲ Καίσαρι φιλοσόφῳ, οὐδὲ φιλοσό-
φου, etc.

(38) Καίσαρος φύσει υἱῷ. Lucius naturalis erat
filius Ælii Veri Cæsaris, cum Adrianus adoptave-
rat. Quo mortuo, cum Adrianus Antoninum Pium
adoptaret, eam legem adoptioni imposuit, ut Pius
Marcus et Lucium sibi filios adoptaret, ut scribunt
Spartianus et Capitolinus. Alii tamen Lucium a
Marco adoptatum esse dicunt, ut refert Capitoli-
nus in *Marci Vita*. Quare in his Justinii verbis Cæ-
sarem Philosopherum non alium intelligere possumus
quam Ælium Verum, eum qui ab Adriano est
adoptatus. Ait enim Justinus Lucium natura qui-
dem fuisse filium Cæsaris Philosophi, adoptivum
vero Antonii Pii. Atqui constat Lucium Ælii Veri
naturalem ac proprium filium fuisse. Igitur Philo-

λερᾶ τε συγκλήτῳ καὶ παντὶ δῆμῳ Ῥωμαίων, ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων καὶ ἐπιτραζομένων, Ἰουστίνος Πρίσκου τοῦ Βαχχείου (39), τῶν ἀπὸ Φλαβίας Νέας πόλεως (40) Συρίας τῆς Παλαιστίνης, εἰς αὐτῶν ὦν, τὴν προσφώνησιν καὶ ἔντευξιν (41) ποιῶμαι. Ἐντευχθεὶς δὲ καὶ ὑπ' ἐτέρων ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἀδελφῶν, παντοίαις ὕβρεσι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων δῆμων καταπονουμένων, τοιαύτης ἤξιώσε τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας διατάξω.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ἀντωνίνου πρὸς τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας ἐπιστολὴ περὶ τοῦ κατ' ἡμᾶς λόγου (Nic. H. E. III, 28).

Ἐ Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ (42) Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνίνος (43) Σεβαστὸς, Ἀρμένιος, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ πέμπτον καὶ δέκατον, ὑπατος τὸ τρίτον, τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας (44) χαίρειν.

sophi Cæsaris nomine, non alius intelligi potest quam Ælius Verus. Nam si eo nomine Marcum intelligamus, tum dicendum erit falli Justinum, qui Lucium naturalem Marci filium fuisse crediderit, cum tamen Lucius non natura, sed adoptione tantum Marci filius esse potuerit. Quis autem credat, tantum errorem a Justino admitti potuisse. Salus est ergo, in hoc Justini loco Philosophi Cæsaris nomine Ælium Verum intelligere. Verum duo sunt, quæ huic interpretationi videntur repugnare. Primum est quod cognomen Philosophi nullatenus convenire potest Ælio Vero. Fuit quidem Ælius Verus, is qui ab Adriano est adoptatus, eruditus in litteris, et poetice imprimis studiosus, ut in ejus Vita tradit Capitolinus, sed philosophiæ dedium fuisse nemo veterum prodidit. Moribus certe fuit longe alienis a studio ac professione philosophiæ. Deinde si Justinus Ælium Verum hic designare voluisset, cur ejus nomen reticuisset? Neque enim Philosophi Cæsaris appellatio sufficere videtur ad designandum Ælium Verum, cum præsertim hæc appellatio communis sit etiam Marco. Ex his difficultatibus facile nos expedire possumus, si hunc Justini locum ita legamus, prout exhibent scripti codices, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφῳ, Καῖσαρος φύσει υἱῷ, quam quidem lectionem probat etiam Casaubonus in notis ad Capitolinum in Vita Marci. Nos vero eam lectionem paulo ante improbavimus. Nec sane videtur ferri posse hæc lectio, si rem attentius expendamus. Sequitur enim apud Justinum ἐραστῆ παίδειας, id est, litterarum studioso. Ubi videt Marco et Lucio sua quique adjungi epitheta; et Marcum quidem philosophum nominari, Lucium vero studiosum litterarum.

(39) Ἰουστίνος Πρίσκου τοῦ Βαχχέλου. Hieronymus in Catalogo patrem Justini Priscum Bacchium dictum esse scribit, quem secutus est Christophorus. Verum Bacchius avus fuit Justini. Itaque addit Justinus τῶν ἀπὸ Φλαβίας, quod non nisi de pluribus dici potest, de patre nimirum et avo.

(40) Ἀπὸ Φλαβίας τῆς Νέας πόλεως. Inepte Christophorus vertit ex gente Flavia. Flavia dicta est Neapolis civitas Palæstinæ, eo quod colonia esset a Flavio Vespasiano deducta. Antea Sicheu dicebatur. Plinius tamen coloniam eam fuisse non dicit. Postea Severus imp. jus civitatis ei ademit, eo quod Nigri partes fovisset pertinacius. Spartianus in Severo: Neapolitanis Palæstinensibus jus civitatis tulit, id est in vici formam redegit. Porro Methodius in libro De resurrectione hoc Justinum ornat elogio: Ἰουστίνος δὲ ὁ Νεαπολίτης, ἀγὴρ οὕτε τῷ χρόνῳ πόρρω ὦν τῶν ἀποστῆλων, οὕτε τῇ ἀρετῇ.

A que et populo Romano, pro viris ubique terrarum injusto odio laborantibus, et calumnia appetitis, Justinus Prisci filius, Bacchii nepos, oriundus Flavia Neapoli urbe Syriæ Palæstinæ, unus ex illorum numero, allocutionem et petitionem defero. Interpellatus quoque idem imperator ab aliis fratribus in Asia commorantibus, qui omni injuriarum genere vexabantur a provincialibus, ad commune Asiæ hujusmodi constitutionem inisit.

CAPUT XIII.

Epistola Antonini ad commune Asiæ de religione nostra.

Imperator Cæsar M. Aurelius Antoninus Aug. Armenicus, Pontifex Maximus, tribunitiæ potestatis xv, consul III, communi Asiæ salutem. Equidem scio diis ipsis curæ esse, ne hujusmodi homines la-

(41) Ἐντευξιν. Postulatum vertit Rufinus. Ἐν τυγγάνειν Græci dicunt adire imperatorem, et preces ad eum deferre, quod plerumque fiebat scripto. Exstat hujusmodi libellus precum Marcel-
C liini presbyteri, oblatus Theodosio Augusto, quem nuper edidit Jac. Sirmondus. Qui sic incipit: *Deprecamur mansuetudinem vestram*, etc. Sed et in II tomo Operum Athanasii, referuntur ejusmodi preces Arianorum oblatæ Joviano Augusto adversus Athanasium, quæ in Græco ἐντυχταὶ dicuntur. Male interpret *colloquium* vertit. Incipiunt autem prorsus eodem modo quo libellus precum Marcel-
C liini, Δεσμέθᾳ σου τοῦ κράτους.

(42) Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ. In tribus nostris cõ-
C sibus Maz., Med. et Fuk. vox Καῖσαρ primam syl-
C labam acuit, non circumflectit. Neque hoc duntaxat in loco, sed ubicunque ea vox occurrit, in illis exemplaribus constanter acuitur.

Græcorum*, natalis B. Polycarpi confertur in diem
25 mensis Februarii. Quibus eo sentit etiam σημεῖω-
σις, seu adnotatio illa quæ legitur in fine hujus epi-
stolæ Smyræorum. In ea quippe discrete scribitur
Polycarpum pas-um esse die 2 mensis Xanthici, id
est ante diem vii Kalendas Martii, s, ut recte vertit
vetus interpres. Quod quidem nos pluribus infra
confirmabimus, adversus Jac. Usserii sententiam,
qui Xanthicum mensem Smyræorum a die 25 men-
sis Martii incæpisse dicit. Postremo nequaquam ve-
risimile mihî videtur, Ecclesiam Smyræorum Sab-
batum Magnum more Judaico accepisse. Quamvis
enim Asiani Pascha cum Judæis celebraverint, non
tamen ex eo sequitur illos Sabbatum Magnum cum
Judæis pariter observasse.

(70) Ὁ εἰρήναρχος Ἡρώδης. Irenarchæ munus
erat, seditiosos homines et pacis publicæ turbato-
res comprehendere, et præmissa notoria ad tribu-
nalia iudicium perducere, ut docet Augustinus epist.
140 et 159. Hinc est quod Herodes, Irenarcha
Smyræorum, Polycarpum hic vehiculo suo excep-
pisse dicitur, quem scilicet per satellites suos in-
quiri et comprehendendi jussit. Creabantur autem
Irenarchæ ex corpore curiæ, ut indicat lex 49 in
codice Theodosiano, *De decurionibus*, in qua præ-
positi pacis dicuntur; in epistolis Libanii ἔρχοντες
τῆς εἰρήνης. Tandem Theodosius Junior in Oriente
primus eos abiecit. Exsistat ejus constitutio in Co-
dice Theodosiano. Habebant autem sub dispositio-
ne sua equites ac divinitas. Erant in levis armatu-
ræ milites, ad persequendos et capiendos latrones
comparati. Similes pene sunt Irenarchis bi quos
præpositos mareschallorum vulgo appellamus,

(71) Ἀνηρῶτα ὁ ἀνθύπατος. Hic proconsul Asiæ
vocabatur Silius Quadratus. Sic enim recte scri-

bitur in veteri interpretatione Latina hujus epi-
stolæ, quam primus edidit Jac. Usserius Armachanus.
Male in Græco textu Στάτιος, nec rectius in *Chro-
nico Alexandrino* Τάτος exaratur. Is est, ut opinor,
I. Silius Quadratus qui consul fuit principatu An-
tonini Pii, anno Urbis conditæ 895, ut legitur in
Fastis Onuphrii. Ejusdem proconsulis Asiæ memi-
nit Aristides in prima et quarta *orationum sacrarum*,
ubi etiam illum rhetorom vocat. Quare non dubito
quin idem sit cum Quadrato consule, quem Philo-
stratus Varii sophistæ magistrum fuisse dicit, qui
proposito arguente ex tempore declamare solitus
esset, ac Favorinum sophistam æmularetur. Quo
anno proconsulatum Asiæ gesserit, non dicit qui-
dem Aristides. Verum ex ejus narratione id elic-
posse mihî videtur. Etenim in quarta *oral. sacra-
rum* ait Aristides, paulo post pestem illam quæ in
Asia grassata est, Severum proconsulem fuisse.
Eusebius in *Chronico* eam pestem confert in annum
viii M. Aurelii Antonini. Proinde Severus anno
M. Aurelii ix proconsul Asiæ fuit. Eodem proconsule
Aristides scribit se litteras accepisse ex Italia ab
imperatoribus, a seniore scilicet Augusto et ab ejus
filio. Ubi Augusti nomine intelligit Marcum. Filius
autem imp. est Commodus, qui jamtum Cæsar fue-
rat appellatus. Ante Severum proximo anno procon-
sul fuerat Pollio, ut ibidem testatur Aristides.
Proxime vero ante Pollionem proconsul Asiæ fue-
rat Quadratus noster. Sic enim ait Aristides in
eadem oratione : ubi postquam ea retulit quæ Pol-
lione proconsule sibi acciderant, *Age*, inquit, *quasi
per sculam progredientes, id quod ante hæc contigit
memoremus. Cum sophista ille, cujus paulo ante
memini, proconsul esset*, etc. Hic sophista sine du-
bio Quadratus est, cuius mentionem antea fecit Ari-
stides in eadem oral. 4, ubi etiam eum rhetorem
appellat. Ita Quadratus proconsul Asiæ fuit anno
vii imp. Marci. Quo etiam anno Eusebius in *Chro-
nico* Polycarpi martyrium refert. Falluntur itaque
qui Polycarpi martyrium serius retulerunt, anno
scilicet ix imp. Marci. Cum enim ex Aristidis te-
stimonio constet Quadratum, sub quo passus est
Polycarpus, anno vii imp. Marci proconsulatum
Asiæ gessisse, Polycarpi mors in eum annum necesse-
sario conferenda est.

Fortis esto, Polycarpe, et viriliter age. » Et is quidem qui hanc vocem ediderat, a nemine est visus, ipsa vero vox a plerisque nostrorum exaudita est. Cumque ad tribunal adductus esset, ingens omnium clamor exciatus est, audientium comprehensum esse Polycarpum. Porro accedentem interrogavit proconsul, ipse esset Polycarpus. Cum ille fateretur, suadere cœpit proconsul ut Christum negaret : « Reverere, inquires, ætatem tuam, » aliaque his similia adiciens quæ illi proponere consueverunt : « Jura per genium Cæsaris ; respisce ; dic : Tolle impios. » Tum Polycarpus gravi ac severo vultu turbam omnem, quæ in stadio erat contuens, manumque in eos intendens, non sine gemitu sublatis in cœlum oculis dixit : « Tolle impios. » Cum instaret proconsul, diceretque : « Jura, et **132** protinus te dimittam : dic convicia adversus Christum ; » Polycarpus respondit : « Sex et octoginta continuos annos ei ministravi, nec ulla me unquam affecit injuria : et quomodo possum impie loqui adversus Regem meum auctoremque salutis meæ ? » Urgente rursus proconsule, ac dicente : « Jura per genium Cæsaris ; » Polycarpus dixit : « Si quidem, inquit, ambitios contendis, ut ego per genium quem vocas Cæsaris jurem, simulans te ignorare quis sim, audi libere profitentem : Christianus sum. Quod si Christiani cultus rationem cupis agnoscere, da mihi diei spatium, et audies. » At proconsul : « Persuade, inquit, populo. » Polycarpus dixit : « Tibi quidem rationem reddere non me piget : præceptum enim nobis est ut magistratibus et potestatibus a Deo constitutis honorem debitum exhibeamus, qui nobis ipsis nihil noceat. Illos vero parum dignos censeo quibus fidei nostræ rationem reddam. » Tunc proconsul : « Præsto sunt, inquit, bestię, quibus te objecturus sum, nisi sententiam mutaveris. » Polycarpus dixit : « Accerse eas, neque enim nobis a melioribus ad deteriora mutabilis mens est. Pulchrum quidem atque honestum ducimus a vitiis ad virtutem transcurrere. » Ad hæc proconsul : « Quando, inquit, bestias spernis, saxo ut incendio domeris, nisi sententiam mutes. — Ignem minaris, ait Polycarpus, qui ad horæ spatium ardet, statimque exstinguitur. Ignoras scilicet illum futuri judicii æternæque damnationis ignem, qui impio-

προσώπῳ εἰς πάντα τὸν ὄχλον τὸν ἐν τῷ σταδίῳ ἐμβλέψας, ἐπίσεισας αὐτοῖς τὴν χεῖρα, στενάξας τε καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· « Αἶψα τοὺς ἀθέους. » Ἐγκειμένον δὲ τοῦ ἡγουμένου, καὶ λέγοντος· « Ὁμοσον καὶ ἀπολύσω σε, λοιδορήσον τὸν Χριστὸν, » ἔφη ὁ Πολύκαρπος· « Ὅδοσχογοντα καὶ ἕξ ἔτη δουλεύω αὐτῷ, καὶ οὐδὲν με ἠδίκησε. Καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν Βασιλέα μου, τὸν σώσαντά με ; » Ἐπιμένοντος δὲ πάλιν αὐτοῦ καὶ λέγοντος· « Ὁμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, » ὁ Πολύκαρπος, « εἰ κενοδοξεῖς, φησὶν, ἵνα ὁμόσω τὴν Καίσαρος τύχην, ὡς λέγεις, προσποιοῦμενος ἀγνοεῖν ὅστις εἰμι, μετὰ παρρησίας ἀκούε· Χριστιανός εἰμι. εἰ δὲ θέλεις τὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ μαθεῖν λόγον, ὁδὸς ἡμέραν καὶ ἀκούσον. » Ἐφη ὁ ἀνθύπατος· « Πείσον τὸν δῆμον. » Πολύκαρπος ἔφη· « Σὲ μὲν καὶ λόγου ἠξίωσα. Δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑπὸ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσήκον τὴν μὴ βλάπτουσαν ἡμᾶς ἀπονέμειν· ἐκείνους δὲ οὐκ ἀξίους ἡγοῦμαι τοῦ ἀπολογεῖσθαι αὐτοῖς. » Ὁ δὲ ἀνθύπατος εἶπε (72)· « Θηρία ἔχω. Τούτοις σε παραβαλῶ ἐάν μὴ μετανοήσῃς. » Ὁ δὲ εἶπεν· « Κάλει, ἀμετάθετος γὰρ ἡμῖν ἢ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τῶ χεῖρῳ μετάνοια (73). Καλὸν δὲ μετατίθεσθαι ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια. » Ὁ δὲ πάλιν πρὸς αὐτόν· « Πῦρ σε ποιήσω δαμασθῆναι, ἐάν τῶν θηρίων καταφρονῆς, ἐάν μὴ μετανοήσῃς. » Πολύκαρπος εἶπε· « Πῦρ ἀπειλεῖς πρὸς ὦραν καιόμενον, καὶ μετολίγον σβεννύμενον. Ἄγνοεῖς γὰρ τὸ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ αἰωνίου κολάσεως τοῖς ἀσεβέσι τηρούμενον πῦρ. Ἄλλὰ τί βραδύνεις ; Φέρε δὲ βούλει (74-75). » Ταῦτα δὲ καὶ ἕτερα πλείονα λέγων, θάρσους καὶ χαρᾶς ἐνεπίμπλατο, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ χάριτος ἐπληροῦτο, ὥστε μὴ μόνον μὴ συμπεσεῖν ταραχθέντα ὑπὸ τῶν λεγομένων πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ τούναντι τὸν ἀνθύπατον ἐκστῆναι, πέμψαι τε τὸν κήρυκα καὶ ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ κηρύξαι τρίς· « Πολύκαρπος ὠμολόγησεν ἑαυτὸν Χριστιανὸν εἶναι. » Τοῦτου λεχθέντος ὑπὸ τοῦ κήρυκος, πᾶν τὸ πλῆθος ἐθῶν τε καὶ Ἰουδαίων τῶν τὴν Σμύρναν κατοικοῦντων, ἀκατασχέτῳ θυμῷ καὶ μεγάλῃ φωνῇ ἔβόα· « Οὗτός ἐστιν ὁ τῆς Ἀσίας διδάσκαλος, ὁ πατὴρ τῶν Χριστιανῶν, ὁ τῶν ἡμετέρων θεῶν καθαιρέτης, ὁ πολλοὺς διδασκῶν μὴ θύειν μηδὲ προσκυνεῖν. » Ταῦτα λέγοντες, ἐπέβῳν καὶ ἡρώτων τὸν Ἀσιάρχην (76) Φιλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ

(72) Ὁ δὲ ἀνθύπατος εἶπε. In codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. scriptum est, Ὁ δὲ ἀνθύπατος ἔφη· Ἐθρία ἔχω, etc.

(73) Ἀμετάθετος γὰρ ἡμῖν ἢ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χεῖρῳ μετάνοια. Ultima vox non videtur hic convenire. Ac libenter pro voce μετάνοια rescriberem διάνοια, quem sensum in interpretatione mea sum secutus. Idem quoque Rufinus placuisse video. Sic enim ille vertit hunc locum : Proconsul dixit : Bestias habeo quibus subigeris (ita correxi partim ex codice Parisiensis Ecclesiæ, partim ex Regio) nisi cito pœnitueris. At ille respondit : Adhibeantur. Nobis enim immobilis stat sententia : nec possumus de bono ad malum per pœnitentiam commutari. Nicæphorus quoque, ut hujus loci sensum exprimeret, circumlocutione usus est hujusmodi : Οὐ γὰρ ἐμοὶ μετάνοια σαφῶς ὀρισθεῖν, ἢ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χεῖρῳ μετάνοια, ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ

δίκαιά τε καὶ δόξα. Quasi diceret : Noli sperare, o iudex, fieri posse ut me unquam pœniteat. Nos enim unam duntaxat pœnitentiam agnoscimus, cum a vitiis ad virtutem, et ab errore transitur ad fidem. A melioribus vero ad deteriora migrare, id nequamquam respicere est.

(74-75) Φέρε δὲ βούλει. Codex Maz. ac Med., cum Fuk. et Sav., scriptum habent φέρε δὲ βούλει. Rufinus vertit : Adhabe utrum voles, ignem scilicet aut bestias.

(76) Τὸν Ἀσιάρχην. Rufinus munerarium vertit, quod equidem probare non possum. Etsi enim asiarchæ munera edebant, non hoc tamen erat peculiare eorum officium. Multi quippe alii hujusmodi spectacula exhibebant : verbi gratia magistratus municipales seu duumviri, ut est in lege I Cod. Theod. De spectaculis. Vertendum igitur est Asiarcham. Erant autem asiarchæ sacerdotes communis

λέοντα. Ὁ δὲ ἔφη μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ, ἐπειδὴ ἐπεπληρώκει τὰ κυνηγέσια. Τότε ἔδοξεν αὐτοῖς ὁμοθυμαδὸν ἐπιδοῆσαι, ὥστε ζῶντα τὸν Πολύκαρπον κατακαῦσαι. Ἔδει γὰρ τὸ τῆς φανερωθείσης αὐτῷ ἐπὶ τοῦ προσκεφαλαίου ὀπτασίας πληρωθῆναι· ὅτε ἰδὼν αὐτὸ καϊόμενον, προσευχόμενος, εἶπεν ἐπιστραφεὶς τοῖς μετ' αὐτοῦ πιστοῖς προφητικῶς· « Δεῖ με ζῶντα κατακαῖναι. » Ταῦτα οὖν μετὰ τοσούτου τάχους ἐγένετο, θᾶπτον ἢ ἐλέγετο, τῶν ἕλκων παραχρῆμα συναγαγόντων ἐκ τῶν ἐργαστηρίων καὶ ἐκ τῶν βαλανείων ξύλα καὶ φρύγανα, μάλιστα Ἰουδαίων προθύμως, ὡς ἔθος αὐτοῖς, εἰς τοῦτο ὑπουργούντων (77). Ἄλλὰ ὅτε ἡ πυρὰ ἠτοιμάσθη, ἀποθέμενος ἑαυτῷ πάντα τὰ ἱμάτια, καὶ λύσας τὴν ζώνην, ἐπειράτο καὶ ὑπολύειν ἑαυτὸν (78), μὴ πρότερον τοῦτο ποιῶν, διὰ τὸ ἀεὶ ἕκαστον τῶν πιστῶν σπουδάζειν, ὅστις τάχιον τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἐφάφηται. Ἐν παντὶ γὰρ ἀγαθῆς ἔνεκεν πολιτείας καὶ πρὸ τῆς πολιᾶς ἐκεχόσμητο (79). Εὐθέως οὖν αὐτῷ περιετίθετο τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ἔργα (80). Μελλόντων δὲ αὐτῶν καὶ προσελθὼν αὐτὸν, εἶπεν· « Ἀφετέ με οὕτως. Ὁ γὰρ διδοὺς ὑπομείναι τὸ πῦρ, δώσει καὶ χωρὶς τῆς ὑμε-

Asiæ. Nam cum Asiani communia haberent templa, sacra, festos dies, et commune concilium, commune etiam habebant gentis sacerdotium, quod asiarchia dicitur in libris juris. Eligebantur autem asiarchiæ hoc modo. Singulæ urbes Asiæ initio cuiusque anni, id est sub æquinoctium autumnale, concionem habebant, in qua unum ex suis civibus asiarcham nominabant; legatos deinde mittebant ad commune gentis concilium, qui nomen ejus qui domi electus fuerat renuntiarent. Tum σύνεδροι ex omnibus iis quos singulæ civitates asiarchas nominaverant, decem circiter eligebant. Docet id Aristides in quarta orationum *sacrarum*, ubi se tertium aut quartum asiarcham a synedris, id est, a communi Asiæ consilio designatum esse dicit. Sed difficultas est, utrum hi omnes qui in publico Asiæ concilio designati fuerant, simul sacerdotium gesserint; an vero unus duntaxat fuerit asiarcha. Plures quidem fuisse quotannis asiarchas affirmat Jac. Usserius Armachanus, eo quod in cap. xix Actuum apostolorum, plures memorantur asiarchæ suasisse Paulo ne in theatrum Ephesiorum prodiret. Sed locus ille Actuum nihil probat. Asiarchæ enim illic vocantur qui Asiarchiæ sacerdotium gesserant, eo plane modo quo pontifices Judæorum in Evangelio dicuntur, quotquot pontificatum antea administraverant. Ego vero libentius crediderim, unum duntaxat fuisse quotannis asiarcham. Licet enim plures a synedris designari solerent, id forte fiebat, ut ex eorum numero unum aliquem proconsul Romanus eligeret, quemadmodum de iremarchis fieri solitum esse tradit Aristides in eadem oratione. Potuit etiam id consulto fieri a synedris, ut si forte is qui primus asiarcha ab ipsis fuerat designatus, fato concederet priusquam sacerdotii sui munus expletset, alter esset qui ejus locum expleret. Unum porro fuisse quotannis asiarcham apparet ex fine hujus epistolæ, ubi Polycarpus dicitur passus esse sub Philippo asiarcha, proconsule Asiæ Statio Quadrato. Nam si plures erant asiarchæ, non unus tantummodo nominari debuit. Porro valde onerosum erat hoc sacerdotium, atque idcirco non nisi opulentiores ad id gerendum eligebantur. Hinc est quod Strabo observat, asiarchas fere ex Trallianis desumptos fuisse, propterea quod ejus urbis cives totius Asiæ opulentissimi essent. Non solius autem Asiæ, sed generaliter omnium

A rum supplicio reservatur. Sed quid cessas? profer quodcumque volueris. » Hæc et alia plura cum diceret, fiducia simul et gaudio replebatur, et in vultu ejus gratia quædam emicabat. Tantumque absfuit ut iis quæ ipsi dicta erant, terribus concideret. Quin contra ipse proconsul attonitus stetit, misitque præconem qui in medio stadio ter pronuntiavit: « Polycarpus se Christianum esse professus est. » Quo audito statim universa multitudo gentilium ac Judæorum qui Smyrnam incolebant, incredibili furore et ingenti strepitu acclamavit: « Hic est doctor Asiæ et pater Christianorum, eversor numinum nostrorum, qui multis præcipit ne sacrificent, neve deos immortales adorent. » Hæc dicentes inclamabant, rogabantque Philippum Asiarcham, ut leonem B adversus Polycarpum emitteret. At ille negavit id sibi licere, 133 quippe qui amphitheatrale spectaculum jam edidisset. Tunc omnes uno consensu acclamant, ut Polycarpus vivus comburetur. Necesse enim erat ut visio illa, quam in cervicali viderat, impleretur, tunc cum inter orandum illo ardere viso, ad fratres qui ipsum comita-

provinciarum sacerdotes munera edebant. Augustinus in epistola 5, de Apuleio loquens: *Qui sacerdos provinciæ pro magno fuit, ut munera ederet venatoresque vestiret, et pro statua sibi apud Coenses locanda, ex qua civitate habebat uxorem, adversus contradictionem quorundam civium litigaret.* Ubi obiter moneo scribendum esse *apud Coenses*. Uxor enim Apuleii erat ex Oea urbe Africae. Ex his intelligitur cur tantopere laboraverit Aristides, ut publico Asiæ sacerdotio liberaretur. Quippe id unus erat gravissimum, cum asiarchæ ad editionem munerum constringerentur. Philostratus in *Scopeliano Sophista*: *Ἀρχιερεὺς μὲν ἐγένετο τῆς Ἀσίας αὐτὸς τε, καὶ πρόγονοι αὐτοῦ, παῖς ἐκ πατρὸς πάντες. Ὁ δὲ στέφανος οὗτος πολὺς, καὶ ὑπὲρ πολλῶν χρημάτων.* Il est: *Pontifex Asiæ seu asiarcha fuit ipse et majores ejus, ita ut continua serie filius patri succederet. Est autem hujus sacerdotii honos non mediocris, nec mediocri pecunia constat.*

(77) *Εἰς τοῦτο ὑπουργούντων.* In tribus nostris codicibus Mazar., Med. et Faket. scriptum est, εἰς ταῦτα ὑπουργούντων, quemadmodum etiam legitur in exemplaribus quibus usus est Jac. Usserius Armachanus. Rulinum quoque ita legisse ex ejus versione apparet, Sic enim interpretatur: *Præcipue Judæis ardentibus in hæc ex more ferventibus.*

(78) *ὑπολύειν ἑαυτὸν.* Hujusmodi officium episcopis et confessoribus præstare solebant veteres Christiani. Sic in *Passione Fructuosi* episcopi legimus: *Cum venisset ad amphitheatrum, statim ad eum accessit Augustalis nomine lector ejusdem, cum flētibus deprecans, ut eum exscalciaret.*

(79) *Πρὸ τῆς πολιᾶς ἐκεχόσμητο.* Innsitata vox eo quidem sensu, pro eo quod alii dicerent ἐκατίμητο. At Nicephorus cum hæc non intelligeret, locum interpolavit hoc modo: *Ἀγαθῆ γὰρ πολιτεία καὶ πρὸ τῆς πολιᾶς ἐκεχόσμητο.* In Usseriana autem editione locus hic aliter interpolatus est in hunc modum: *Ἐν παντὶ γὰρ καλῶ, ἀγαθῆς ἔνεκεν πολιτείας, καὶ πρὸ τῆς μαρτυρίας ἐκεχόσμητο.*

(80) *Τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ἔργα.* Tunicam molestam intelligo, pice ac bitumine illitam, de qua Juvenalis ejusque scholiastes loquitur. Item palum seu stipitem ad quem alligabantur comburendi: denique clavos ac funes, ut videre est in *Actis Pionii* martyris, sub finem.

bantur conversus, prophético spiritu dixit : « Vivum me comburi oportet. » Cæterum hæc non citius a populo dicta quem facta sunt, cunctis ligna et sarmenta partim ex officinis, partim ex balneis incredibili celeritate comportantibus, præcipue vero Judæis alacri animo, ut solent, operam suam in id conferentibus. Extracto igitur rogo Polycarpus, omni veste deposita, ac soluto cingulo, calceos etiam sibi ipse detrahere tentabat, quod quidem antea facere minime consueverat : quippe cum singuli fidelium quotidie inter se ambitiose certarent, quisnam prior corporis ipsius cutem contingeret. Semper enim, etiam ante canitiem, ob sanctioris vitæ honestatem ab omnibus cultus fuerat. Mox circumjecta sunt ei instrumenta, quæ ad feralem rogam apparatus fuerant. Cumque eum clavis affigere etiam vellent : « Sinite me, inquit. Qui enim mihi vires dat ad ignis supplicium fortiter sustinendum, idem dabit, ut immotus rogo insistam. » Proinde ommissis clavis, vinculis duntaxat eum astrinxerunt. Ille igitur manus post tergum connectens, et ad palum revinctus, tanquam aries quidam eximius ex magno grege delectus, qui gratissimum holocaustum omnipotenti offerretur Deo : « Pater, inquit, unigeniti et benedicti Filii tui Jesu Christi, per quem tui notitiam accepimus ; Deus angelorum, et potestatum, et universæ creaturæ, omniumque justorum qui vivunt in conspectu tuo : benedico te, qui me in hunc diem, et ad horam hanc perducere dignatus es, ut partem caperem in consortio martyrum et in calice Christi tui, in resurrectionem vitæ æternæ animæ simul et corporis, in incorruptione Spiritus sancti. Inter quos, quæso, suscipiar hodie in conspectu tuo tanquam hostia pinguis et accepta, quemadmodum præparasti, adimplens ea quæ præmonstrasti, verax Deus. Quamobrem de omnibus te laudo, te benedico, te glorifico per sempiternum Pontificem Jesum Christum unigenitum Filium tuum, per quem tibi una cum ipso in Spiritu sancto gloria nunc et in sæcula seculorum, Amen. »

134 Et cum Amen clara voce insonuisset, precationemque complisset, ministri quibus accendendi ignis commissa erat cura, rogam accendunt. Cumque ingens flamma exarsisset, mira res visa est ab iis qui eam videre meruerunt, et qui ideo reservati sunt ut aliis illam renuntiarent. Ignis enim fornicis

(81) *Ἀναπέμφαντος δὲ τὸ Ἀμήν. Verbum ἀναπέμφαντος hoc mihi indicare videtur, ipsam quidem orationem tacite ac submissa voce a Polycarpo pronuntiatam fuisse ; Amen vero edita voce prolatum. Itaque Rufinus verit, et cum Amen insonuisset. Conjecturam nostram confirmant Acta passionis Pionii martyris quæ sic habent : Cumque Pionius oculos clausisset, turba illum animam egisse suspiraba. ut : sed ipse secreto precabatur. Cumque precandi finem fecisset, oculos aperuit. Jamque flamma sublimis ascendebat, cum hilari vultu postremum Amen pronuntians. etc. Sane hanc olim consuetudinem fuisse Christianorum, ut in fine orationis Amen clara voce resonarent, docet ritus qui etiamnum servatur in Ecclesia, ut scilicet post singulas orationes a sacerdote pronuntiatas, populus univ ersus acclamet Amen.*

τέρας ἐκ τῶν ἡλῶν ἀσφαλείας, ἀσχύλτως ἐπιμείναι τῆ πυρᾷ. » Οἱ δὲ οὐ καθήλωσαν, προσέδησαν δὲ αὐτόν. Ὁ δὲ ὀπίσω τὰς χεῖρας ποιήσας, καὶ προσδεθείς ὡς περ κριδὸς ἐπίσημος ἀναφερόμενος ἐκ μεγάλου ποιμνίου δλοκαύτωμα δεκτὸν Θεῷ παντοκράτορι, εἶπεν· « Ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ Παιδὸς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ Πατὴρ, δι' οὗ τὴν περὶ τὴ ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν, ὁ Θεὸς ἀγγέλων καὶ δυνάμεων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως, παντὸς τε τοῦ γένους τῶν δικαίων οἱ ζῶσιν ἐνώπιόν σου, εὐλογῶ σε ὅτι ἔξῆυσάς με τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ταύτης, τοῦ λαβεῖν μέρος ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων, ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἐν ἀφθαρσίᾳ Πνεύματος ἁγίου· ἐν οἷς προσδεθειῆν ἐνώπιόν σου σήμερον ἐν θυσίᾳ πῖόνι καὶ προσδεκτῇ, καθὼς προτοίμασας προφανερῶσας καὶ πληρώσας ὁ ἀψευδὴς καὶ ἀληθινὸς Θεός. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ πάντων σε αἰνῶ, σὲ εὐλογῶ, σὲ δοξάζω, διὰ τοῦ αἰωνίου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ σου Παιδὸς, δι' οὗ σοι σὺν αὐτῷ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ δόξα, καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας, ἀμήν. » Ἀναπέμφαντος δὲ αὐτοῦ τὸ Ἀμήν (81) καὶ πληρώσαντος τὴν προσευχὴν, οἱ τοῦ πυρὸς ἀνθρωποποι εἴξησαν τὸ πῦρ μεγάλης δὲ ἐκλαμφάσης φλογὸς, θαῦμα εἶδομεν οἷς ἰδεῖν ἐδόθη, οἱ καὶ ἐτηρήθησαν εἰς τὸ ἀναγγεῖλαι τοῖς λοιποῖς τὰ γενόμενα. Τὸ γὰρ πῦρ καμάρας εἶδος ποιήσαν, ὡς περ ὀθόνης πλοίου ὑπὸ πνεύματος πληρουμένης, κύκλῳ περιετείχετο τὸ σῶμα τοῦ μαρτυροῦ· καὶ ἦν εἰς μέσον οὐχ ὡς σὰρξ καιομένη, ἀλλ' ὡς χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν καμίῳ πυρούμενος. Καὶ γὰρ εὐωδίας τοσαύτης ἀντελαθόμεθα (82), ὡς λιθωντοῦ πνέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν υἰμίων ἀρωμάτων. Πέρασ γοῦν ἰδόντες οἱ ἄνομοι μὴ δυνάμενοι τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι, ἐκέλευσαν προσελθόντα αὐτῷ κομφέκτορα (83), παραβύστω τὸ ξίφος. Καὶ τοῦτο ποιήσαντος, ἐξῆλθε πλήθος αἱμάτων, ὡστε κατασθῆσαι τὸ πῦρ, καὶ θαυμάσαι πάντα τὸν ὄχλον, εἰ τοσαύτη τις διαφορά μεταξὺ τῶν τε ἀπίστων καὶ τῶν ἐκλεκτῶν· ὧν εἰς καὶ οὗτος γέγονεν ὁ θαυμασιώτατος ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικὸς, γενόμενος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Σμύρνῃ καθολικῆς Ἐκκλησίας. Πᾶν γὰρ ῥῆμα δ' ἀφήκεν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐτελειώθη καὶ τελειωθήσεται. Ὁ δὲ ἀντίζηλος καὶ βάσικνος καὶ πονηρὸς ὁ ἀντικείμενος τῷ γένει τῶν δικαίων, ἰδὼν τὸ μέγεθος αὐτοῦ τῆς μαρτυρίας καὶ τὴν ἀπαρχῆς

(82) Καὶ γὰρ εὐωδίας τοσαύτης ἀντελαθόμεθα. Sic in quatuor nostris codicibus Maz., Med. Fok. et Sav. legitur ; ἀντελαμβανόμεθα ediderat Steph. onus. Apud Nicephorum vero scriptum est εὐωδίας τοσαύτης ἀπελαμβάνομεν.

(83) Κομφέκτορα. Confectores dicebantur qui bestias in amphitheatro conficiebant. De his Suetonius in Nerone, cap. 12, et Josephus Scaliger in notis ad Mambium. Qui tamen in eo falli videtur, quod confectores ferarum confundit cum bestiariis. Neque enim confectores cum bestiis pugnant sicut bestiarii, sed ad conficiendas feras immittebantur, si quando efferata bestie stragem populo minarentur, ut aliquoties contingebat. Hi confectores lancearii dicuntur in Gestis presidialibus Tarachi, Probi et Andronici, cap. 10 : Iratus præses mandat lanceariis ursum occidi.

ἀνεπληπτον αὐτοῦ πολιτείας, ἐστεφανωμένον τε τῷ
 τῆς ἀφθαρσίας στεφάνῳ καὶ βραβεῖον ἀναντίρρητον
 ἀπηνηγμένον, ἐπετῆδευσεν ὡς μηδὲ τὸ σωματίον
 αὐτοῦ ὄφ ἡμῶν ληφθεῖη, καίπερ πολλῶν ἐπιθυμούν-
 των τοῦσθ ποιῆσαι, καὶ κοινωθῆσαι τῷ ἀγίῳ αὐτοῦ
 σαρκίῳ (84). Ὑπέβαλον γοῦν τινες Νικήτην τὸν τοῦ
 Ἡρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Δάλακῃς (85), ἐντυχεῖν
 τῷ ἡγεμόνι, ὥστε μὴ δοῦναι αὐτοῦ τὸ σῶμα, μὴ,
 φησιν, ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἄρξωνται
 σέβειν. Καὶ ταῦτα εἶπον, ὑποβαλόντων καὶ ἐνισχυ-
 σάντων τῶν Ἰουδαίων, οἳ καὶ ἐτήρησαν μελλόντων
 ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς αὐτὸν λαμβάνειν, ἀγροοῦντες ὅτι
 οὔτε τὸν Χριστὸν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν
 ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτη-
 ρίας παθόντα, οὔτε ἕτερόν τινα σέβειν. Τοῦτον μὲν
 γὰρ Ἰῖδὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ, προσκυνοῦμεν, τοὺς δὲ μάρ-
 τυρας, ὡς μαθητὰς τοῦ Κυρίου καὶ μιμητὰς, ἀγαπῶ-
 μεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν
 Ἰεὸν βασιλεία καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς
 συκοινωνοὺς τε καὶ μαθητὰς (86) γενέσθαι. Ἰδὼν
 οὖν ὁ ἑκατοντάρχης τὴν τῶν Ἰουδαίων γενομένην
 φιλονεκίαν, θείας αὐτὸν ἐν μέσῳ, ὡς ἔθος αὐτοῖς,
 ἔκασεν. Οὕτως τε ἡμεῖς ὑστερον ἀνελόμενοι τὰ τι-
 μιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυ-
 σίου ὅσα αὐτοῦ, ἀπεθέμεθα σπου καὶ ἀκόλουθον ἦν.
 Ἐνθα ὡς δυνατόν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει
 καὶ χαρᾷ, παρέξει ὁ Κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρ-
 τυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἰς τε τῶν προηθλη-
 χότων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἀσκήσιν τε καὶ
 ἐτοιμασίαν. Τοιαῦτα τὰ κατὰ τὴν μακάριον Πολύκαρ-
 πον σὺν τοῖς ἀπὸ Φιλαδελφείας δώδεκα τοῖς ἐν Σμύρῃ
 μαρτυρήσασιν· ὅς μόνος ὑπὸ πάντων μᾶλλον μνημο-

A speciem præbens, tanquam velam navis ventorum
 flatu sinuatum circum corpus martyris stetit. Quod
 quidem in medio positum, non ut caro assa videba-
 tur, sed velut aurum aut argentum quod in fornace
 excoquitur. Quippe odorem suavissimum quasi thu-
 ris alteriusve pretiosi aromatis, narium nostris
 inhalantem hauriebamus. Postremo eruentes impii
 ac profani homines corpus flammis non posse
 consumi, confectorem propius accedere ensenque
 alle in corpus adigere jusserunt. Quo facto tanta vis
 sanguinis effluxit, ut ignis prorsus exstingueretur,
 plebsque universa miraretur tantum esse discrimen
 inter infideles atque electos. Quorum ex numero
 hic certe unus fuit nostra ætate, apostolicus et
 propheticus doctor, catholicæ Smyrnenisium Ec-
 clesie episcopus. Quidquid enim ille ore suo unquam
 protulit, aut impletum jam vidimus, aut scimus im-
 plendum. Verum invidius ille atque æmulus, et ju-
 storum generi semper infestus nequissimus dæmon,
 cum insigne illius martyrium, vitamque ab ineunte
 adolescentia sine ulla reprehensionis labe trans-
 actam intelligeret, atque idcirco immortalitatis
 corona ipsum esse redimitum, et præmium glo-
 riosi certaminis sine controversia retulisse cerneret,
 operam dedit ne corpus illius a nostris auferretur;
 tametsi multi inter nos essent, qui id agere magno-
 pere cupiebant, et sacro illius cadaveri communi-
 care. Quidam igitur suggesterunt Nicetæ Herodis
 patri, fratri autem Dalces, ut proconsulem aliret
 nonereturque ne cadaver illius donaret, ne forte, ut
 aiebant, relicto Crucifixo, hunc deinceps Christiani
 colere inciperent. Et isti quidem hæc dicebant,

(84) Κοινωνῆσαι τῷ ἀγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ. Hic locus
 imprimis notabilis est, quippe qui vetustissimam Chri-
 stianorum consuetudinem, ac præterea rationem
 ejus nobis ostendit. Ideo enim reliquias martyrum
 aliquas habere tanto studio optabant, ut cum iis-
 dem etiam mortuis communicarent. Nec contenti
 ea communione sanctorum quam catholica profite-
 tur Ecclesia, per fidem scilicet, spem ac charita-
 tem; per sacras etiam eorum reliquias et pignora,
 cum ipsis communicare cupiebant. Itaque eorum
 reliquias in cœmeteriis honorifice condebant, ibique
 quotannis convenientes, anniversarium martyrii
 diem celebrabant, hac ratione cum defuncto mar-
 tyre perpetuo communicantes, ut testatur hæc epi-
 stola paulo infra. Atque id faciebant ex præcepto
 apostoli Pauli, qui in Epistola ad Rom., cap. xii,
 communicare nos sanctorum memoris jubet. Certe
 Optatus in libro ii, verba illa Apostoli, *memoriis
 sanctorum communicantes*, ita interpretatur, ut idem
 significent, quod offerre ad sepulera martyrum. Nec
 aliter sumit Hilarius in libro *contra Constantium*,
 sub finem. De hac communione loquitur Marcellinus
 presbyter in libello precum ad Valentianum imp.,
 ubi de Oxyrynchitis qui sancti Pauli ipsorum
 quondam antibus memoriam devotissime celebra-
 bant: *Habentes, inquit, secum presbyteros et dia-
 conos illius illibate fidei, per quos fruebantur divi-
 nis sacramentis, una cum supermemorato beatissimo
 Paulo*. Et hæc quidem de publico cultu reliquiarum
 quæ in cœmeteriis repondebantur. Fuit et alius
 mos secutus temporibus, ut singuli fidelium reli-
 quias martyrum quascunque nancisci potuerant,
 domi honorifice servarent. De quo more audi quid
 senserit Eusebius noster in sermone 2 de resurre-

ctione: *Non enim projecit quam incidit, sed acci-
 piens eam ut medicamen ad sanitatem illius delicti
 quod admisit abnequendo, domi recondit: ut conser-
 varent instruitiores, fideles tamen, honorare si quid
 a martyribus sumpserint*. Hæc etiam referendus est
 mos Ægyptiorum, qui martyrum corpora non hu-
 mabant, sed domi in lectulis reposita servabant,
 ut refert Athanasius in *Vita B. Antonii*.

(85) Ἀδελφὸν δὲ Δάλακῃς. Hoc nomen varie cor-
 ruptum in codicibus nostris invenit. Codex quidem
 Melicensis Δάλακῃς scriptum habet. Nicephorus autem
 Δάρακῃς. Cæteri codices vulgatam lectionem retinent
 cum Runno. Sed cum hoc nomen nec Græcum sit
 nec Latium, malim sequi editionem Usserianam,
 in qua legitur ἀδελφὸν δὲ Ἄλακῃς. Nam Alce nomen
 fuit usitatum in Græcia, et præcipue apud Smyr-
 næns, ut docet Ignatii ad Smyrnænos epistola. Usse-
 rius quoque in manuscripto Savilii codice scriptum
 esse testatur ἀδελφὸν δὲ Ἄλακῃς. Quam tamen le-
 ctionem Savilius ad oram libri sui qui penes nos
 est, minime adnotavit.

(86) Συκοινωνοὺς τε καὶ μαθητὰς. Rectius in
 codice Maz. et Melicensio scribitur καὶ συμμαθητὰς.
 In integro autem exemplari hujus epistolæ quod
 Jac. Usserius edidit, ita scriptum habetur: ὧν γέ-
 νοιτο καὶ ἡμᾶς κοινωνοὺς τε καὶ συμμαθητὰς γενέ-
 σθαι. Quam lectionem velus ejus epistolæ interpres
 secutus est. Sic enim vertit, *ut nos socii ipsorum et
 condiscipuli esse mereamur*. Optime, meo quidem
 judicio. Optant enim Smyrnenes, ut discipuli
 Christi, et commilitones ac condiscipuli martyram
 esse mereantur. Vulgatam lectionem retinet auctor
Chronici Alexandrini, ubi agit de Polycarpo.

suggestentibus atque instantibus Judæis, qui etiam A
nostros sollicitè observaverant, cum e rogo corpus
auferre tentarent : stulti, qui ignorarent nos Christum
nunquam posse relinquere, qui pro salute omnium,
mortem pertulerit, nec alium quemquam colere. Illum enim utpote Filium 135 Dei adoramus, martyres

(87) *Ἐν parti τέτρω λαλεισθαί.* Finis hujus Smyrnenorum epistolæ omissus est ab Eusebio, propterea quod ad institutum ipsius parum facere videbatur, et quia in alio opere integram epistolam retulerat, in libro scilicet De antiquis martyrum passionibus. Nos vero ex editione Usseriana extremam hujus epistolæ partem supplēvimus, ne studiosi lectores in hac editione nostra quidquam desiderare possint. Sic autem habet :

Ὁ μόνον διδάσκαλος γενόμενος ἐπίσημος, ἀλλὰ καὶ μάρτυς ἔξοχος οὗ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσι μιμεῖσθαι, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον· διὰ τῆς ὑπομονῆς γὰρ καταγωνισάμενος τὸν δίκαιον ἀρχοντα, καὶ οὕτως τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον ἀπολαβὼν, σὺν τοῖς ἀποστόλοις καὶ πᾶσι δικαίοις ἀγαλλώμενος, δοξάζει τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ εὐλογεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν, καὶ κυβερνήτην τῶν σωμάτων ἡμῶν καὶ ποιμένα τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ὑμεῖς μὲν οὖν ἤξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα, ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπὶ κεφαλαίῳ μεμνήσκαμεν διὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Μάρκου. Μαθόντες οὖν ταῦτα, καὶ τοὺς ἐπέκεινα ἀδελφοὺς τὴν ἐπιστολὴν διαπέμψασθε, ἵνα καὶ ἐκεῖνοι δοξάζωσι τὸν Κύριον, τὰς ἐκλογάς ποιούντα ἀπὸ τῶν ἰδίων δοῦλων, τῷ δυναμένῳ πάντα· ἡμᾶς εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ δωρεᾷ εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ βασιλείαν, διὰ παιδὸς αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη εἰς αἰῶνας. Ἀμήν! Προσαγορεύετε πάντας τοὺς ἁγίους· ὑμεῖς οἱ σὺν ἡμῖν προσαγορεύουσιν, C καὶ Εὐάρεστος ὁ γράψας πανοικίη. Μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος μὴνης Ἐσθιτικοῦ δευτέρου Ἰσταμένου, πρὸ ἑπτὰ καλανῶν Μαίλων, Σαββάτου Μεγάλου, ὡρα ὀγδόῃ· συνελήφθη ὑπὸ Ἡρώδου, ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανού, ἀνθυπατεῦντος Στατίου Κοδράτου, βασιλεύοντος δὲ εἰς τοὺς αἰῶνας Ἰησοῦ Χριστοῦ. ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, μεγαλοσύνη, θρόνος αἰώνιος ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. Ἐβρώσῃαι ὑμεῖς εὐχόμεθα, ἀδελφοί, στοιχοῦντας τῷ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον λόγῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ δόξα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ τῶν ἁγίων ἐκλεκτῶν, καθὼς ἐμαρτύρησεν ὁ μακάριος Πολύκαρπος, οὗ γένοιτο ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς τὰ ἔτη εὐρεθῆναι ἡμᾶς. Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάιος, ἐκ τῶν Εἰρηναίου, μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ· ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τοῦ Γαίου ἀντιγράψων ἔγραψα. Ἡ χάρις μετὰ πάντων. Ἐγὼ δὲ πάλιν Ἰππίου ἐκ τοῦ προγεγραμμένου ἔγραψα, ἀναζητήσας αὐτά, κατὰ ἀποκάλυψιν φανερωσάντός μοι Πολυκάρπου, καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς, συναγαγὼν αὐτὰ κτῆσθαι ἐκ τοῦ χρόνου κεκηρκότα, ἵνα καὶ μετ' ἀγαθῆς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, ᾧ ἡ δόξα, σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι· εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Id est :

Qui non solum doctor insignis, verum etiam summus exstitit martyr, cujus martyrium omnes imitari student, quippe quod cum Evangelio Christi consentierit. Etenim injustissimum præsidem patientia ac tolerantia superavit, et hac ratione immortalitatis coronam adeptus, una cum apostolis atque omnibus sanctis lætus glorificat Deum Patrem, et benedicit Dominum nostrum, gubernatorem corporum nostrorum, et catholicæ per universum orbem Ecclesiæ pastorem. Ac vos quidem petieratis ut cuncta quæ gesta sunt, fusius exponeremur. Nos vero in præsentiarum brevi compendio indicavimus

νεύεται, ὡς καὶ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἐν παντὶ τόπῳ λαλεισθαί (87). Ὡς μὲν δὴ κατὰ τὸν θαυμάσιον καὶ ἀποστολικὸν Πολύκαρπον, τοιοῦτου κατηξίωτο τέλους, τῶν κατὰ τὴν Σμυρναίων Ἐκκλησίαν ἀδελφῶν τὴν ἱστορίαν ἐν ἣ δεδηλώκαμεν αὐτῶν ἐπιστολῇ καταθεθειμένων. Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ περὶ αὐτοῦ γραφῇ καὶ

per fratrem nostrum Marcum. Quæ vos postea quaerente accepertis, rogamus ut ad fratres ulterius positos epistolam transmittatis, quo et illi Dominum benedicant, qui ex suis famulis quoscunque vult, eligit, qui gratia sua atque indulgentia omnes nos in regnum suum æternum potest inducere, per Filium suum unigenitum Jesum Christum, cui gloria, honor, imperium ac majestas in sæcula. Amen! Salute omnes sanctos universi qui nobiscum sunt, vos salutant, et Evarestus hujus epistolæ scriptor cum omni domo sua. Passus est autem beatus Polycarpus die secundo mensis Xanthii, ante diem vii Kalendas Martias, Magno Sabbato, hora octava. Captus est ab Herode, pontifice Asiæ Philippo Tralliano, Statio Quadrato proconsole, regnante in sæcula Jesu Christo, cui gloria, honor, majestas ac thronus sempiternus ab ætate in ætatem. Optamus vos in Domino valere, fratres charissimi, inherentes præceptis atque Evangelio Jesu Christi, cum quo gloria et honor Deo Patri sanctoque Spiritui, ob salutem sanctorum qui electi sunt a Deo. Quorum exemplo passus est beatus Polycarpus. Ad cujus vestigia optamus ut in regno Christi locum habere mereamur. Hæc ex libro Irenæi, discipuli B. Polycarpi, descripsit Caius, qui etiam versatus est cum Irenæo. Ego vero Socrates Corinthi transcripsi ex Caii exemplari. Gratia sit cum omnibus. Po hæc ego Pionius ex supra dicto descripsi, cum exemplaria diu quævisissem, et Polycarpus per visionem ea mihi revelasset, ut inferius declarabo : cum autem vetustate ac longinquitate temporis prope corrupta essent, collegi ea, ut me quoque cum electis suis colligat Dominus noster Jesus Christus, cui cum Patre et Sancto Spiritu gloria in sæcula sæculorum. Amen!

Hæc idcirco hic ascribenda esse duxi, ut tam illustre antiquitatis ecclesiasticæ monumentum hic quoque integrum legeretur. Sunt autem in calce hujus epistolæ quædam diligentius observanda. Primum est, hanc epistolam non continuo post Polycarpi martyrium, sed aliquanto post tempore a Smyrnenis scriptam fuisse. Nam cum Philomenses de Polycarpi martyrio fama tantum ac rumore tantum audissent, litteras dederunt ad Smyrnenorum Ecclesiam, rogantes ut cuncta quæ in beatissimi viri passione gesta fuerant, singillatim prescripta ad ipsos mitterentur. Quod quidem libentissime præstitit Smyrneni, scripta ad ipsos epistola quam in manibus habemus. Id autem subindicant his verbis : Ὑμεῖς μὲν οὖν ἤξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα, etc. Secundo notandum est, Polycarpi martyrium passum in hac epistola evangelicum martyrium appellari. Nam et initio epistolæ aiunt Smyrneni : σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ Κύριος ἀνοθεῖν ἐπίδειξῃ τὸ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον μαρτύριον. Et in extrema epistolæ parte : οὗ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσι μιμεῖσθαι, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον. Cur autem consonum Evangelio Christi vocetur hoc Polycarpi martyrium, utrobique afferunt rationem Smyrneni, quod scilicet Polycarpus fugerit eos, qui ipsum persequerantur, exemplo Christi expectans donec traderetur, et quod iniquitatem præsidis patientia sua superavit. Illud etiam observandum est, hanc Smyrnenorum epistolam perlata quidem fuisse a Marco, scriptam vero manu Evaresti, cujus nomen ascripserunt

ἀλλὰ μαρτύρια συνήπτο (88) κατὰ τὴν αὐτὴν Σύμυρ-
 ναν πεπραγμένα ὑπὸ τὴν αὐτὴν περίοδον τοῦ χρόνου
 τῆς τοῦ Πολυκάρπου μαρτυρίας· μεθ' ὧν καὶ Μητρό-
 δωρος τῆς κατὰ Μαακίωνα πλάνης πρεσβύτερος δὴ
 εἶναι δοκῶν, πυρὶ παραδοθεὶς ἀνήρηται. Τῶν γε μὴν
 τότε περιβόητος μάρτυς εἰς τις ἐγνωρίζετο Πιόνιος,
 οὗ τὰς κατὰ μέρος ὁμολογίας, τὴν τε τοῦ λόγου παρ-
 ῥησίαν, καὶ τὰς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐπὶ τοῦ δήμου καὶ
 τῶν ἀρχόντων ἀπολογίας, διδασκαλικὰς τε δημηγο-
 ρίας, καὶ ἔτι τὰς πρὸς τοὺς ὑποπεπτωκότας τῶν κατὰ
 τὴν διωγμὸν πειρασμῶν δεξιότητες, παραμυθίας τε ἅς
 ἐπὶ τῆς εἰρηκτῆς τοῖς παρ' αὐτὸν εἰσαφικνουμένοις
 ἀδελφοῖς παρετίθετο, ἅς τε ἐπὶ τούτοις ὑπέμεινε βα-
 σάνους, καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀληθδόνως, καθλώσεις
 τε, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς πυρᾶς καρτερίαν, τὴν τε ἐφ'
 ἅπασιν τοῖς παραδόξοις αὐτοῦ τελευτήν, πληρέστατα τῆς
 περὶ αὐτοῦ γραφῆς περιεχούσης, τοὺς οἷς φίλον, ἐπὶ
 ταύτην ἀναπέμφομεν, τοῖς τῶν ἀρχαίων συναχθεῖσιν
 ἡμῶν μαρτυροῖς ἐντεταγμένην (88'). Ἐξῆς δὲ καὶ ἄλλων
 ἐν Περγᾶμῳ (89) πάλαι τῆς Ἀσίας ὑπομνήματα με-

Smyrnæi exemplo apostoli Pauli, qui in suis ad Romanos litteris Tertii quoque litterarum scriptoris nomen apposuit. Postremo notandum est, quod Polycarpus passus esse dicitur die secundo mensis Xanthici, id est, ante diem vii Kalendas Martias. Usserius quidem tum in notis ad epistolam Smyræorum, tum in libro De anno solari Macedonum et Asianorum, cap. 4, affirmat Smyrnæos præter morem reliquarum Asiæ civitatum, mensem Xanthicum exorsos fuisse a die 25 mensis Martii. Sed cum ad id probandum nullam rationem afferat, in eo non possum illi assentiri. Quis enim credat, Smyrnæos in mensem Macedonicorum dispositione a reliquis Asiæ civitatibus dissensisse? Certe si ita fuisset, Smyrnæi diem quo passus est Polycarpus, non ita designassent, ut legitur in hac epistola: μαρτυρεῖ δὲ ὁ Πολύκαρπος Ἐανθικοῦ δευτέρῃ ἰσταμένου. Sed ad vitandam ambiguitatem, adiecissent, καθ' ἡμᾶς τοὺς Σμυρναίους. Cæterum Smyrnæos in anni ac mensium suorum dispositione prorsus cum Asianis consensisse, docent *Acta* Pionii martyris qui passus est Smyrnæ in persecutione Deciana, in quibus ita scribitur: *Hæc acta sunt Julio proconsule, ante iv Idus Martias more Romanorum, Asiæ autem more, septimi mensis undecimo.* Rectius in *Chronico Alexandrino* legitur: ὁ ἐστὶ κατὰ Ἀσιανούς μηνὶ ἕκτῳ 19'. Cum igitur Smyrnæi non aliter menses suos ordinaverint quam cæteri Asiani, apud Asianos vero mensis Xanthici initium in vicesimum secundum Februarii diem incidit, idem quoque a Smyrnæis observatum sit necesse est. Quare in epistola Smyrnæorum de martyrio Polycarpi, scribendum: πρὸ ἑπτὰ Καλανθῶν Μαρτίων, ut legit D velus interpret. Nam secundus dies mensis Xanthici apud Smyrnæos et Asianos cadebat in vii Kalendas Martias. Certe eo die, 25 scilicet Februarii, et Smyrnæi et omnes Græci memoriam sancti Polycarpi semper celebrarunt, ut constat tum ex *Actis* Pionii martyris, tum ex *Menais* Græcorum. Quod si quis cum Usserio nobis objiciat, diem magui Sabbati, quo passus est B. Polycarpus, nunquam posse cadere in vii Kalendas Martias, respondēbimus obscurum nobis e se atque incomperitum, quodnam fuerit magnum illud Sabbatum, cujus a Smyrnæis facta est mentio, tum in epistola ad Philomelienses de martyrio Polycarpi, tum in *Actis* Pionii. Capellus quidem primum Sabbatum Quadragesimæ ita vocari existimavit. Cujus conjecturam sequetur qui volet. Sed cum diem ipsum quo passus est B. Polycarpus, tot tantisque testimoniis designatum habeamus, septimum scilicet

A vero tanquam discipulos et imitatores Domini, merito amore prosequimur, ob eximiam ipsorum benevolentiam, quam erga Regem ac Magistrum suum declararunt. Quorum nos quoque consortes ac condiscipulos fieri omnibus modis optamus. Porro cum centurio pertinaciam Judæorum animadverteret, corpus in medio collocatum, ut moris est ipsis, concremavit. Atque ita nos demum ossa illius gēmmis pretiosissimis chariora, et quovis auro puriora colligentes, ubi decebat condidimus. Quo etiam in loco nobis, si fieri poterit, convenientibus concedet Deus natalem ejus martyrii diem cum hilaritate et gaudio celebrare, tum in memoriam eorum qui glorioso certamine perfuncti sunt, tum ad posteros hujusmodi exemplo erudiendos et confirmandos. Hæc de beato Polycarpo, qui cum alis duodecim Philadelphensibus apud Smyrnam martyrio est coronatus. Qui tamen solus omnium hominum memoria ac fama præcipue celebratur, adeo ut nomen ipsius ubique terrarum etiam a gentilibus commemoretur.

Kalendas Martias, præstat meo quidem iudicio eam sententiam tueri, quæ tum Smyrnensis Ecclesiæ, tum omnium Orientalium tabulis confirmatur, quam incertis de magno Sabbato conjecturis et Judæorum traditionibus inniti. Neque enim probabile est, Smyrnæos diem quo passus est B. Polycarpus ignorasse; aut natalem ejus alio die quam quo passus fuerat, celebrasse, præsertim cum Smyrnæi in hac ipsa ad Philomelienses epistola discrete polliceantur, se quotannis diem ejus natalem pie sancteque esse celebratos. Quare cum paulo ante Pionii martyrium, principatu Decii Augusti, id est, octoginta circiter annis a passione B. Polycarpi, constet Smyrnæos natalem B. Polycarpi celebrasse vii Kalendas Martias, nefas jam esse existimo de die passionis ejus amplius dubitare. *Siculorum Pastorum* auctor, inquit Usserius, pro Ματῶν legit Ἀπριλλίων. Verum enim Polycarpi natalem in 26 Martii esse statuendum et Asiani anni ratio et magui Sabbati character evincit, licet apud Latinos 26 Jan., apud Græcos 25 Febr. celebretur. Usserio astipulatur Pagius ad an. 167, n. 3, 4. Edit.

(88) *Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ περὶ αὐτοῦ γραφῇ καὶ ἄλλα μαρτύρια συνήπτο.* Male hunc locum acceperunt Rufinus, Nicephorus et Christophorus. Existimant enim in eadem illa de Polycarpi martyrio epistola, Pionii quoque et Metrodori aliorumque passiones a Smyrnæis commemoratas fuisse, cum tamen id non dicat Eusebius, sed tantum affirmet, epistolæ illi in qua de Polycarpi martyrio agebatur, adjunctas fuisse aliorum martyrum passiones, Pionii scilicet ac Metrodori. Certe Eusebius paulo post, epistolam de Pionii martyrio distinguit ab epistola illa in qua martyrium Polycarpi describitur: Πληρέστατα τῆς περὶ αὐτοῦ γραφῆς περιεχούσης, τοὺς οἷς φίλον ἐπὶ ταύτην ἀναπέμφομεν. Et in hoc quidem fortasse excusari potest Eusebius. In eo vero quod Pionium, Metrodorum, Carpum et reliquos passos esse existimat principatu Marci Antonini, iisdem temporibus quibus passus est Polycarpus, nemo illum excusare unquam potest. Quippe ex *Actis* Pionii, et ex *Actis* Carpi et Papuli, constat illos regnante Decio subisse martyrium. Causam erroris Eusebio præbuit, quod *Acta* illa Pionii et Carpi simul cum *Actis* passionis sancti Polycarpi in uno codice compacta legebantur. Ex quo suspicatus est Eusebius illos uno eodemque tempore passos fuisse.

(88') *Ἐντεταγμένην.* Al. impr., ἐντεταγμένην, nitrum typograph. errore. Edit.

(89) *Ἐξῆς δὲ καὶ ἄλλων ἐν Περγᾶμῳ.* Hunc locum ita accepit Christophorus, quasi *Acta* mar-

Atque hic exitus admirandi illius et apostolici Polycarpi : cujus ordinem ac seriem fratres Smyrnen-
sis Ecclesiæ, in ea quam diximus epistola memoriæ
prodiderunt. Sed et alia martyria sub idem tempus
quo Polycarpus passus est, apud Smyrnam facta, in eadem epistola conjunctim leguntur. In quibus
et Metrodorus quidam, qui Marcionis sectæ presbyter dicebatur, flammis consumptus interit. Cele-
berrimus quoque inter reliquos ejus temporis martyres fuit Pionius. Cujus singulas confessiones, ac
libertatem in dicendo, utque coram populis ac præsidibus pro fidei nostræ defensione peroraverit,
conciones item de institutione fidei, præterea cohortationes, atque invitationes ad eos qui perse-
cutionis tempore lapsi fuerant : allocutiones etiam et consolationes quas in carcere positus adveni-
entibus ipsum fratribus adhibuit ; quæ super his tormenta, quantosque dolores sustinuerit : clavorum
insuper confixiones, et mirabilem in medio rogo constantiam : mortem denique ipsam quæ cuncta
illa miracula subsecuta est, si qui volent cognoscere, eos ad epistolam de illius martyrio uberrime
conscriptam amandamus, quam nos in opere de priscis martyribus quorum passionem collegimus,
136 ordine suo inseruimus. Aliorum præterea qui in urbe Asiæ Pergamo sub id tempus martyrium
passi sunt, Acta etiamnum circumferuntur, Carpi videlicet, Papuli, et mulieris cujusdam Agathoni-
cæ : qui post multas atque illustres fidei nostræ confessiones glorioso exitu consummati sunt.

CAPUT XVI.

*Quomodo Justinus philosophus religionem Christi
Romæ prædicans martyrium meruit.*

Isdem temporibus et Justinus, cujus supra men-
tionem fecimus, cum alterum librum pro fidei nostræ
defensione imperatoribus superius memoratis obtu-
lisset, sacro martyrio exornatus est fraude ac ma-
chinationibus Crescentis philosophi, qui vivendi
rationem prorsus convenientem ac respondentem
Cynicæ appellationi æmulabatur. Quem cum ille
disputans audientibus plurimis convicisset, tandem
veritatis illius quam prædicaverat, præmium mar-
tyrio consecutus est. Hunc autem exitum vitæ,
idem ille veræ sapientiæ studiosissimus sectator,
in supradicto *Apologetico* aperte prout erat ipsi
prope diem eventurus, prædicat his verbis : « Ego
etiam exspecto ut ab aliquo eorum qui philosophi
appellantur, insidiis appetar, et in nervum coin-

tyrum Carpi et Papuli, in eadem illa Smyrnæorum
epistola continerentur. Quod tamen verum non pu-
to. Neque enim verisimile est, Smyrnæos martyria
quæ Pergami gesta erant, in epistola sua retulisse.
Probabilis est, Acta hæc martyrum Pergamenorum
a Smyrnæis vel a quibusdam aliis, ob argumenti
similitudinem postea adjuncta fuisse epistolæ Smyr-
næorum, et in unum quasi corpus redacta. Atque
ita hunc locum cepisse videtur Nicephorus. Duas
porro epistolas Smyrnæorum fuisse existimo : alter-
am quæ de Polycarpi, alteram quæ de Pionii mar-
tyrio seorsum commemoraverit : quibus subjecta
erant Acta passionis Carpi et Papuli. Certe Pionius
itemque Carpi et Papuli, Decio imperante, mar-
tyrium passi sunt, ut eorum Acta hodieque testan-
tur. Quare passio illorum referri non potuit in dicta
Smyrnæorum epistola, quæ de Polycarpi martyrio
adhuc recenti scripta est ad Ecclesiam Philomeli
temporibus Marci Antonini. Vide Baronium ad an-
num Christi 169, cap. 22, et Usnerium in libro
De anno solari Macedonum et Asianorum, cap. 5.

(90) *Δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων
βιβλίον ἀναδούς.* Eusebius infra cap. 17 mentionem
iterum facit hujus secundi *Apologetici*, quem Ju-
stinus imp. M. Aurelio Antonino pro Christianis
dicaverat. Eiusdem libri meminit etiam Hieronymus
in opere *De scriptoribus ecclesiasticis*. Scaliger in

Α μαρτυρηκότων φέρεται, Κάρπου καὶ Παπύλου, καὶ
γυναϊκὸς Ἀγαθονίχης, μετὰ πλείστας καὶ διαπρεπεῖς
ὁμολογίας ἐπιδόξως τετελειωμένων.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

*Ὅπως Ἰουστίνος ὁ φιλόσοφος τὸν Χριστοῦ λό-
γον ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως πρεσβεύων ἐμυρ-
τῶρησεν* (Nic. H. E. III, 32).

Κατὰ τοῦτους δὲ καὶ ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δηλω-
θεὶς Ἰουστίνος, δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμά-
των βιβλίον ἀναδούς (90) τοῖς δεδηλωμένοις ἀρχουσι,
θειῶ κατακοσμεῖται μαρτυρίῳ, φιλοσόφου Κρίσκεν-
τος (τὸν φερώνυμον δὲ οὗτος τῇ Κυρικῇ προσηγορῶ-
βίον τε καὶ τρῶπον ἐξήλου) τὴν ἐπιβουλήν αὐτῷ κατ-
αρτύσαντος, ἐπίπερ πλεονάκις ἐν διαλόγοις ἀκροα-
τῶν παρόντων (91) εὐθύνας αὐτὸν, τὰ νικητήρια τε-
λευτῶν ὑπὲρ ἧς ἐπρέσβευεν ἀληθείας, διὰ τοῦ μαρ-
τυρίου τοῦ καθ' αὐτὸν ἀνεδήσατο. Τοῦτο δὲ καὶ αὐ-
τὸς ὁ τοῖς ἀληθείαις φιλοσοφώτατος, ἐν τῇ δεδηλωμέ-
νῃ *Ἀπολογία* σαφῶς οὕτως, ὡς περ οὖν καὶ ἐμελλεν
ἔσον οὕτω περὶ αὐτὸν συμβῆσθαι, προλαβὼν ἀπο-
σημαίνει τοῦτοις αὐτοῖς τοῖς ῥήμασι : « Κάγω οὖν
προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὀνομασμένων ἐπιβουλεύθη-

Animadversionibus Eusebianis, pag. 201, ait hunc
secundum Justinum *Apologeticum*, cujus hoc loco
mentionem facit Eusebius, hodie non exstare, id-
que palam esse affirmat. In quo tamen longe fallit-
ur. Etenim Eusebius, postquam dixit Justinum
philosophum secundam pro Christianis *Apologetiam*
M. Aurelio Antonino obtulisse, statim ex eadem
oratione insignem locum affert, quo Justinus ad-
versus Crescentem Cynicum philosophum invehitur.
Qui quidem locus hodie exstat in *Apologetia* prima
eiusdem Justinus, pag. 46 editionis Parisiensis Græco-
Latinæ. Verum in vulgatis Justinus editionibus, ora-
tiones illius apologeticæ præpostero ordine colloca-
tæ sunt. Nam quæ secunda ponitur in excusis exem-
plaribus, ea priore loco poni debuit. Quæ vero in
editionibus prima recensetur, et ad senatum Roma-
num inscripta est, ea posteriore loco collocari debet,
ut pluribus infra dicturi sumus.

(91) *Ἀκροατῶν παρόντων.* Ita quidem Regius.
Sed quatuor reliqui, Mazar. scilicet ac Med., cum
Fuk. et Saviliano, scriptum habent, ἐπ' ἀκροατῶν
εὐθύνας αὐτὸν, quod quidem mihi videtur eleganti-
us. Porro hæc periodus cum in Græco confusa sit
ac perturbata, in duas a nobis divisa est, ut sensus
aperitur redderetur. Idque etiam ante nos præstius
Ruffinus.

και, και ξύλω έντιναγήναι (92), η και υπό Κρίσκεν-
τος του άφιλοσόφου και φιλοκόμπου. Ού γάρ φιλόσο-
φον είπειν άξιον τον άνδρα, ός γε περι ών μη έπί-
σταται δημοσίᾳ καταμαρτυρεί, ώς άθέων και άσε-
βών Χριστιανών όντων, προς χάριν και ήδονήν των
πολλών, πεπλανημένος τουτο πράττων (93). Εί τε
γάρ μη έντυχών τοίς του Χριστου διδάγμασι κατα-
τρέχει ήμών, παμπόνηρος έστι και ιδιωτών πολλῶ
χείρων, οφ φυλάττονται πολλάκις περι ών ούκ έπίστα-
ται διαλέγεσθαι και ψευδομαρτυρείν. Καί ει έντυχών
μη συνηκε τό έν αυτοίς μεγαλείον, η συνεις, προς
τό μη ύποπτεσθηναι τοιοϋτος ταϋτα ποιεί, πολύ μάλ-
λον άγεννης και παμπόνηρος, ιδιωτικης και άλόγου
δόξης και φόβου έλάττων ών. Καί γάρ προθέντα με
και έρωτήσαντα αυτών έρωτήσεις τινας τοιαϋτας, μα-
θειν και έλέγξει ότι άληθώς μηδέν έπίσταται, είδέναι
ύμᾶς βοϋλομαι. Καί ότι άληθῆ λέγω (94), ει μη ά-
νηχθησαν ύμιν αι κοινωνίαι των λόγων, έτοιμος και
εφ' ύμών κοινωνειν των έρωτήσεων πάλιν · βασιλι-
κόν δ' άν και τουτο έργον ειη. Εί δε και έγνώσθησαν
fuerunt, Veteris Testamenti libros diligenter didici, eorumque indicem infra subjectum ad te misi. Est autem ejusmodi : Mosis libri quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; Jesus Nave; Judices; Ruth; Regnorum libri quatuor; Paralipomenon duo; Psalmi Davidis; Salomonis Proverbia, quæ et Sapientia, Ecclesiastes, Canticum canticorum; Job; Prophetarum, Isaia, Jeremia, et duodecim prophetarum liber unus; Daniel; Ezechiel; Esdras. Ex his igitur excerpta collegi, quæ in sex libros a me distributa sunt. » Sed de Melitonis scriptis hactenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Περὶ Ἀπολλινάρου τοῦ τῆς Ἱεραπολιτῶν Ἐκκλησιαστικῆς ἐπισκόπου (Nic. H. E. iv, 41).

Τοῦ δὲ Ἀπολλινάρου (53) πολλῶν παρὰ πολλοῖς σωζομένων, τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα ἐστὶ τὰδε· Λόγος ὁ πρὸς τὸν προσηρημένον βασιλέα, καὶ Πρὸς Ἕλληνας συγγράμματα πέντε. Καὶ Περὶ ἀληθείας πρῶτον καὶ δεύτερον. Καὶ Πρὸς Ἰουδαίους πρῶτον καὶ δεύτερον (53'). Καὶ ἂ μετὰ ταῦτα συνέγραψε Κατὰ τῆς Φρυγῶν αἰρέσεως, μετ' οὐ πολὺν καινοτομηθείσης (54) χρόνον· τότε γὰρ μὴν ὡς περὶ ἐκφύειν ἀρχομένης, ἐτι τοῦ Μοντανοῦ ἅμα ταῖς αὐτοῦ ψευδοπροφητικαῖς ἀρχαῖς τῆς παρεκτροπῆς ποιουμένου. Τοσαῦτα καὶ περὶ τοῦδε λακτέον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΠ'.

Περὶ Μουσάνου καὶ ὧν οὗτος συνέγραψατο (Nic. H. E. iv, 41).

Καὶ Μουσάνου δὲ, ὃν ἐν τοῖς φθάσασι κατελέξαμεν, C φέρεται τις ἐπιστρεπτικώτατος λόγος (55) Πρὸς τι-

(52) Ἡ καὶ Σοφία. Hunc locum restitimus ex fide veterum codicum, Regii, Maz., Med., Fuk. et Saviliani, quibus subscribit etiam Nicephorus Σολομώνος Παροιμίαι, ἡ καὶ Σοφία. Sed et Rufinus hanc lectionem confirmat, ita vertens : Salomonis Proverbia, quæ et Sapientia. Certe veteres pene omnes Proverbia Salomonis, Sapientiam vocabant; interdum et Sapientiam Panareton. Vide quæ supra notavimus ad cap. 22. Dionysius Alexandrinus : Ὅτι Κύριος δίδωσι σοφίαν, καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ γινώσκεις καὶ συνέσεις, ὡς ἡ Σοφία βιβλὸς ἐμήνυσε. Quæ Dionysii verba referuntur in cap. 28 Calenæ in Job. Auctor Itinerarii Hierosolymitani : Ibi etiam constat cubiculus, in quo Salomon sedit et Sapientiam descripsit.

(53) Τὸν δὲ Ἀπολλινάρου. In manuscriptis codicibus Maz., Med. et Fuk. nulla hoc loco sit capitulum distinctio. Sed caput hoc 27, quod est de Apollinare, et sequens caput, quod est de Musano, attribuitur capiti 26, cujus titulus est hic in manuscriptis codicibus : Περὶ Μελίτωνος, καὶ ὧν αὐτὸς ἐμνήμησεν Ἀπολλινάρου καὶ Μουσάνου. Quam distinctionem secutus est etiam Rob. Stephanus in contextu hujus libri. Nam in indice quidem capitulorum qui præfixus est huic libro, Regium codicem secutus, tria hæc capita distinxerat; unum scilicet de Melitone, aliud de Apollinare, aliud de Musano. In ipso autem corpore seu contextu libri, Medicæum secutus codicem, quem in capitulorum numeris ad marginem libri notandis semper sequi solet, nullam hoc loco capitulum distinctionem apposuit, sed tria capita in unum contulit, quod est de Melitone. Nos, Regii codicis auctoritatem secuti, tria hæc capita distinximus, quod etiam ante nos fecerant typographi Genevenses. Certe Regius codex, non solum in indice capitulorum qui libro præ-

quanto fidei ardore, et quanta discendi cupiditate flagres; teque præcipue ob amorem Dei ista omnibus rebus anteferre, pro comperto habeo, et æternæ salutis obtinendæ causa decertare. Ego igitur cum in Orientem profectus essem, et ad locum ipsum pervenissem, in quo hæc et prædicata et gesta olim fuerunt, Veteris Testamenti libros diligenter didici, eorumque indicem infra subjectum ad te misi. Est autem ejusmodi : Mosis libri quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; Jesus Nave; Judices; Ruth; Regnorum libri quatuor; Paralipomenon duo; Psalmi Davidis; Salomonis Proverbia, quæ et Sapientia, Ecclesiastes, Canticum canticorum; Job; Prophetarum, Isaia, Jeremia, et duodecim prophetarum liber unus; Daniel; Ezechiel; Esdras. Ex his igitur excerpta collegi, quæ in sex libros a me distributa sunt. » Sed de Melitonis scriptis hactenus.

B

CAPUT XXVII.

De Apollinare Hierapolitanæ Ecclesiæ episcopo.

Apollinaris vero, licet penes multos multa existant opera, hæc tamen sola ad nos pervenerunt : Oratio ad supradictum imperatorem; Adversus gentiles libri quinque; De veritate duo; duo item Adversus Judæos; et alii quos postmodum scripsit Contra Cataphrygum hæresim, quæ quidem non longe postea maximos tumultus excitavit : tunc temporis primum enasci cœperat, Montano eum falsis vatibus suis adhuc erroris sui fundamenta jacente. Atque hæc de Apollinare dicenda habuimus.

CAPUT XXVIII.

De Musano et ejus scriptis.

Sed et Musani, cujus in superioribus mentionem fecimus, elegantissimus quidam exstat liber Ad-

fixus est, verum etiam in corpore tria hæc capita distinguit, modicis intervallis inter finem unius capituli et alterius initium relictis. Sed et Rufinus hæc tria capitula sejunxit. Cæterum, etsi in codice Mazarino nulla sit hoc loco novi capituli distinctio, ad latus tamen ascripta sunt hæc verba eadem manu : Περὶ Ἀπολλινάρου. Et paulo post ad illa verba καὶ Μουσάνου δέ, scriptum est in margine Περὶ Μουσάνου.

(53') Καὶ πρὸς Ἰουδαίους πρῶτον καὶ δεύτερον. Absunt hæc a nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. Sed neque Rufinus ea in exemplaribus suis legerat, ut ex versione ejus apparet : sed nec Hieronymus in libro De scriptoribus ecclesiasticis, ubi omnes Apollinaris libros recenset, hujus libri contra Judæos mentionem facit. Nicephorus tamen ejus operis meminit.

D (54) Μετ' οὐ πολὺν καινοτομηθείσης. Christophorus vertit : Quæ non multo post tempore de integro renovata. Quam interpretationem probare non possum. Langus vero et Musculus fere eundem sensum ambo secuti sunt. Sic enim Langus : Et quæ præterea adversus Phrygum hæresim composuit, quæ non multo post res novas in Ecclesiam induxit. Musculus vero in hunc modum, quæ non multo post tempore inolecere cepit. Possis etiam ita vertere, quæ non multo postea apertius publicata est.

(55) Ἐπιστρεπτικώτατος λόγος. Musculus et Christophorus Rufini interpretationem secuti verterunt elegantissimus. Mihi tamen magis placet interpretari acerimum, vehementissimum; possis etiam vertere objurgatorium. Idem enim est ἐπιστρεπτικός, ac νοθετικός. Nicephorus vero cum ea vox ipsi displiceret, ἀποστρεπτικός pro ea substituit, minus recte.

quosdam fratres, qui ad Encratitarum hæresim desciverant : quæ tunc primum exorta novum quemdam ac perniciosum errorem orbi invexit. Hujus sectæ auctorem fuisse perhibent Tatianum.

150 CAPUT XXIX.

De Tatiano et ejus hæresi.

Eum ipsiŭm cujus verba superius adduximus, de admirabili illo Justino, ubi etiam ejusdem martyris discipulum eum fuisse retulimus. Docet hoc Irenæus in primo *Contra hæreses* libro, de Tatiano simul ejusque hæresi scribens verbis : « A Saturnino, inquit, et Marcione profecti qui vocantur *Continentes*, docuerunt non contrahendum esse matrimonium, reprobantes scilicet primitivum illud opificium Dei, et tacite accusantes Deum, qui masculinum et feminam condidit ad propagationem generis humani. Induxerunt etiam abstinentiam ab esu eorum quæ animata appellant, ingratos se exhibentes erga eum qui universa creavit Deum. Negant etiam primi hominis salutem. Atque hoc nuper apud illos excogitatum est, Tatiano quodam omnium primo hujus impietatis auctore. Qui Justinus auditor, quandiu quidem cum illo versatus est, nihil ejusmodi protulit. Post martirium autem illius, ab Ecclesia se abrumpens, doctoris arrogantia elatus ac tumidus, tanquam præstantior cæteris, novam quamdam formam doctrinæ conflavit : *Æonas* invisibiles commentus perinde ac Valentinus : asserens quoque cum Saturnino et Marcione, matrimonium nihil aliud esse quam corruptionem ac stuprum. Nova præterea argumenta ad subvertendam Adami salutem excogitans. » Hæc Irenæus de hæresi, quæ tunc viguit, Encratitarum. Non multo vero postea Severus quidam, cum supradictæ hæresi robur ac vires addidisset, in causa fuit, ut illius sectæ homines ex ipsius vocabulo Severiani

(56) *Εισάγουσαν ἐν τῷ βίῳ*. Nostri codices Maz., Med. et Fuk. scriptum habent *εἰσάγουσαν τῷ βίῳ* absque præpositione, quod mihi videtur elegantius. Codex quoque Savillii præpositionem non habet.

(57) *Ἡς παρεκτροπῆς*. Ab his verbis in codice Mazarino incipit caput 29. Quod quidem caput non 29, sed 27, in illo codice nominatur, ob rationem quam supra dixi.

(58) *Ἀπὸ Σατορνίνου*. Sic legitur in codice Maz., Med., Fuk. et Saviliano, necnon apud Nicephorum. Epiphanius et Theodoritus *Saturnilium* vocant. Hegesippus quoque hæreticos ab eo cognominatos Saturnilianos dixit supra in cap. 22.

(59) *Καὶ τοῦτο ἔνν ἐξευρέθη*. Jam supra monuimus, nūn apud Græcos interdum idem valere ac *super*. Ita etiam hoc in loco sumitur ab Irenæo.

(60) *Οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεῖς*. Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* vertit *inflatus eloquentiæ tumore*. Itaque Hieronymus *διδασκάλου magistrum eloquentiæ* hic intellexit, cujusmodi fuisse Tatianum, priusquam ad Christi fidem transisset, supra ex Theodorito et Eusebio notavimus. Quibus etiam addi potest Victor, Capuanus episcopus, in præfatione ad *Harmoniam evangelicam* Ammonii atque Tatiani. Verum hoc in loco *doctorem ecclesiasticum* intelligi malim. Quod confirmant sequen-

τας αὐτῷ γραφεῖς ἀδελφούς, ἀποκλίναντας ἐπὶ τῶν λεγομένων Ἐγκρατιτῶν αἵρεσιν, ἄρτι τότε φύειν ἀρχομένην, ξένην τε καὶ φθοριμαίαν ψευδοδοξίαν εἰσαγούσαν ἐν τῷ βίῳ (56), ἥς παρεκτροπῆς (57) ἀρχηγὸν καταστήσαι Τατιανὸν λόγος ἔχει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ΄.

Περὶ τῆς κατὰ Τατιανὸν αἵρέσεως
(Nic. H. E. iv, 41).

Ὁ ἡ μικρῶ πρόσθεν τὰς περὶ τοῦ θαυμασίου Ἰουστίνου παρατεθείμεθα λέξεις, μαθητὴν αὐτὸν ἱστοροῦντες τοῦ μάρτυρος. Διηλοῖ δὲ τοῦτο Εἰρηναῖος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν *Πρὸς τὰς αἵρέσεις*, ὁμοῦ τὰ τε περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς κατ' αὐτὸν αἵρέσεως οὕτω γράφων : « Ἀπὸ Σατορνίνου (58) καὶ Μαρκιωνος οἱ καλούμενοι Ἐγκρατεῖς ἀγαμίαν ἐκήρυξαν, ἀθετοῦντες τὴν ἀρχαίαν πλάσιν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡρέμα κατηγοροῦντες τοῦ ἄρρεν καὶ θήλυ εἰς γένεσιν ἀνθρώπων πεποιηκῶτος καὶ τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς ἐμφύχων ἀποχὴν εἰσηγήσαντο, ἀχαριστοῦντες τῷ πάντα πεποιηκῶτι Θεῷ : ἀντιλέγουσι τε τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ. Καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη (59) παρ' αὐτοῖς, Τατιανῶ τινος πρώτως ταύτην εἰσενέγκαντος τὴν βλασφημίαν : ὃς Ἰουστίνου ἀκροατῆς γεγωνῶς, ἐφόσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ, οὐδὲν ἐξέφηνη τοιοῦτον, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἀποστὰς τῆς Ἐκκλησίας, οἴηματι διδασκάλου ἐπαρθεῖς (60) καὶ τυφωθεὶς ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιον χαρακτήρα διδασκαλείου συνεστήσατο, Αἰωνάς τινας ἀοράτους ὁμοίως τοῖς ἀπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας : τὸν γάμον τε, φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας, τῇ δὲ τοῦ Ἀδάμ σωτηρίᾳ παρ' ἑαυτοῦ τὴν αἰτιολογίαν (61) ποιησάμενος. » Ταῦτα μὲν ὁ Εἰρηναῖος τότε : μικρῶ δὲ ὕστερον Σεουήρος (62) τις ὄνομα, κρατύνας τὴν προδεδηλωμένην αἵρεσιν, αἴτιος τοῖς ἐξ αὐτῆς ὠρμημένοις τῆς ἀπ' αὐτοῦ παρηγμένης Σεουηριανῶν προσηγορίας γέγονε. Χρῶνται μὲν οὖν οὔτοι Νόμῳ καὶ Προφήταις καὶ Εὐαγγελίοις, ἰδίως ἐρμηνεύοντες τῶν ἱερῶν τὰ νοήματα Γραφῶν : βλασφη-

ῖα Irenæi verba, ἴδιον χαρακτήρα διδασκαλείου συνεστήσατο.

(61) *Τὴν αἰτιολογίαν*. Ad oram codicis Maz. adornatum est eadem manu : Gr. ἀντιλογία. Quæ nota indicat, in aliis exemplaribus scribi ἀντιλογία. Quam lectionem confirmat vetus interpretes Irenæi. Certe Irenæus paulo ante de Encratitis ita dixit, ἀντιλέγουσι δὲ τῇ τοῦ Ἀδάμ σωτηρίᾳ. Rufinus tamen vulgatam lectionem, iueter. In codice Fuk. scriptum invenit τῇ δὲ τοῦ Ἀδάμ σωτηρίᾳ παρ' ἑαυτοῦ ἀπαγορεύσας. Savil. vero ad oram sui libri ita emendavit, σωτηρίᾳ ἀπαγορεύσας, παρ' ἑαυτοῦ τὴν αἰτιολογίαν ἐποίησατο. Quam conjecturam probare nullo modo possum. Porro verbum illud ἀπαγορεύσας, quod in Fuk. et Savillii libris habetur, huc translatum est ex præcedenti linea, ubi legitur τὸν γάμον τε φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως ἀναγορεύσας. Illic enim pro verbo ἀναγορεύσας, codex Med. habet ἀπαγορεύσας. Et ad oram codicis Mazar. adnotatum est eadem manu Gr. ἀπαγορεύσας.

(62) *Σμικρῶ δὲ ὕστερον Σεουήρος*. Epiphanius hunc Severum antiquiorem facit Tatiano : male, ut ex hoc Eusebii loco convincitur. Certe Irenæus nullam hujus Severi mentionem facit. Recte ergo Theodoritus in libro primo *Hæreticarum fabularum*, Severum Tatiano postposuit.

μούντες δὲ Παῦλον τὸν ἀπόστολον, ἀθετοῦσιν αὐτοῦ τὰς Ἐπιστολάς, μὴδὲ τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων καταδεχόμενοι· ὁ μὲντοι γε πρότερος αὐτῶν ἀρχηγὸς ὁ Τατιανὸς συνάφειάν τινα καὶ συναγωγὴν οὐκ οἶδ' ὅπως τῶν Εὐαγγελίων συνθεῖς, τὸ Διὰ τεσσάρων (63) τοῦτο προσωνόμασεν· ὁ καὶ παρὰ τισιν εἰσέτι νῦν φέρεται. Τοῦ δὲ Ἀποστόλου φασὶ τολμήσαι τινας αὐτὸν μεταφράσαι φωνάς, ὡς ἐπιδοξοθούμενον αὐτῶν τῆν φράσεως σύνταξιν. Καταλέλοιπε δὲ οὗτος πολὺ τι πλῆθος συγγραμμάτων. Ὅν μάλιστα παρὰ πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος αὐτοῦ λόγος, ὁ πρὸς Ἑλλήνας, ἐν ᾧ καὶ τῶν ἀνέκαθεν χρόνων μνημονεύσας, τῶν παρ' Ἑλλήσιν εὐδοκίμων ἀπάντων προγενέστερον Μωϋσεῶα τε καὶ τοὺς Ἑβραίων προφήτας ἀπέφηεν, ὅς δὴ καὶ δοκεῖ τῶν συγγραμμάτων ἀπάντων αὐτοῦ κάλλιστός τε καὶ ὠφελιμώτατος ὑπάρχειν. Κατὰ μὲν κατὰ τοῦδε, τοιαῦτα ἦν (64).

Moysem et cæteros Hebræorum prophetas, omnibus res fuisse convincti. Qui quidem liber, omnium lissimus videtur. Sed de his haecenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ Βαρδησάνου τοῦ Σύρου, καὶ τῶν φερομένων αὐτοῦ λόγων (Nic. H. E. iv, 16, 17).

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς βασιλείας πληθουσῶν (65) τῶν αἰρέσεων ἐπὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν (66), Βαρδησάνης ἱκανώτατός τις ἀνήρ, ἐν τε τῇ Σύρων φωνῇ διαλεκτικώτατος, πρὸς τοὺς κατὰ Μαρκίωνα καὶ τινὰς ἑτέρους διαφόρων προῖσταμένους δογμάτων, δια-

A dicerentur. Hi Legem quidem et Prophetas cum Evangeliiis admittunt, sed proprio quodam sensu sacras Scripturas exponunt. Pålulum autem apostolum maledictis impetentes, Epistolae ejus repudiant, ac ne apostolorum quidem Actus suscipiunt. Cæterum primus eorum auctor atque institutor Tatianus, catenam et collectionem nescio quam Evangeliorum contexit, quam Διὰ τεσσάρων, hoc est, Evangelium ex quatuor Evangeliiis compositum, nominavit, quod opus a quibusdam etiamnum habetur. Aiunt etiam nonnulli, ausum illum esse **151** dicta Pauli apostoli elegantioribus verbis exprimere, utpote qui compositionem verborum illius corrigere studeret. Maximum certe librorum numerum ab eo relictum esse constat. Ex quibus præcipue multorum testimonio laudatur insignis ille *Adversus Gentiles* liber, in quo, repetitis prioris ævi temporibus qui apud Græcos celeberrimi exsisterunt, vetustio quos ille scripsit, elegantissimus simul atque uti-

CAPUT XXX.

De Bardesane Syro et de libris ejus qui supersunt.

Porro ejusdem imperatoris temporibus, cum hæreses numero quamplurimæ exstitissent in Mesopotamia, Bardesanes quidam, vir disertissimus Syriaco sermone, et acerrimus in disputando, adversus Marcionem aliosque variarum opinionum

(63) *Τὸ Διὰ τεσσάρων*. Exstat hodieque hoc opus Tatiani cum *Harmonia Evangeliorum* Ammonii Alexandrini in tomo VII *Bibliothecæ Patrum*, ut observavit Baronius ad annum Christi 174. Epiphanius in hæresi xlii hoc opus Tatiani a quibusdam dicit vocari *Evangelium secundum Hebræos*. Sed fallitur aut ipse Epiphanius, aut ii qui ita sentiebant. Etenim Evangelium illud secundum Hebræos antiquius est Tatiano. Quippe Hegesippus, qui aliquot annis Tatianum antecessit, Evangelii secundum Hebræos mentionem fecerat, ut scribit Eusebius supra cap. 22. Papias quoque historiam quamdam ex eodem Hebræorum Evangelio petitam, in suis libris narraverat, teste Eusebio in fine libri tertii. Denique multa citantur ab Hieronymo ex Evangelio Hebræorum, quæ hodie non leguntur in illo Evangelio Tatiani. In eo quidem consentiebant duo hæc Evangelia, quod genealogiam Christi expunxerant. Nam de Hebræorum Evangelio id diserte testatur Epiphanius in hæresi Nazaræorum. De Tatiani autem Evangelio idem ait Theodorus in libro primo *Hæreticarum fabularum*. Porro quod scribit Hieronymus in epistola ad Algasiam, Theophilum Antiochenum episcopum quatuor evangelistarum dicta in unum corpus compegisse, vereor ne memoria lapsus sit, Theophilo tribuens quod Tatiano competebat. Potuit tamen etiam Theophilus ejusmodi opus elaborare. Nam et Ammonius Alexandrinus Evangelium Διὰ τεσσάρων composuit, insertis in Matthæi Evangelium reliquorum trium evangelistarum excerptis, ut testatur Eusebius in epistola ad Carpianum, quam Evangeliorum canonibus præfixit. De hoc Tatiani Evangelio sensit B. Ambrosius in *proœmium Lucæ*, cum ait de hæreticis: *Plerique etiam ex quatuor Evangelii libri in unum ea quæ venenatis putaverunt assertionibus convenientia referunt*. Cæterum quod Baronius observavit, opus hoc Tatiani quod Διὰ τεσσάρων

C vocabatur, hodie exstare in tomo VII *Bibliothecæ Patrum*, diligentius inquirendum est. Ego certe re attentius examinata tandem deprehendi, opus illud quod post Ammonii harmoniam editum esse dixi, longe differre ab Evangelio Tatiani. Quippe opus illud, sicut lectio ipsa indicat, nihil aliud est quam paraphrasis quatuor Evangeliorum, seu potius epitome eleganter conscripta ab homine catholico. At Evangelium Tatiani ipsismet evangelistarum verbis contextum fuit, resectis duntaxat iis quæ ad Davidicam Christi genealogiam spectant. Præterea in opere illo quod editum est, Christus filius David dicitur non semel. Denique tres anni prædicationis Christi in illo opere distinguuntur, cum veteres annum duntaxat unum prædicationi Christi tribuerint

(64) *Vulg. τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἦν*. Absunt a nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. hæc duæ voces καὶ τοσαῦτα.

D (65) *Πληθουσῶν*. Tres codices Maz., Med. et Fuk. πληθουσῶν habent, quod non probo.

(66) *Ἐπὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν*. Post hæc verba virgulam ponunt tum scripti codices omnes, tum Nicephorus ac Rufinus. Sic enim vertit: *Per idem tempus innumeris hæresibus ubique pullulantibus et præcipue apud Mesopotamiam*, etc. Certe Tatianus a quo Encratitarum hæresis instituta est, vixit in Mesopotamia, ibique errorem suum disseminavit, ut testatur Epiphanius. Idque ex eo colligitur, quod scribit Theodorus, se plus quam ducentos Evangelii ab illo compositi codices in Ecclesiis Osdroenæ reperisse. Potest tamen hic locus etiam aliter interpungi, apposita scilicet virgula post vocem αἰρέσεων, et expuncta altera quam diximus virgula. Quam interpunctionem secutus videtur Hieronymus in *Catalogo*. Codex Regius utrobique virgulam habet.

auctores atque assertores, patria lingua dialogos A
con scripsit una cum infinitis aliis opusculis. Quos
quidem discipuli illius (habuit enim ille quamplur-
rimos auditores, utpote qui fidem nostram fortiter
assereret) ex Syriaco sermone in Græcum transtul-
erunt. In his est dialogus *De fato* ad Antoninum
scriptus, sane luculentissimus. Sed et alia multa
ex occasione persecutionis quæ tunc temporis in
nostros grassata est, scripsisse dicitur. Atque hic
primum quidem sectator fuit Valentini; postea vero
cum doctrinam illam improbavisset, et pleraque
ejus dogmata fictas esse fabulas convicisset, ipse
quidem sibi visus est ad rectiorem sententiam trans-
ivisse: vetusti tamen atque inoliti erroris sor-
des non penitus extersit. Per id etiam tempus Ec-
clesiæ Romanæ episcopus Soter vivendi finem fecit. B

Finis libri quarti Historiæ ecclesiasticæ.

λόγους συστησάμενος, τῇ οἰκείᾳ παρέδωκε γλώτ-
τη (67) τε καὶ γραφῇ, μετὰ καὶ πλείστων αὐτοῦ (68)
συγγραμμάτων· οὗς οἱ γνώριμοι (πλείστοι δὲ ἦσαν
αὐτῷ δυνατῶς τῷ λόγῳ παρισταμένῳ) ἐπὶ τὴν Ἑλ-
λῆνων ἀπὸ τῆς Σύρων μεταβέβηκασιν φωνῆς. Ἐν
οἷς ἐστὶ καὶ ὁ πρὸς Ἀντωνίνον (69) ἱκανώτατος αὐτοῦ
Περὶ εἰμαρμένης διάλογος (70), ὅσα τε ἄλλα φασὶν
αὐτὸν προφάσει τοῦ τότε διωγμοῦ συγγράψαι. Ἦν δ'
ἄρα οὗτος πρότερον τῆς κατὰ Οὐαλεντίνον σχολῆς,
καταγνοῦς δὲ (71) ταύτης, πλείστα τε τῆς κατὰ τοῦτον
μυθοποιίας ἀπελέγξας, ἐδόκει μὲν πως αὐτὸς ἑαυτῷ
ἐπὶ τὴν ὀρθοτέραν γνώμην μετατεθεῖσθαι, οὐ μὴν γε
παντελῶς ἀπεβύβησεν τὸν τῆς παλαιᾶς αἰρέσεως
ῥύπον. Ἐν τούτῳ γε μὴν καὶ ὁ τῆς Ῥωμαίων Ἐκ-
κλησίας ἐπίσκοπος Σωτὴρ τελευτᾷ.

Τοῦ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας λόγου τε-
τάρτου τέλος.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ Π'ΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ Ε'.
—
EUSEBII PAMPHILI
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER QUINTUS.

ΤΑΔΕ ΚΑΙ Η ΠΕΜΠΤΗ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ 152·Ι

α'. Ὅσοι καὶ ὅπως κατὰ Οὐῆρον ἐπὶ τῆς Γαλλίας C
τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας διεξῆλθον ἀγῶνα.
β'. Ὅς οἱ θεοφιλεῖς μάρτυρες τοὺς ἐν τῷ διωγμῷ
διαπεπτωκότας ἐθεράπευον δεξιούμενοι.

γ'. Ὅποια τῷ μάρτυρι Ἀτάλλῳ δι' ὄνειρον τῷ
γονεῖ ἐπιφάνεια.
δ'. Ὅπως οἱ μάρτυρες τὸν Εἰρηνοῦρον δι' ἐπιστο-
λῆς παρετίθητο.

(67) *Οἰκείᾳ παρέδωκε γλώττη.* In codice Maz.,
Med. et Fuk. legitur *ἰδίᾳ παρέδωκε γλώττη.*

(68) *Μετὰ καὶ πλείστων αὐτοῦ.* Codex Medicæus
et Maz., Fuk. et Savil. una voce auctiores sunt,
πλείστων ἐτέρων αὐτοῦ συγγραμμάτων· quod con-
firmat Nicephorus.

(69) *Ὁ πρὸς Ἀντωνίνον.* Hieronymus in *Cata-
logo* de Bardesane: *Scripsit infinita adversus omnes
pene hæreticos, qui aitate ejus pullulaverant. In qui-
bus clarissimus ille est et fortissimus liber, quem
M. Antonino De fato tradidit.* Dubitari tamen potest
utrum Antoninus imp. an potius aliquis ex Barde-
sanis sodalibus hic intelligatur. Neque enim verisi-
mile est. Bardesanem libros suos Syro sermone
scriptos imperatori Romano nuncupasse. Adde quod

Eusebius in libro vi *De præparatione*, Bardesanem
dialogos suos sodalibus ac familiaribus nuncupasse
significat. Ubi et luculentissimum asfert fragmen-
tum ex illo Bardesanis libro *De fato*: ex quo colli-
gitur Bardesanem in eo libro cum Philippo quodam
esse collocutum.

(70) *Ἱκανώτατος... διάλογος.* Hieronymus *for-
tissimum* vertit; Rufinus, *potentissimum*. Eodem
modo vetus interpres Irenæi in libro iii *Contra hr-
reses*, ubi de Clementis epistola ad Corinthios lo-
quitur: *Ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησία ἱκανω-
τάτην γραφῆν, vertit potentissimam epistolam.*

(71) *Καταγνοῦς δέ.* Sic in codice Medicæo, Maz.
et Fuk., rectius quam vulg. *καταγνοῦς τε*.

- ε'. *Ὡς Μάρκω Αὐρηλίω Καισαρι ταῖς τῶν ἡμετέρων εὐχαίς οὐρανόθεν ὁ Θεὸς ἐπακούσας ἔσεν.*
- ς'. *Τῶν ἐπὶ Ῥώμης ἐπισκοπευσάντων κατάλογος.*
- ζ'. *Ὡς καὶ μέχρι τῶν τότε καιρῶν διὰ τῶν πιστῶν δυνάμεις ἐνηργούντο παράδοξοι.*
- η'. *Ὅπως ὁ Εἰρηναῖος τῶν θείων μνημονεύει Γρυφῶν.*
- θ'. *Οἱ κατὰ Κόμμοδον ἐπισκοπεύσαντες.*
- ι'. *Περὶ Παρταίνου τοῦ φιλοσόφου.*
- ια'. *Περὶ Κλήμεντος τοῦ Ἀλεξανδρέως.*
- ιβ'. *Περὶ τῶν ἐν Ἱερουσολύμοις ἐπισκόπων.*
- ιγ'. *Περὶ Ῥόδωνος καὶ ἧς ἐμνημόνευσεν κατὰ Μαρκελάου διαφωνίας.*
- ιδ'. *Περὶ τῶν κατὰ Φρύγας ψευδοπροφητῶν.*
- ιε'. *Περὶ τοῦ κατὰ Βλάστον ἐπὶ Ῥώμης γενομένου σχίσματος.*
- ισ'. *Ὅσα περὶ Μορτανοῦ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ψευδοπροφητῶν μνημονεύεται.*
- ις'. *Περὶ Μιλτιάδου καὶ ὧν συνέταξε λόγων.*
- ιθ'. *Ὅσα καὶ Ἀπολλώνιος τοὺς κατὰ Φρύγας*

- ἀπήλεγε, καὶ τίρω ἐμνημόνευσεν.*
- ιθ'. *Σαραπῖωνος περὶ τῆς τῶν Φρυγῶν αἰρέσεως.*
- κ'. *Ὅσα Εἰρηναῖος τοῖς ἐπὶ τῆς Ῥώμης σχισματικοῖς ἐγγράφως διέλεκται.*
- κα'. *Ὅπως ἐπὶ Ῥώμης Ἀπολλώνιος ἐμαρτύρησεν.*
- κβ'. *Τίνας κατὰ τοῦσδε τοὺς χρόνους ἐπίσκοποι ἐνηνώριζοντο.*
- κγ'. *Περὶ τοῦ τότε κληθέντος ἀμφὶ τοῦ Πάσχα ζητήματος.*
- κδ'. *Περὶ τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν διαφωνίας.*
- κε'. *Ὅπως τοῖς πᾶσι μιὰ ψῆφος περὶ τοῦ Πάσχα συνεφωνήθη.*
- κς'. *Ὅσα τῆς Εἰρηναίου φιλοκαλας εἰς ἡμᾶς ὑπομνήματα κατήλθεν*
- κζ'. *Ὅσα καὶ τῶν λοιπῶν τῶν τηλικάδε συνημκῶτων.*
- κη'. *Περὶ τῶν τὴν Ἀρτέμιονος αἵρεσιν ἐξαργῆς προβεβλημένων, οἳ τοὺς τὸν τρόπον γεγονῶσι, καὶ ὅπως τὰς ἀγίας Γραφὰς διαφθεῖραι τετολμήκασιν.*

IN QUINTO HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBRO
HÆC CONTINENTUR.

- I. *Quot in Galliis et quomodo pro pietate occubuerint imperante Vero.*
- II. *Quemadmodum Deo dilecti martyres lapsis in persecutione manum porrigentes curationem adhibuerint.*
- III. *Cujusmodi visio martyri Attalo in somnis divinitus missa apparuit.*
- IV. *Quomodo martyres Irenæum epistola sua commendaverint.*
- V. *Quomodo M. Aurelio Cæsari Deus nostrorum precibus exauditis pluviam præstitit.*
- VI. *Enumeratio episcoporum urbis Romæ.*
- VII. *Quod ad illa usque tempora per fideles miracula patrabantur.*
- VIII. *Qualiter Irenæus divinatorum librorum mentionem fecerit.*
- IX. *Quinam episcopi fuerint Commodi principatu.*
- 153** X. *De Pantæno philosopho.*
- XI. *De Clemente Alexandrino.*
- XII. *De Hierosolymorum episcopis.*
- XIII. *De Rhodone et de Marcionitarum dissensione ab eo commemorata.*
- XIV. *De falsis prophetis Cataphrygarum.*
- XV. *De Blasti schismate quod factum est Romæ.*

- XVI. *Quæ de Montano et de falsis illius prophetis memorantur.*
- XVII. *De Milliade et de scriptis illius.*
- XVIII. *Quemadmodum Apollonius Cataphrygas consultaverit, et quorum mentionem fecerit.*
- XIX. *Serapionis sententia de Cataphrygarum hæresi.*
- XX. *Quæ Irenæus adversus schismaticos Romæ agentes conscripsit.*
- XXI. *Quomodo Apollonius Romæ martyrium passus est.*
- XXII. *Quinam eo tempore episcopi inclaruerint.*
- XXIII. *De quæstione quæ tunc temporis agitata est super Pascha.*
- XXIV. *De dissensione Ecclesiarum Asiæ.*
- XXV. *Quomodo omnes in unam eamdenque sententiam de die Paschæ concessere.*
- XXVI. *Quot Irenæus elegantis ingenii monumenta nobis reliquit.*
- XXVII. *Quot etiam cæteri qui eodem tempore floruerunt.*
- XXVIII. *De his qui Artemonis hæresim inuito sectati sunt, cujusmodi moribus præditi, et quomodo sacras Scripturas depravare ausi fuerint.*

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ὁ μὲν οὖν τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος Σωτήρ ἐπὶ ὀγδοῶν ἔτος ἠγησάμενος, τελευτᾷ τὸν βίον. Τοῦτον δωδέκατος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων Ἐλευθερος διαδέχεται· ἔτος δ' ἦν ἑπτακαιδέκατον (72) αὐτοκράτορος Ἀντωνίνου Οὐήρου, ἐν ᾧ κατὰ τινα μέρος τῆς

(72) Ἔτος δ' ἦν ἑπτακαιδέκατον. Nescio quis ad marginem editionis Genevensis adnotavit, mendum esse in Eusebiano textu : hanc enim persecutionem factam esse anno vii Antonini Veri, ut legitur in Chronico Eusebii. Quam opinionem secutus est Blondellus in Apologia pro sententia Hieronymi de episcopis et presbyteris, cap. 8. Verum longe fallitur Blondellus ipse, et quisquis auctor est hujus adnotationis. Nam persecutio Christianorum, quæ imperante Marco grassata est, non eodem ubique tempore flagravit, nec unius anni spatio finita est. In Asia quidem primum cœpta est anno vii Marci Antonini; idque non ex edicto imperatoris, sed tumultu et concitatione populari. Exinde usque ad finem ejus imperii producta est etiam in Asia, ut

PROOEMIUM.

Igitur Sotere Romanæ urbis episcopo post octavum episcopatus annum vita functo, duodecimum ab apostolis Eleutherus in ejus locum successit. Annus tunc agebatur septimus decimus imperii Antonini Veri. Quo tempore cum in nonnullis ter-

docet Melito Sardinus episcopus in libello ad M. Antoninum his verbis : Τὸ Ῥωμαίων ηὐξήθη κράτος, οὐδ' οὐ διάδοχος εὐκτοῦτος γέγονάς τε καὶ ἔση μετὰ σοῦ παιδός, etc. Id est : Romanum crevit imperium, quod tu ex omnium voto, successorio jure obtinisti, obtinebisque deinceps cum filio tuo. Jam ergo Commodus a patre ascitus fuerat in consortium regni, cum hunc pro Christianis libellum Melito imperatori porrigebat. Quod sub finem imperii Marci Antonini contigisse constat. Quare cum post Commodum consortem imperii factum, Melito libellum suum pro Christianis Antonino imp. obtulerit; ad id usque temporis persecutio Christianorum in Asia duraverit necesse est. Ex quo apparet, ut id obiter moneam, male in Chronico Eusebii scribi,

rarum partibus violentior adversus nostros persecutio commota esset ex incursione popularium, innumerabiles prope martyres per universum orbem enituisse, ex iis quæ in unica provincia contigerunt, conjicere est. Quæ quidem, utpote immortalis memoria dignissima, litterarum monumentis commendata et ad posterum transmissa sunt. Et acta quidem ipsa quibus plenissima harum rerum narratio continetur, in opere *De martyribus* integra a nobis inserta sunt; ex quibus non solum cognitio

154 rerum gestarum, verum etiam documenta pictatis percipi possunt. Quæcumque tamen ad institutum nostrum spectare mihi visa sunt, ea in præsentiarum seligens, hic apponam. Ac cæteri quidem historiarum scriptores, nihil aliud fere monumentis suis prodiderunt, quam bellicas victorias, et erecta de hostibus victis tropæa; ducum res præclare gestas, fortia militum facta, qui pro patria, pro liberis ac fortunis suis, manus suas sanguine et infinita hostium cæde commaculaverant. At nos qui sacræ ejusdem ac divinæ reipublicæ historiam narramus, pacatissima quædam bella pro spiritali pace suscepta, eosque qui in hujusmodi bellis pro veritate ac religione potius quam pro patria ac liberis fortiter decertarunt, immortalibus litterarum monumentis mandabimus: athletarum pro pietate pugnantium constantiam, et in preferendis multiplicibus tormentis fortitudinem, visibilibus hostibus victorias, coronas denique

CAPUT I.

Quot in Galliis et quomodo pro pietate occubuerint regnante Vero.

Porro regio ipsa in qua stadium ad hæc quæ dixi certamina constitutum fuit, Gallia vocatur. In hac duæ præ cæteris insignes præstantesque urbium matres celebrantur, Lugdunum ac Vienna, quarum utramque permeat Rhodanus, universam regionem præcipiti cursu circumfluens. Igitur nobilissimæ horum locorum Ecclesiæ commentarium de passione martyrum suorum ad Ecclesias Asiæ Phrygiæque miserunt, ea quæ apud se gesta erant, hoc modo commemorantes; ipsa enim verba non gravabor apponere: « Servi Christi qui apud Viennam et Melitonis *Apologeticum* M. Antonino esse oblatum anno ejus imperii x. Cæterum et in Asia, et in Galliis aliisque provinciis, persecutio illa anno ejusdem Antonini xvii vehementius exarsit, ut hic disertè refert Eusebius. In cujus textu numeros annorum non esse corruptos, vel hinc apparet, quod hoc eodem anno Eleutherum Romanæ urbis episcopum Soteri successisse scribit. Quod quidem in *Chronico* confert in annum xvi Antonini. Vide Baronium ad annum Christi 179. Certe auctor *Chronici Alexandrini*, martyrium Pothini et reliquorum consignat anno xvi Antonini.

(73) *Τῇ τῶν μαρτύρων... συναγωγῇ.* Sic Eusebius vocare solet librum *De martyribus*, eo quod nihil aliud esset quam collectio Actuum. Ita in libro iv, cap. 15, sub linem: « Ἐπὶ ταύτην παραπέμφωμεν, τοῖς τῶν ἀρχαίων συναχθεῖσιν ἡμῖν μαρτύροις ἐντεταγμένῃν. Supple γραφῆν. Vide infra cap. 21, ex quo patet scribendum hæc esse *μαρτυρίων συναγωγῆν*.

ἡ γῆς σφοδρότερον ἀναρρίπισθέντος τοῦ καθ' ἡμῶν διωγμοῦ ἐξ ἐπιθέσεως τῶν κατὰ τὰς πόλεις δῆμων, μυριάδας μαρτύρων ἀνὰ τὴν οἰκουμένην διαπρέψαι, στοχασμῷ λαβεῖν ἔνεστιν ἀπὸ τῶν καθ' ἑν ἔθνος συμβεβηκότων· ἀ καὶ γραφῇ τοῖς μετέπειτα παραδοθέναι, ἀλήστου μνήμης ὡς ἀληθῶς ἐπάξια ὄντα, συμβέβηκε. Τῆς μὲν οὖν περὶ τούτων ἐντελεστοῦσας ὑφ' ἡμῶν κατατέτακται *συναγωγῇ* (73), οὐχ ἱστορικὴν αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ διδασκαλικὴν περιέχον διήγησιν.

Ὅποσα γέ τοι τῆς παρουσίας ἔχοιτο *πραγματείας*, ταῦτ' ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀναλεξάμενος παραθήσομαι. Ἄλλοι μὲν οὖν ἱστορικὰς ποιούμενοι διηγῆσαι, πάντως ἀν' ἀρεδωκῶν τῇ γραφῇ πολέμων νίκας, καὶ τρόπαια κατ' ἔχθρων, στρατηγῶν τε ἀριστείας, καὶ ὀπλιτῶν ἀνδραγαθίας, αἵματι καὶ μυρίοις φόνοις, παίδων, καὶ πατριδος, καὶ τῆς ἄλλης ἔνεκεν περιουσίας μανθέντων. Ὁ δέ γε τοῦ κατὰ Θεὸν πολιτεύματος (74) διηγηματικὸς ἡμῖν λόγος, τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς τῆς κατὰ ψυχὴν εἰρήνης εἰρηνικωτάτους πολέμους, καὶ τοὺς ἐν τούτοις ὑπὲρ ἀληθείας μᾶλλον ἢ πατριδος, καὶ μᾶλλον ὑπὲρ εὐσεβείας ἢ τῶν φιλιτάτων ἀνδρισμῶν, αἰωνίαις ἀναγράφεται στήλαις, τῶν εὐσεβείας ἀθλητῶν τὰς ἐνστάσεις, καὶ τὰς πολυτλήτους ἀνδρίας, τρόπαιά τε τὰ κατὰ δαιμόνων, καὶ νίκας τὰς κατὰ τῶν ἀοράτων ἀντιπάλων, καὶ τοὺς ἐπὶ πᾶσι τούτοις στεφάνους, εἰς αἰώνιον μνήμην ἀνακηρύττων.

tropæa adversus dæmones statuta, partas ex inperpetuum posteritatis memoriam prædicantes.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ὅσοι καὶ ὅπως κατὰ Οὐῆρον ἐπὶ τῆς Γαλλίας τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας διεξῆλθον ἀγῶνα (Nic. H. E. iv, 18).

Γαλλία μὲν οὖν ἡ χώρα ἦν, καθ' ἣν τὸ τῶν δηλουμένων συνεχροστεῖτο στάδιον· ἤς μητροπόλεις ἐπίσημοι καὶ παρὰ τὰς ἄλλας τῶν αὐθόθι διαφέρουσαι βεβόηται, Λουγδουνοῦ καὶ Βιεννα, δι' ὧν ἀμφοτέρων τὴν πᾶσαν χώραν πολλῷ τῷ βεύματι περιβρέτων ὁ Ῥοδανὸς ποταμὸς διέξειεν. Τῆν οὖν περὶ τῶν μαρτύρων γραφὴν αὐτῆς διεφανέσταται Ἐκκλησίαι ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν διαπέμπονται, τὰ παρ' αὐταῖς πραχθέντα, τοῦτον ἀνιστοροῦσαι τὸν τρόπον. Παραθήσομαι δὲ τὰς αὐτῶν φωνάς· « Οἱ ἐν Βιέννη καὶ Λουγδούνῳ (75) τῆς Γαλλίας παροικοῦντες δούλοι

D

(74) *Τοῦ κατὰ Θεὸν πολιτεύματος.* Nicephorus in cap. 16, lib. iv, pro his verbis habet, τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας, id est *reipublicæ Christianæ*, ut interpretati sumus. At Christophorus *divinam vivendi rationem* vertit, quod non placet. In codicibus nostris Maz., Med., Fuk. et in Sav. ita scribitur hic locus: « Ὁ δέ γε περὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς πολιτεύματος, etc., quanquam in Med. vulgata lectio ad marginem apposita est.

(75) *Οἱ ἐν Βιέννη καὶ Λουγδούνῳ.* Duplex hic quæstio oritur. Prima, cur hæc epistola scripta sit conjunctim a duabus Ecclesiis, Viennensi ac Lugdunensi. Altera, cur Galli Græce scribant ad Ecclesias Asiæ et Phrygiæ, et ad Eleutherum Romanæ urbis episcopum. Quod ad primam atinet, hoc idcirco factum existimo, quod Ecclesiæ Viennensium ac Lugdunensium, non modo loci vicinitate, seu etiam mutui amoris vinculo conjunctæ erant. Et cum in eadem persecutione simul decertassent, epistolam de suis martyribus simul et conjunctim scripse-

Χριστοῦ, τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν τὴν αὐτὴν τῆς ἀπολυτρώσεως ἡμῖν πίστιν καὶ ἐλπίδα ἔχουσιν ἀδελφοῖς, εἰρήνην καὶ χάρις καὶ δόξα ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. » Ἐἴτα τούτοις ἐξῆς, ἕτερα προοιμισάμενοι, τὴν τοῦ λόγου καταρχὴν ποιοῦνται ἐν τούτοις : « Τὸ μὲν οὖν μέγεθος τῆς ἐνθάδε θλίψεως, καὶ τὴν τοσαύτην τῶν ἐθνῶν εἰς τοὺς ἀγίους ὄργην, καὶ ὅσα ὑπέμειναν οἱ μακάριοι μάρτυρες, ἐπ' ἀκριβὲς οὐδ' ἡμεῖς εἰπεῖν ἴκανοί, οὔτε μὴν γραφῇ περιληφθῆναι δυνατόν. Παντὶ γὰρ σθένει ἐνέσκηψεν ὁ ἀντικείμενος, προοιμισάμενος ἦδη τὴν ἀδεῶς μέλλουσαν ἔσσεσθαι παρουσίαν αὐτοῦ· καὶ διὰ πάντων διήλθεν, ἐθίζων τοὺς ἑαυτοῦ καὶ προγυμνάζων κατὰ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, ὥστε μὴ μόνον οἰκιῶν (76) καὶ βαλανεῖων καὶ ἀγορᾶς εἰργεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ καθόλου φαίνεσθαι ἡμῶν τινα αὐτοῦ ἀπειρησθαι ἐν ὁποίῳ δῆποτε τόπῳ. Ἄντεροτρατῆγει δὲ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς μὲν ἀσθενεῖς ἐβρῦετο, ἀντιπαρέτασσε δὲ στύλους ἐδραίους, δυναμένους διὰ τῆς ὑπομονῆς πᾶσαν τὴν ὀρμὴν τοῦ πονηροῦ εἰς ἑαυτοὺς ἐλκύσαι· οἱ καὶ ὁμῶς ἐχώρουσαν αὐτῷ, πᾶν εἶδος οὐνεῖσμου καὶ κολάσεως ἀνεχόμενοι, οἱ καὶ τὰ πολλὰ ὀλίγα ἠγούμενοι, ἔσπευδον πρὸς Χριστὸν, ὅπως ἐπιδεικνύμενοι (77), ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. Καὶ πρῶτον μὲν τὰ ἀπὸ τοῦ ὄχλου πανδημεῖ σωρηδὸν ἐπιφερόμενα, γενναίως ὑπέμενον, ἐπιβοήσεις, καὶ πληγὰς, καὶ συρμούς, καὶ διαρπυγὰς, καὶ λίθων βολὰς, καὶ συγκλείσεις (78), καὶ πάνθ' ὅσα ἡγριωμένῳ πλήθει ὡς πρὸς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους φιλεῖ γίνεσθαι. Καὶ δὴ ἀναχθέντες εἰς τὴν ἀγορὰν ὑπὸ τε τοῦ χιλιάρχου καὶ τῶν προεστηκότων τῆς πόλεως ἐξουσιῶν (79), ἐπὶ παντὸς τοῦ πλήθους ἀνακρίβεντες καὶ ὁμολογῆσαντες, συνεκλεί-

rant. Ad hæc utraque provincia sub unius præsidis jurisdictione, tunc quidem temporis videtur fuisse; ut ex eo conjicitur, quod tam Viennenses quam Lugdunenses, ob fidem Christi a præside comprehensi et damnati esse dicuntur in hac epistola. Hæc igitur causæ sunt cur conjunctim scripserint Viennenses et Lugdunenses. Nam quod suspicati sunt quidam, onum tunc fuisse episcoporum Viennæ atque Lugduni, id ex hac ipsa epistola facile refellitur, quæ Pothinum episcopum Lugduni fuisse dicit, non item Viennæ. Porro Lugdunenses honoris causa Viennensium nomen præponunt, cum tamen ipsi Lugdunenses epistolam scribant de iis quæ Lugduni gesta fuerant. Vetustati quoque et nobilitati colonia: Viennensium id tributum videri potest. Quod vero ad secundam quæstionem attinet, ex ipsa epistola discimus plurimos fuisse Græcos in Ecclesia Lugdunensi, cujusmodi fuit Attalus et Alexander Phryges, et Alcibiades oriundus item ex Phrygia, ut opinor: Irenæus quoque oriundus erat ex Asia, et Polycarpum Smyrnæ audierat una cum Florino admodum puer, ut ipse testatur. Pothini quoque episcopi vel nomen ipsum, Græcam originem designat. Proinde non mirum est, si qui ex Asia in Gallias venerant, fratribus suis in Asia constitutis de rebus suis scribant: a quibus, ut credibile est, epistolam illam de martyrio Polycarpi et aliorum, prius accepissent. Hujus autem epistolæ auctorem fuisse arbitror Irenæum; qui quidem eo tempore Ecclesiæ Lugdunensis erat presbyter.

(76) *Μὴ μόνον οἰκιῶν*. Christophorsonus *ædificia publica* interpretatur, quod non probō, *οἰκίαι* enim nonnisi de privatis domibus dicuntur, a qui-

A Lugdunum Galliæ degunt, fratribus per Asiam et Phrygiam constitutis, qui eamdem nobiscum fidem ac spem habent redemptionis, pax et gratia et gloria a Deo Patre et Christo Jesu Domino nostro. » Post hæc deinde quædam alia præfati, narrationem ipsam ordiuntur his verbis: « Et gravitatem quidem ipsam ærumnarum, et gentilium adversus sanctos furorem ac rabiem, quæque et quanta beati martyres perpessi 155 sunt, nec nos exprimere dicendo, nec quisquam scribendo complecti accurate possit. Omni siquidem virium impetu in nos irruiat adversarius, adventus sui in quo cum omni licentia grassaturus est, jam tum nobis initia ac primordia exhibens. Nihil quippe intentatum reliquit, dum ministros suos assuefacit, et quibusdam quasi proliudis exercet adversus servos Dei. Adeo ut non solum ab ædibus, a balneis, a foro arceremur: verum etiam interdictum fuerit ne quis nostrum quocumque demum in loco appareret. Sed gratia Dei pro nobis adversus diabolium depugnavit: et infirmiores quidem servavit, viros autem illi opposuit columnarum instar firmos ac stabiles, qui fortitudine sua universum dæmonis impetum in semetipsos pertrahere valerent. Hi ergo cominus congressi, omne genus opprobrii sustinuerunt: et quæ alii diuturna et gravia existimant, ipsi levia ducentes, ad Christum ire properabant; exemplo suo ostendentes, non esse dignas passiones hujus sæculi quæ conferantur cum gloria quæ in nobis revelanda est. Ac primum quidem quæcumque a populo universo acervatim ingerebantur, constantissime tolerarunt: acclamationes scilicet, plagas, raptationes, spoliationes honorum, lapidum jactus, carceres, cuncta denique quæ vulgus furore et rabie concitatum, ad-

bus tum arcebantur Christiani, id est ab ædibus amicorum, propinquorum, opificum. Neque enim assentior Rufino, qui Christianos in suis ipsorum domibus habitare prohibitos existimavit.

(77) *Ἐπιδεικνύμενοι*. Codex Medicæus adverbium addit hoc modo, ὅπως ἐπιδεικνύμενοι. Neque aliter codex Maz., Fuk. et Savilianus.

(78) *Συγκλείσεις*. Non possum probare interpretationem Langi et Christophorsoni, qui *συγκλείσεις carceres* vertunt. Illic enim primo loco recensentur injuriæ et mala, quæ a conferta populi multitudine inferebantur Christianis. In quibus carcer locum habere non potest. Judicium quippe, non populi erat, reos carceri mancipare. Rectius ergo Rufinus vertit, *concludi. Sed et verberari*, inquit, *se ab illis, ac lapidari, et concludi, patienter accipiebant*. Gentiles enim Christianos intra domos suas concludebant, dum a foro et balneis eos arcerent, nec in publicum prodire sinnerent, ut supra dictum est. Infra tamen *συγκλείσεις pro carcere* sumuntur.

(79) *Προεστηκότων τῆς πόλεως ἐξουσιῶν*. Magistratus municipales intelligit, qui etiam duumviri dicebantur. Quamvis autem *ἐξουσίας* seu potestatis vocabulum, sere de majoribus iudicibus dici solet, qui habent jus gladii, ut docet Ulpianus in titulo *De jurisdictione*, et *De verborum significationibus*, tamen de magistratibus etiam municipalibus usurpatur, qui habebant modicam coercionem, ut loquuntur jurisconsulti. Sic apud Juvenalem: *Gabiorumque esse potestas*. Infra ubi de Pothino, *πολιτικὰ ἐξουσία* dicuntur.

versus hostes et inimicos comminisci solet. Perducti deinde in forum a tribuno militum et a magistratibus civitatis, coram universo populo interrogati confessique, usque ad præsidis adventum conjecti sunt in carcerem. Post hæc, cum ad præsidem deducti essent, atque ille omni genere sævitiae ferretur adversus nostros, Vettius Epagathus, unus ex fratrum numero, immensa quadam charitatis copia erga Deum simul et proximum exuberans, qui adeo districtam ac severam vivendi rationem instituerat, ut, quamvis adhuc juvenis, Zachariæ tamen senioris elogio æquaretur. Incesserat quippe in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela: ad omne genus obsequii ac ministerii proximo exhibendum promptissimus, zelo Dei ac fervore spiritus plenus. Hic, inquam, cum esset hujusmodi, adeo injustum adversus nos iudicium pati non potuit. Sed indignatione commotus, postulavit ut sibi quoque liceret pro fratribus **156** causam dicere, palamque ostendere, nihil apud nos impium aut irreligiosum reperiri. Verum cum illi qui circum tribunal astabant, adversus eum inclamassent (erat quippe inter suos clarus) et præses ipse petitionem alioqui justissimam ægre ferret, idque unum ex eo quæreret, essetne

(80) *Τοῦ ἡγεμόνος*. Præsidem vertit Rufinus: quæ vox generalem habet significationem, perinde ac Græca. Omnes enim provinciarum rectores ita appellantur, seu procuratores sint, seu proconsules, seu legati Cæsaris. Dubitari itaque merito potest, cujusmodi hic fuerit rector provinciae Lugdunensis. Equidem existimo legatum Cæsaris fuisse. Movet me primo, quod hic mentio sit tribuni militum. Id enim optime convenit legato Cæsaris, qui rem militarem curabat. Deinde in veteri inscriptione quam refert Gruterus, pag. 427, legatus imp. Nervæ Trajani Cæsaris Aug. provinciae Lugdunensis nominatur. Denique Spartianus in Severo, Lugdunensem provinciam, per legatos Cæsaris administratam fuisse imperante M. Antonino testatur. Sic enim scribit de Severo: *Deinde provinciam Lugdunensem legatus accepit*. Ac fortasse in hac Lugdunensis epistola Severus intelligitur. Fuit enim legatus provinciae Lugdunensis sub Marco. Sed et Junius Blæsus, quem rectorem Galliae Lugdunensis vocat Tacitus in primo *Historiarum*, legatus fuit. Argumento est legio Italica et ala Taurina Lugdunensis, quas regebat Blæsus. Fuit etiam Vitrasius Pollio legatus provinciae Lugdunensis temporibus imp. Adriani, ut patet ex lege 15, D. *De excusationibus*.

(81) *Ὀνέτιος Ἐπάγαθος*. De quo Gregorius Turonensis in libro primo *Historiae Ecclesiasticae*, cap. 29. Et rursus cap. 51 de Ecclesia Bituricensi loquens sic habet: *Leucadium quemdam primum Galliarum senatorem, qui de stirpe Vetti Epagathi fuit, quem Lugduno passum pro Christi nomine superius memoravimus, repererunt*. Qui locus aperte ostendit, Epagathum nobilitate generis inter Lugdunenses eminuisse. Sed et epistola ipsa id satis superque testatur his verbis, καὶ γὰρ ἦν ἐπίσημος. Porro hujus martyris nomen cum duplici τ scribi debet, ut habent codd. Maz. et Fuketianus. Etenim nomen Romanum est Vettius apud Ciceronem et Juvenalem; idque pronomen fuit Prætextati. Certe in manuscripto Rufini codice Vettius Epagathus dicitur.

(82) *Παράκλητος Χριστιανῶν ψημματίας* Male

σθησαν εἰς τὴν εἰρκτὴν ἕως τῆς τοῦ ἡγεμόνος (80) παρουσίας. Μετέπειτα δὲ ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα ἀχθὲν ὡν αὐτῶν, κάκεινον πάση τῇ πρὸς ἡμᾶς ὁμότητι χρωμένον, Οὐέτιος Ἐπάγαθος (81), εἰς ἐκ τῶν ἀδελφῶν, πλήρωμα ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον κερχωρηκῶς· οὐ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἠκρίβωτο ἡ πολιτεία, ὡς, καίπερ ὄντα νέον, συνεξισούσθαι τῇ τοῦ πρεσβυτέρου Ζαχαρίου μαρτυρίᾳ. Πεπόρευτο γοῦν ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίου ἀμεμπτος, καὶ πάση τῇ πρὸς τὸν πλησίον λειτουργίᾳ ἄοκνος, ζῆλον Θεοῦ πολὺν ἔχων, καὶ ζέων τῷ πνεύματι. Τοιοῦτος δὲ τις ὢν, τὴν οὕτω καθ' ἡμῶν ἀλόγως γινομένην κρίσιν οὐκ ἐδάστασεν, ἀλλ' ὑπερηγανάκτησε, καὶ ἤξλου καὶ αὐτὸς ἀκουσθῆναι ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν, ὅτι μὴδὲν ἄθεον μὴδὲ ἀσεβές ἐστὶν ἐν ἡμῖν. Τῶν δὲ περὶ τὸ βῆμα καταβοησάντων αὐτοῦ (καὶ γὰρ ἦν ἐπίσημος), καὶ τοῦ ἡγεμόνος μὴ ἀνασχομένου τῆς οὕτως ὑπ' αὐτοῦ δικαίας προταθείσης ἀξιώσεως, ἀλλὰ μόνον τοῦτο πυθομένου εἰ καὶ αὐτὸς εἴη Χριστιανός, τοῦ δὲ λαμπροτάτη φωνῇ ὁμολογήσαντος, ἀνελήφθη καὶ αὐτὸς εἰς τὸν κληρον μαρτύρων, παράκλητος Χριστιανῶν χρηματίσας (82), ἔχων δὲ τὸν Παράκλητον ἐν ἑαυτῷ, τὸ πνεῦμα πλεον τοῦ Ζαχαρίου (83). Ὁ διὰ τοῦ πληρώματος τῆς ἀγάπης (84) ἐνεδείξατο, εὐδοκῆσας ὑπὲρ

Christophorsonus hunc locum interpretatus est, quasi Epagathus exinde ab omnibus vocatus fuerit patronus Christianorum. Nostram autem versionem confirmat Rufinus, et quæ sequuntur verba, ἔχων δὲ Παράκλητον, etc., quæ stare omnino possunt, nisi ita interpreteris ut fecimus.

(83) *Πλεῖον τοῦ Ζαχαρίου*. Jam supra Epagathum comparavit cum Zacharia sacerdote, de quo Lucas in Evangelio, cap. x. Iterum nunc alludit ad verba quæ leguntur in fine dicti capituli: *Et Zacharias repletus est Spiritu sancto*. Porro Spiritus sanctus Παράκλητος dicitur in Evangelio, id est, *advocatus*, quia scilicet postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ut ait Apostolus. Ita Tertullianus in libro *De jejuniis*, de Spiritu sancto loquens: *Qua Paracletus, id est, advocatus, ad exorandum judicem, hujusmodi officiorum remedia mandabat*. At Rufinus cum hæc non intelligeret, ita vertit: *Ille vero habens in se advocatum pro nobis Jesum, hoc nomine meruit honorari: sancti presbyteri Zachariae, qui erga sanctos plenitudinem charitatis ostenderat, secutus exemplum*. Quæ prava Rufini interpretatio, occasione erroris præbuit Adoni Viennensi, et Usuardo, et Noikero, qui in suis *Martyrologiis* quadraginta et octo martyrum Lugdunensium nomina recensentes, Zachariam presbyterum secundo loco nominant, post Pothimum Lugdunensem episcopum. Qui si Græcum hujus epistolæ exemplar consulissent, animadvertissent profecto, Ζαχαρίαν πρεσβύτερον hic dici, non Zachariam presbyterum Lugdunensis Ecclesie, sed Zachariam sacerdotem, patrem Joannis Baptistæ. Quem quidem Lugdunenses in hac epistola πρεσβύτερον, id est *seniorem*, appellant, Epagathum juvenem ei comparantes. Cæterum hic error Adonis et reliquorum in Zachariæ martyris nomine, facit ut dubitem de cæteris nominibus martyrum Lugdunensium, quæ ab illis ibidem relata sunt.

(84) *Τοῦ πληρώματος τῆς ἀγάπης*. Alludit ad illud Servatoris nostri dictum in Evangelio: *Majorem charitatem nemo habet quam ut animam suam ponat pro fratribus suis*.

τῆς τῶν ἀδελφῶν ἀπολογίας καὶ τὴν ἑαυτοῦ θείναι ψυχῆν. Ἦν γὰρ καὶ ἔστι γνήσιος Χριστοῦ μαθητῆς, ἀκολουθῶν τῷ ἀρνίῳ ὅπου ἂν ὑπάγῃ. Ἐντεῦθεν δὴ διεκρίνοντο (85) οἱ λοιποὶ, καὶ φανεροὶ καὶ ἔτοιμοι ἐγίνοντο πρωτομάρτυρες. Οἱ καὶ μετὰ πάσης προθυμίας ἀνεπλήρουν τὴν ὁμολογίαν τῆς μαρτυρίας. Ἐφαίνοντο δὲ καὶ οἱ ἀνέτοιμοι καὶ ἀγύμναστοι, καὶ ἔτι ἀσθενεῖς, ἀγῶνος μεγάλου τόνον ἐνεργεῖν μὴ δυνάμενοι. Ὡν καὶ ἐξέπεσον (86) ὡς δέκα τὸν ἀριθμὸν οἱ καὶ μεγάλῃν λύπην καὶ πένθος ἀμέτρητον ἐνεποίησαν ἡμῖν, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν λοιπῶν τῶν μὴ συνειληγμένων ἐνέκοψαν, οἷ καὶ πάντα τὰ δεινὰ πάσχοντες, ὅμως συμπάρησαν τοῖς μάρτυσι καὶ οὐκ ἀπελείποντο αὐτῶν. Τότε δὴ οἱ πάντες μεγάλως ἐπτοθήμεν, διὰ τὸ ἀδύλον τῆς ὁμολογίας, οὐ τὰς ἐπιπερομένας κολάσεις φοβούμενοι, ἀλλὰ τὸ τέλος ἀφορῶντες, καὶ τὸ ἀποπεσεῖν τινα δεδιότες. Συνελαμβάνοντο μέντοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν οἱ ἄξιοι, τὸν ἐκείνων ἀναπληροῦντες ἀριθμὸν, ὥστε συλλεγῆναι ἐκ τῶν δύο Ἐκκλησιῶν (87) πάντας τοὺς σπουδαίους, καὶ δι' ὧν μάλιστα συνειστήκει τὰ ἐνθάδε. Συνελαμβάνοντο δὲ καὶ ἔθνηκοι τινες οἰκέται τῶν ἡμετέρων, ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀναζητεῖσθαι πάντας ἡμᾶς· οἱ καὶ κατ' ἐνέδραν τοῦ Σατανᾶ, φοβηθέντες τὰς βασάνους ἄς τοὺς ἁγίους ἔβλεπον πάσχοντας, τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῦτο παρορμῶντων αὐτοὺς, κατεψεύσαντο ἡμῶν θεύσεια δεῖπνα, καὶ Οἰδιποδοίους μίξεις, καὶ ὅσα μῆτε λαλεῖν μῆτε νοεῖν θέμις ἡμῖν, ἀλλὰ μὴδὲ πιστεύειν εἰ τι τοιοῦτο πώποτε παρὰ ἀνθρώποις ἐγένετο. Τούτων δὲ φημισθέντων πάντες ἀπαθηριώθησαν εἰς ἡμᾶς, ὥστε καὶ εἴ τινες τὸ πρότερον δι' οἰκειότητα (88) ἐμετρίαζον, τότε μεγάλως ἐχάλεπαινον καὶ διεπρίοντο καθ' ἡμῶν (89). Ἐπληροῦτο δὲ τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν εἰρημένον, ὅτι « ἐλεύσεται καιρὸς ἐν ᾧ πᾶς ὁ ἀποκτείνανς ἡμᾶς, δόξει λατρεῖν προσφῆρῃν τῷ Θεῷ. » Ἐνταῦθα λοιπὸν ὑπεράνω πάσης ἐξηγήσεως ὑπέμενον κολάσεις οἱ ἅγιοι μάρτυρες, φιλοτιμουμένου τοῦ Σατανᾶ καὶ δι' ἐκείνων ῥηθῆναι τι τῶν βλασφημῶν (90).

A Christianus : ille Christianum se esse clarissima voce professus, in martyrum numerum relatus est: advocatus quidem Christianorum iudicis elogio appellatus, habens autem in seipso advocatum Spiritum sanctum multo abundantius quam Zacharias. Quem quidem charitatis exuberantia declaravit, quippe qui sustinuerit pro fratrum defensione morti semet obicere. Fuit enim et est germanus Christi discipulus, sequens Agnum quocumque ierit. Exinde etiam reliqui dignosci ac distingui cœpere. Et prompti quidem ac parati erant protomartyres, qui summa animorum alacritate solemnem illam martyrum confessionem ediderunt. Qui vero imparati et inexercitati, nec firmis adhuc erant viribus ad impetum tanti certaminis sustinendum, tunc manifeste patuerunt. Ex quibus decem circiter collapsi, maximum nobis dolorem et incredibilem luctum attulerunt; et aliorum alacritatem fregerunt, qui nondum comprehensi, licet gravissima paterentur incommoda, tamen martyribus præsto aderant, nec ab eorum conspectu discedebant. Omnes tunc temporis gravissimo metu percussi hærebamus, ob incertum confessionis eventum: non quod tormenta quæ inferebantur, magnopere timeremus, sed quoniam exitum rei animo prospicientes, ne quis corrueret verebamur. Comprehendebantur quotidie qui digni erant ut numerum illorum supplerent: adeo ut ex utraque Ecclesia præstantissimi quique, et quorum maxime labore atque industria res hic constitutæ fuerant, simul omnes tenerentur. Capti sunt etiam quidam nostrorum servi qui gentiles erant, quandoquidem præses nos omnes requiri palam iusserat. Qui dæmonis impulsu, cum tormenta reformidarent quæ sanctos perpeti videbant, militibus ad hoc ipsum eos incitantibus, Thyesteas quasdam cœnas et incestos Œdipi concubitus, et alia quæ nec proloqui nobis nec cogitare fas est, ac ne credere quidem sustinemus apud homines unquam gesta fuisse, adversus nos ementiti 157

(85) *Διεκρίνοντο*. Metaphora videtur esse ab athletis, qui antequam certamen inirent, examinari solebant ac probari, utrum ingenui, utrum ætatis athleticæ essent. Et ii quidem qui ad certamen admittabantur, dicebantur εἰσπρῆσθαι. Qui autem repudiabantur, ἐκπρῆσθαι. Examen autem ipsum vocabatur διάκρισις, ut ex hoc loco colligo. Plena certe est hæc epistola vocabulis a re athletica translatis. Quod et loci hujus lectio ipsa indicat, et nos infra ostendemus apertius.

βίνα ἡ Γραφή πληρωθῆ. Ὁ ἄνομος ἀνομησάτω ἐστὶ (32), καὶ ὁ δίκαιος δικαιοθῆτω ἐστὶ. Καὶ γὰρ τοὺς ἐναποπνιγένας ἐν τῇ εἰρκτῇ παρέβαλον κυσίον, ἐπιμελῶς παραφυλάσσοντες νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, μὴ κηδευθῆ τις ὑφ' ἡμῶν. Καὶ τότε δὴ προθέντες τὰ τε τῶν θηρίων, τὰ τε τοῦ πυρὸς λείψανα, πῆ μὲν ἐσπαραγμένα, πῆ δὲ ἠνθρακωμένα (33), καὶ τῶν λοιπῶν τὰς κεφαλὰς σὺν τοῖς ἀποτμημασίον αὐτῶν ὡσαύτως ἀτάφους παρεφύλαττον μετὰ στρατιωτικῆς ἐπιμελείας ἡμέραις συχναῖς. Καὶ οἱ μὲν ἐνεβριμῶντες καὶ ἐθρυγον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτοῖς, ζητοῦντές τινα περισσοτέραν ἐκδίκησιν παρ' αὐτῶν λαβεῖν· οἱ δὲ ἐνεγέλιον καὶ ἐπετίθαζον, μεγαλύνοντες τὰ εἶδωλα αὐτῶν, καὶ ἐκείνοις προσάπτοντες τὴν τοῦτων τιμωρίαν. Οἱ δὲ ἐπεικέστεροι καὶ κατὰ ποσὸν συμπαθεῖν

δοκοῦντες, ὠνεῖδιζον πολλῶν, λέγοντες· Ποῦ ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ τί αὐτοὺς ὦνησεν ἡ θρησκεία, ἣν καὶ πρὸ τῆς ἐκλυτῶν εἰλαντο ψυχῆς; Καὶ τὰ μὲν ἀπ' ἐκεῖνων τοιαύτην εἶχε τὴν ποικιλίαν, τὰ δὲ καθ' ἡμᾶς ἐν μεγάλῳ καθεστῆκε πένθει, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰ σώματα κρύψαι τῇ γῆ. Οὕτε γὰρ νύξ συνεβάλλετο ἡμῖν πρὸς τοῦτο, οὕτε ἀργύρια ἐπειθεν (34), οὕτε λιτανεία ἐδυσώπει· παντὶ δὲ τρόπῳ παρετήρουν ὡς μέγα τι κερδανοῦντες, εἰ μὴ τύχοιεν ταφῆς. Τούτοις ἐξῆς μεθ' ἑτερά φασί· « Τὰ σὺν σώματα τῶν μαρτύρων παντοίως παραδειγματισθέντα καὶ αἰθριασθέντα ἐπὶ ἡμέρας ἕξ, μετέπειτα καέντα καὶ αἰθαλωθέντα ὑπὸ τῶν ἀνέμων κατεσαρώθη εἰς τὸν Ῥοδανὸν (35) ποταμὸν πλησίον παραβέροντα, ὅπως μὴδὲ λείψανον αὐτῶν φαίνηται ἐπὶ τῆς γῆς ἐστὶ. Καὶ ταῦτ' ἔπραττον, ὡς δυνάμενοι νικῆσαι τὴν Θεὸν, καὶ ἀφελεῖσθαι αὐτῶν τὴν παλιγγενεσίαν· ἵνα, ὡς ἔλεγον ἐκεῖνοι, μὴδὲ ἐλπίδα σχῶσιν ἀναστάσεως, ἐφ' ἣ πεποιθότες, ξέντην τινὰ καὶ καινὴν ἡμῖν εἰσάγουσι θρησκείαν, καὶ καταφρονοῦσι τῶν δεινῶν, ἐτοιμοὶ καὶ μετὰ χαρᾶς ἦγοντες ἐπὶ τὸν θάνατον· νῦν ἴδωμεν, εἰ ἀναστήσονται, καὶ εἰ δύναται βοηθῆσαι αὐτοῖς ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ ἐξελεῖσθαι ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν. »

dentur in tribus codicibus Mazarino, Medicæo et Fuketii. Solus codex Regius ea retinet, cui astipulantur Ruhnus et Nicephorus. Nam Rufinus quidem ita vertit: *Apud nos vero ingenus luctus habebatur, præcipue quod non possemus corpora humi tradere: quippe quibus nec noctis tempore aliqua ad hoc oportunitas præbebat: neque muneribus suadere curiosos, neque precibus, aut ullo alio genere copia erat.* Nicephorus vero locum hunc ita expressit: *Ὅτε γὰρ ἡ νύξ καθυπόρρει, οὕτε χρυσίω μετελλεῖν ἦν· πολλὰ γὰρ μεῖον ἐπειθε δέησις.*

(35) Κατεσαρώθη εἰς τὸν Ῥοδανόν. Cod. Reg. κατεβρόνθη, cui consentit Nicephorus. Sed reliqui codices Maz., Med., Fuk. et Savillii præferunt κατεσαρώθη. Quam lectionem vulgata: longe præferendam duco. Certe Rufinus non aliter videtur legisse, ut ex interpretatione ejus appareat. Sic enim vertit: *Incensa ossa martyrum et in favillam redacta, cum reliquo terræ pulvere in Rhodanum fluvium dispersere.*

gis inde accendebatur furor, qui quidem nullo jure adversus nos æquali odio ferebantur: ut impleretur Scriptura, **165** quæ dicit: « Iniquus adhuc inique agat, et justus adhuc justificetur ²⁵. » Eorum enim corpora qui in carcere suffocati perierant, canibus objecerunt, sollicitè observantes noctu atque interdium, ne quis nostrorum ea sepulturæ mandaret. Post hæc quidquid aut a bestiis, aut ab igne reliquum fuerat, partim laniata, partim ambusta membra exponentes: reliquorum denique capita cum ipsis corporum truncis similiter insepulta per plurimos dies additis militum excubiis custodierunt. Et alii quidem infremebant ac dentibus stridebant in mortuos, adhuc exquisitiore quodam supplicio eos afficere cupientes. Alii vero irridebant insultabantque, simulacra sua laudibus extollentes, ac pœnas de martyribus sumptas eis ascribentes. Nonnulli paulo æquiores, et qui vicem nostram dolere quodammodo videbantur, exprobrabant identidem hæc dicentes: Ubi est Deus eorum? et quid illis profuit hæc religio, cui vitam quoque suam postposuerunt? Ac gentilium quidem insectatio talem habuit varietatem. Nos vero gravissimo interim dolore premebamur, quod humare cadavera nobis non liceret. Nam neque noctis tenebræ nos juvare, neque auri vis flectere, neque preces ullæ animos eorum commovere potuerunt. Sed omni studio atque industria cadavera custodiebant, quasi ingens lucrum facturi, si sepultura caruissent. » Nonnullis deinde interjectis hæc addunt: « Igitur martyrum corpora, postquam omni genere contumeliæ traducta, et sub divo per sex dies exposita jacuerunt, tandem cremata atque in cineres redacta, in præfluentis Rhodani alveum sparsa sunt ab impiis, ne ullæ deinceps eorum reliquæ in terris superessent. Atque id agebant, prorsus quasi Deo superiores esse, et resurrectionem illis adimere possent: ut quemadmodum ipsi dicebant, ne spes quidem ulla resurgendi eis relinqueretur, qua freti novam quamdam ac peregrinam nobis invehunt religionem, et gravissima quæque tormenta contemnunt, promptique et alacres mortem subeunt. Videamus nunc an sint resurrecturi, et utrum adesse ipsis Deus suus, ac de manibus nostris ipsos eripere valeat. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ὅς οἱ θεοφιλεῖς μάρτυρες τοὺς ἐν τῷ διωγμῷ διαπεπικώτας ἐθεράπευον δεξιούμενοι (Nic. H. E. iv, 18).

Τοιαῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν δεδηλωμένον αὐτοκράτορα ταῖς Χριστοῦ συμβέβηκεν Ἐκκλησίαις, ἀφ' ὧν καὶ τὰ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἐπαρχίαις ἐνηρηγμένα, εἰκότι λογισμῷ στοχάζεσθαι πάρεστιν. Ἄξιον τοῦτοις ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυνάψαι γραφῆς λέξεις ἐτέρας, δι' ὧν τὸ ἐπεικὲς καὶ φιλόανθρωπον τῶν δεδηλωμένων μαρτύρων ἀναγγελλεται τοῦτοις αὐτοῖς τοῖς βήμασιν. « Οἱ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ζηλωταὶ καὶ μιμηταὶ Χριστοῦ ἐγένοντο, ὅς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἀρπαγμὸν ἠγάπησεν τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ὥστε ἐν τοιαύτῃ δόξῃ ὑπάρχοντες, καὶ οὐχ ἄπαξ οὐδὲ δις, ἀλλὰ πολλάκις μαρτυρήσαντες, καὶ ἐκ θηρίων αὐθις ἀναληφθέντες (36), καὶ τὰ καυτήρια, καὶ τοὺς μώλωπας, καὶ τὰ τραύματα ἔχοντες περικείμενα, οὐτ' αὐτοὶ μάρτυρας ἑαυτοῦς ἀνεκέρυττον, οὔτε μὴν ἡμῖν ἐπέτρεπον τοῦτω τῷ ὀνόματι παραγορευεῖν αὐτοὺς, ἀλλ' εἴ ποτέ τις ἡμῶν δι' ἐπιστολῆς ἢ διὰ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς προσεῖπεν, ἐπέπλησσαν πικρῶς. Ἡδέως γὰρ παρεχύρουσαν τὴν τῆς μαρτυρίας προσηγορίαν τῷ Χριστῷ, τῷ πιστῷ καὶ ἀληθινῷ μάρτυρι, καὶ πρωτοτόκῳ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀρχηγῷ τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπαμειβήσκοντο τῶν ἐξεληλυθῶτων ἡδὴ μαρτύρων, καὶ ἔλεγον. Ἐκεῖνοι ἡδὴ μάρτυρες, οὗς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ Χριστοῦς ἡξίωσεν ἀναληφθῆναι, ἐπισφραγισάμενος αὐτῶν διὰ τῆς ἐξόδου τὴν μαρτυρίαν· ἡμεῖς δὲ ὁμολογοὶ μέτριοι καὶ ταπεινοί. Καὶ μετὰ δακρῶν παρεκάλουν τοὺς ἀδελφοὺς, δειόμενοι ἵνα ἐκτενεῖς εὐχὰ γίνωνται πρὸς τὸ

²⁵ Dan. xxii.

(36) Καὶ ἐκ θηρίων αὐθις ἀναληφθέντες. Henricus Savilius a. Iorani sui codicis hunc locum ita emendavit, καὶ τοῖς θηρίοις παραβληθέντες, καὶ ἐξ αὐτῶν αὐθις ἀναληφθέντες. Quæ emendatio in Genevensi quoque editione apposita est ad marginem ex libro Christophorsoni. Sane Christophorsonem locum hunc ita legit, ut ex versione ejus apparet. Sed utrum ex con-

A

166 CAPUT II.

Quemadmodum Deo dilecti martyres lapsis in persecutione manum porrigentes curationem adhibuerint.

Hæc supradicti imperatoris temporibus Christi Ecclesiis contigerunt, ex quibus ea quæ in reliquis provinciis gesta sunt, conjectura assequi licet. Sed et alia quædam ex eadem epistola hic adjungere operæ pretium fuerit, quibus benignitas atque humanitas illorum quos memoravimus martyrum describitur his verbis: « Qui quidem Christum æmulari atque imitari tantopere studuerunt, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: ut quamvis in tantum gloriæ cultum evecti essent, nec semel atque iterum, sed sæpius martyrium subiissent, et a bestiis denuo in carcerem relati essent; quamvis ignium impressa vestigia, quamvis vibices et vulnera toto corpore circumferrent, tamen nec seipsos martyres prædicarent, nec a nobis ita se appellari paterentur. Verum si quis nostrum per litteras aut in familiari colloquio eos martyres compellasset, objugabant graviter atque increpabant. Martyris enim appellationem libentissime concedebant Christo, utpote fido veroque testi, et primogenito mortuorum, vitæque cælestis principi et auctori. Eos quoque qui jam ex hac vita migraverant martyres, nobis commemorabant aiebantque: « Hi jam sunt martyres, quos in ipsa confessione Christus assumi voluit, professionem ipsorum morte tanquam annulo obsignans: nos vero viles atque abjecti confessores. » Simul profusis la-

B

jectura, an ex fide veterum codicum ita legerit, incertum est. Nostri certe codices nihil mutant. Porro ἀναληφθῆναι hoc loco significat, in carcerem iterum contrudi. Sic supra de Blandina, καθαιρεθείσα ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἀνεληφθῆ πάλιν εἰς τὴν εἰρηκτῆν. Et paulo post de Attalo, μαθῶν ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναληφθῆναι.

crymis obsecrabant fratres, ut continuæ ad Deum preces fierent, quo tandem ipsi perfectum finem adipisci mererentur. Ac re ipsa quidem virtutem martyrum exhibebant, cum ingenti libertate ac fiducia gentilibus respondentes: et egregiam animi iudolem partim tolerantia, partim quod metus ac pavoris expertes essent, perspicue testabantur. Ipsam vero martyrum appellationem a fratribus sibi oblatam, utpote timore Dei constricti refugiebant. » Et paulo post: « Deprimebant se, inquit, sub manu potenti; a qua nunc sublimius elevati sunt. Tunc vero omnium defensionem suscipiebant, neminem accusabant, cunctos absolvebant, **167** neminem ligabant. Quinetiam pro illis a quibus acerbissime cruciati fuerant, exemplo perfectissimi martyris Stephani, Deum precabantur: « Domine, ne imputes illis hoc peccatum. » Quod si ille pro lapidantibus orabat, quanto magis pro fratribus eum orasse credibile est. » Nec multo post, hæc adiungit: « Hoc enim maximum certamen illis fuit adversus diabolum, ob sinceram ac minime fucatam charitatem, ut quos ille malignus serpens vivos jam se devorasse crediderat, elisis faucibus evomere cogeretur. Neque enim fastu et arrogantia intumuerunt adversus lapsos, sed ea quibus abundabant bona, indigentibus liberaliter ministrabant, materna quædam misericordiæ viscera gestantes, magnamque vim lacrymarum pro illorum salute coram Deo Patre fundentes. Vitam petierunt, et largitus est eis Deus ³⁶: quam etiam illi proximis suis communicarunt, ubique victores ad Deum profecti. Cumque pacem dilexissent, pacem nobis commendassent, ipsi cum pace migraverunt ad Deum: non dolorem matri, non fratribus discordium ac bellum, sed gaudium et pacem et concordiam claritatemque omnibus relinquentes. » Atque hæc de beatorum illorum affectu erga eos fratres qui lapsi fuerant, ad legentium utilitatem hic posita sint, propter eos qui inhumano quodam ac truci animo præditi, inclementer adversus Christi membra postmodum sævierunt.

CAPUT III.

Cujusmodi visio martyri Attalo in somnis divinitus missa apparuit.

Porro in eadem epistola quæ res supra memoratas complectitur, alia etiam habetur narratio prorsus memoria dignissima, quam quidem nihil vetat, quominus hoc loco lectoribus proponamus. Sic autem habet: « Alcibiades quidam, unus ex illorum martyrum numero, durum et squalidum

³⁶ Psal. xx.

(37) Πᾶσι μὲν ἀπελογούντο. Rufinus hunc locum ita vertit: *Placabant omnes, neminem accusabant.* Christophorus vero et ante illum Langus sic interpretari maluit, *defendere omnes, neminem accusare.* Quam interpretationem probare non possum. Neque enim in Græco dicitur, ὑπὲρ πάντων ἀπελογούντο, sed πᾶσιν ἄπ. Sed neque martyres illi cunctos sine discrimine defendebant, hæreticos scilicet, Judæos et gentiles. Rectius itaque Musculus vertit, *omnibus rationem fidei suæ reddebant.* Possis etiam vertere *omnibus se excusabant.* Il enim proprie est ἀπολογεῖσθαι. Vide *Apologiam sacerdotum*, de quibus Gregorius Magnus in *Sacramentario*.

τελειωθῆναι αὐτούς. Καὶ τὴν μὲν δύναμιν τῆς μαρτυρίας ἔργῳ ἐπεδείκνυοντο, πολλὴν παρρησίαν ἀγνοῦντες πρὸς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὴν εὐγένειαν διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ ἀφοβίας καὶ ἀτρομίας φανερὰν ἐποίουν, τὴν δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς τῶν μαρτύρων προσήγοριαν παρηγοῦντο, ἐμπεπλησμένοι φόβου Θεοῦ. » Καὶ αὐτοῖς μετὰ βραχέα φασίν: « Ἐταπεινὸν ἑαυτοὺς ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα, ὅφ' ἦς ἰκανῶς νῦν εἰσὶν ὑψωμένοι. Τότε δὲ πᾶσι μὲν ἀπελογούντο (37), κατηγοροῦν δὲ οὐδενός· ἔλυον μὲν ἅπαντας, ἐδέσμευον δὲ οὐδένα, καὶ ὑπὲρ τῶν τὰ δεινὰ διατιθέντων ἠύχοντο, καθάπερ Στέφανος ὁ τέλειος μάρτυς· « Κύριε, μὴ στήσης αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. » Εἰ δ' ὑπὲρ τῶν λιθαζόντων ἐδέετο, πόσῳ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν; » Καὶ αὐτοῖς φασὶ μεθ' ἑτερα· « Οὗτος γὰρ καὶ μέγιστος αὐτοῖς πρὸς αὐτὸν ὁ πόλεμος ἐγένετο, διὰ τὸ γνήσιον τῆς ἀγάπης, ἵνα ἀποπνιχθεὶς ὁ θῆρ, οὗς πρότερον ὤπτε καταπεπωκέναι ζῶντας, ἐξεμέσῃ (37'). Οὐ γὰρ ἔλαβον καύχημα κατὰ τῶν πεπτωκότων, ἀλλ' ἐν οἷς ἐπλεόναζον αὐτοὶ, τοῦτο τοῖς ἐνδεεστέροις ἐπήρχον, μητρικὰ σπλάγχνα ἔχοντες, καὶ πολλὰ περὶ αὐτῶν ἐκχέοντες δάκρυα πρὸς τὸν Πατέρα. Ζωὴν ἠήτησαντο, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς· ἦν καὶ συνεμερίσαντο τοῖς πλησίον. Κατὰ πάντων νικηφόροι (38) πρὸς Θεὸν ἀπελθόντες, εἰρήνην ἀγαπήσαντες αἰεὶ, καὶ εἰρήνην αἰεὶ παρεγγυήσαντες, μετ' εἰρήνης ἐχώρησαν πρὸς Θεὸν, μὴ καταλιπόντες πόνον τῇ μητρὶ, μηδὲ στάσιν καὶ πόλεμον τοῖς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ χαρὰν καὶ εἰρήνην, καὶ ὁμόνοιαν, καὶ ἀγάπην. » Ταῦτα καὶ περὶ τῆς τῶν μακαρίων ἐκείνων πρὸς τοὺς παραπεπτωκότας τῶν ἀδελφῶν στοργῆς, ὠφελίμως προσκείμεθα, τῆς ἀπανθρώπου τε καὶ ἀνηλεοῦς ἔνεκα διαθέσεως, τῶν μετὰ ταῦτα ἀφειδῶς (39) τοῖς Χριστοῦ μέλεσι προσετηνεγμένων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅποια τῷ μάρτυρι Ἀττάλῳ δι' ὀνείρου γέγονεν ἐπιφάνεια (Nic. H. E. iv, δ).

Ἡ δ' αὕτη τῶν προειρημένων μαρτύρων γραφή, καὶ ἄλληντινὰ μνήμησιν ἀξίαν ἱστορίαν περιέχει, ἦν καὶ οὐδεὶς ἂν γένοιτο φθόνος, μὴ οὐχὶ τῶν ἐντευξομένων εἰς γνώσιν προσθεῖναι. Ἔχει δὲ αὐτῶς· « Ἀλκιβιάδου γάρ τινος ἐξ αὐτῶν, πάνυ αὐχμηρὸν βιοῦντος βίον, καὶ μηδενός ὄλων τὸ πρότερον μεταλαμβάνοντος, ἀλλ' ἦ

(37') Ἴνα..., οὐς... ὤπτε καταπεπωκέναι ζῶντας, ἐξεμέσῃ. Sunt quibus placeret, virgulam ante ζῶντας transponendo, scribere... οὐς... καταπεπωκέναι, ζῶντας ἐξεμέσῃ. Edit.

(38) Vulg. Κατὰ πάντα νικηφόροι. Sic ex codice Regio edidit Stephanus. Reliqui tamen codices Maz., Med. et Fuk. scriptum habent κατὰ πάντων νικηφόροι. Id est, *de omnibus victores.* Nicophorus vero ita hunc locum rescripsit, καὶ πάντες νικηφόροι, etc.

(39) Τῶν μετὰ ταῦτα ἀφειδῶς. Novatianus intelligit, qui lapsis omnem spem indulgentiæ postea præcluserunt.

ἔρω μόνῳ καὶ ὕδατι χρωμένῳ, πειρωμένῳ τε καὶ ἐν τῇ μερικτῇ οὕτω διάγειν, Ἀττάλω μετὰ τὸν πρῶτον ἀγῶνα, ὃν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ ἤνυσεν, ἀπεκαλύφθη, ὅτι μὴ καλῶς ποιῆσθαι ὁ Ἀλκιβιάδης, μὴ χρώμενος τοῖς κτίσμασι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλοις τύπον σκανδάλου ὑπολειπόμενος. Πεισθεὶς δὲ Ἀλκιβιάδης, πάντων ἀνέδην μετελάμβανε, καὶ ἠγαλλοῦσθαι τῷ Θεῷ. Οὐ γὰρ ἀνεπίσκοπτοι χάρτιος Θεοῦ ἦσαν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν σύμβουλον αὐτοῖς. Καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐχέτω. Τῶν δ' ἀμφὶ τὸν Μοντανόν, καὶ Ἀλκιβιάδην, καὶ Θεόδοτον (40), περὶ τὴν Φρυγίαν ἄρτι τότε πρῶτον τὴν περὶ τοῦ προφητεῦν ὑπόληψιν παρὰ πολλοῖς ἐκπερομένων (πλεῖσται γὰρ οὖν καὶ ἄλλαι παραδοξοποιῶσαι τοῦ Θεοῦ χάρισματος εἰσέτι τότε κατὰ διαφόρους Ἐκκλησίας ἐκτελούμεναι, πίστιν περὶ πολλοῖς τῶν κάκιστους προφητεῦν παρεῖχον). καὶ ἡ δεαφωσίας ὑπαρχούσης περὶ τῶν δεδηλωμένων, αὐτοῖς οἱ κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφοί, τὴν ἰδίαν κρίσιν καὶ περὶ τούτων, εὐλαβῆ καὶ ὀρθοδοξοτάτην ὑποτάττουσιν, ἐκθέμενοι καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς τελεωθέντων μαρτύρων διαφόρους ἐπιστολάς, ἃς ἐν δεσμοῖς ἐπιῦπαρχοντες, τοῖς ἐπι' Ἀσίας καὶ Φρυγίας ἀδελφοῖς διεχάραξαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἐλευθέρω (41) τῷ τότε Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ, τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα προσβύοντες (42).

Eleutherum Romanæ urbis episcopum scripserant, pro pace Ecclesiarum quasi legatione fungentes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅπως οἱ μάρτυρες τῶν Ἐιρηναίων δι' ἐπιστολῆς παρετίθετο (Nic. H. E. IV. 13-15).

Οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες (43) καὶ τὸν Ἐιρηναῖον (44),

(40) Τῶν δ' ἀμφὶ Μοντανόν, καὶ Ἀλκιβιάδην, καὶ Θεόδοτον. Hic Alcibiades distinguendus est ab Alcibiade illo, martyrum Lugdunensium collega, de quo supra. Nam hic quidem sanctissimus martyr fuit, ut apparet ex iis quæ de illo referunt Lugdunenses. Alter vero, cum Montano ac Theodoto, signifer fuit sectæ Cataphrygarum. De quo vide capp. 16 et 17 hujus libri.

(41) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἐλευθέρω. Eleutherus, Romanæ urbis episcopus, a Montanistis primum deceptus fuerat, qui fide pietatis imagine errorem suum calide obtegebant. Ad hæc, litteris atque exhortationibus Lugdunensium martyrum impulsus, ad Ecclesias Asiæ atque Phrygiæ epistolam scripserat de recipiendis in Ecclesiam Montanistis. Sed statim admonitus a Praxeæ quodam Asiano, pacificas quas emiserat litteras revocavit, et Aniceti decessoris sui auctoritatem secutus, novam prophetiam admittere recusavit, ut scribit Tertullianus in libro *Adversus Praxeam*: *Nam idem tunc episcopus Romanum agnoscentem jam prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, et ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ et Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis et Ecclesiis eorum asseverando, et præcessorum ejus auctoritates defendendo, coegit et litteras pacis revocare jam emissas, et a proposito recipendorum charismatum concessare.* Baronius quidem in hoc Tertulliani loco per episcopum Romanum, Anicetum intellexit. Verum ego Eleutherum intelligi potius crediderim, tum ob ea quæ hic refert Eusebius de litteris Lugdunensium martyrum ad Eleutherum datis de pace Ecclesiarum, tum ob id quod Tertullianus subnectit de præcessorum auctoritate. Quo nomine Soterem et Anicetum procul dubio designat, qui Montani prophetiam repudiaverant. Hic certe Tertulliani locus valde illustris est, et ex verbis Eusebii quæ nunc præ manibus

vivendi genus sectabatur, nullumque omnino cibum admittens, solo pane et aqua hactenus vesci consueverat. Cunque in carcere positus eandem vivendi rationem vellet retinere, Attalo post primum quod in amphitheatro confecerat certamen, revelatum est, non recte neque ordine facere Alcibiadem, qui et creaturis Dei minime uteretur, et aliis exemplum scandali fieret. 168 Paruit itaque Alcibiades, et cunctis deinceps cibis promiscue uti cœpit, gratias agens Deo. Neque enim divina gratia eos præsentia sua destituerat, sed consultorem habebant Spiritum sanctum. Verum de his hactenus. Cæterum cum Montanus et Alcibiades ac Theodotus, tunc primum in Phrygia opinione hominum tanquam prophetæ celebrari cœpissent (multa quippe divinæ gratiæ miracula in pluribus Ecclesiis etiam tum fieri solita, fidem plurimis faciebant eos quoque prophetare), cumque illorum nominum causa dissensio orta esset, qui in Gallia erant fratres, privatum de his judicium suum, religiosum in primis et cum recta fide consentiens, rursus eidem epistolæ subjunxerunt, prolatis imperfectorum apud se martyrum variis epistolis, (quas illi dum in vinculis adhuc essent, partim ad fratres in Asia et Phrygia degentes, partim ad

CAPUT IV.

Quomodo martyres Irenæum epistola sua commendaverint.

Sed et iidem martyres Irenæum, qui tunc tem-

habemus, maximam lucem accipit.

(42) Τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα προσβύοντες. Christophorsonus quidem hæc verba retulit ad solum Eleutherum, Romanæ urbis episcopum. Ego vero ad utrosque referri puto, tum ad Eleutherum, tum ad fratres in Asia et Phrygia constitutos. Consulti enim fuerant Lugdunenses et Viennenses a fratribus in Asia et Phrygia consistentibus, quid sentiendum esset de pseudopropheta illa quæ apud ipsos exorta fuerat, quidve agendum foret Montano, Theodoto aliisque, qui per Spiritum sancti

(43) Οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες. Blondellus in *Apologia pro sententia Hieronymi*, cap. 8, pag. 26, negat martyres Lugdunenses dedisse litteras ad Eleutherum papam. Nam martyrium Pothini ac Lugdunensium contigisse affirmat anno VII imp. Marci, Christi 167, quo tempore Soter Rom. Ecclesiam administrabat. Martyres igitur Lugdunenses non potuerunt ad Eleutherum scribere, qui nondum Soteri successerat. Proinde Blondellus hanc epistolam a clero Lugdunensis Ecclesiæ scriptam esse contendit. Sed Blondelli vanitatem refellit Eusebius. Quid enim apertius his verbis? Οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες καὶ τὸν Ἐιρηναῖον, προσβύτερον τότε ὄντα τῆς ἐν Λουγδούνῳ παροικίας, τῷ δηλωθέντι κατὰ Ῥώμην ἐπισκόπῳ συνίστων. Jam ergo ruit tota Blondelli argumentatio. Cum enim martyres Lugdunenses adhuc in carcere positi scripserint ad Eleutherum papam, qui, teste Blondello, pontificatum inivit anno Christi 170, falsum est quod ait Blondellus, illos anno Christi 167 passos esse martyrium.

(44) Μάρτυρες καὶ τὸν Ἐιρηναῖον. Baronius quidem ad annum Christi 179, cap. 53, ait Irenæum a martyribus Romam missum esse ad Eleutherum papam. Idemque scribit Hieronymus in *Catalogo*. Verum

poris adhuc presbyter Lugdunensis erat Ecclesiæ, A supradicto Eleuthero per litteras commendarunt, eum testimonio suo non mediocriter ornantes, sicut ipsorum verba declarant quæ sic se habent : « Te per omnia ac perpetuo optamus in Deo valere, pater Eleuthere. Has litteras ut ad te perferret, fratrem et collegam nostrum Irenæum hortati sumus. Quem quidem ut commendatum habeas rogamus, utpote æmulatorem Testamenti Christi. Quod si nobis compertum esset, locum cuiquam conferre justitiam, eum tanquam presbyterum Ecclesiæ (hunc enim gradum obtinet) tibi imprimis commendassemus. » Cæterum quid opus est expressum in supradicta epistola catalogum martyrum hic recensere, quorum alii securi percussi, alii feris objecti, alii in carcere exanimati sunt? B Quid item opus est referre numerum confessorum qui postea superferunt? Hæc enim quicumque voluerit, cuncta poterit plenissime cognoscere ex ipsius epistolæ lectione, quam quidem nos, ut 169 supra monuimus, in *Passionibus martyrum* a nobis collectis integram inseruimus. Atque hæc sunt

sancti gratiam futura se prædicere jactabant. De his igitur Lugdunenses ac Viennenses presbyteri, ad Asianos sententiam suam perscripserunt peculiari epistola; quam utinam hic quoque apposuisset Eusebius. Epistolas quoque martyrum ea de re ad Asianos scriptas, suis litteris adjecerant presbyteri Lugdunenses, ut sententiam suam auctoritate martyrum confirmarent. Quod si conjicere licet, hæc illorum videtur fuisse sententia, prophetas illos benigne tractandos esse, et ad pœnitentiam provocandos : ac si quidem resipiscerent, ad Ecclesiam admittendos esse, ut pax inter fratres solidetur. Si vero pertinaces in errore suo permane-

Verum ego non dubito quin Irenæus Romam directus fuerit ab omni clero Lugdunensis Ecclesiæ. Proficiscentem vero martyres commendarunt Eleuthero. Astipulatur nobis etiam Feuardentius, qui in *Vita B. Irenæi*, quam operibus ejus præfixit, Irenæum a Pothino et reliquis martyribus Lugdunensibus adhuc in carcere constitutis, ad Eleutherum papam et in Asiam missum esse scribit. Certe has martyrum epistolas de quibus hic loquitur Eusebius, vivente adhuc Pothino scriptas fuisse pro certo habeo. Neque enim credibile est, post mortem Pothini episcopi, destituta suo pastore Lugdunensium Ecclesia, confessores illos et martyres Christi Irenæum presbyterum tam procul amandasse, idque in ipso persecutionis ardore. Erat enim Irenæus præcipuum lumen et decus Lugdunensis Ecclesiæ, quemadmodum ex epistola martyrum discimus, et quo uno maxime universa loci hujus Ecclesia sustentabatur. Quare non possum assentiri Baronio nec Feuardentio : quorum hic quidem asserit Irenæum Romam ad Eleutherum papam, atque inde in Asiam ac Phrygiam litteras martyrum perulisse : Baronius vero sola ad Eleutherum papam legatione perfunctum esse contendit. Rogatus quidem fuerat Irenæus a martyribus et ab omni clero Lugdunensis Ecclesiæ, ut litteras ipsorum ad Eleutherum deferret : idque ipse se facturum promiserat, ut testatur epistola martyrum hic ab Eusebio relata. Verum cum Pothini mors subsécuta esset, Irenæus id præstare non potuit. Auctorem hujus sententiæ ac subscriptorem habeo Eusebium ipsum. Is enim scribit, statim post Pothini necem Irenæum in ejus locum subrogatum

presbύτερον τότε ὄντα τῆς ἐν Λουγδούνῳ παροικίας, τῷ δηλωθέντι κατὰ Ῥώμην ἐπισκόπῳ συνίσταν, πλείστα τῷ ἀνδρὶ μαρτυροῦντες, ὡς αἱ τοῦτον ἔχουσαι τὸν τρόπον δηλοῦσι φωναί. « Χαίρειν ἐν Θεῷ σε ἐν πᾶσιν εὐχόμεθα καὶ αἰεὶ, πᾶτερ Ἐλευθέριε (45). Ταῦτά σοι τὰ γράμματα προσετρεφάμεθα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ κοινωνὸν Εἰρηναῖον διακομισαί, καὶ παρακαλοῦμεν ἔχειν σε αὐτὸν ἐν παραθέσει, ζηλωτῆν ὄντα τῆς Διαθήκης τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ ᾔδειμεν τὸν ἐν τῇ δικαιοσύνῃ περιποιεῖσθαι, ὡς presbύτερον Ἐκκλησίας (ὅπερ ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ) ἐν πρώτοις ἀν παρεθέμεθα. » Τι δεῖ καταλέγειν τὸν ἐν τῇ δηλωθεισῇ γραφῇ τῶν μαρτύρων κατάλογον, ἰδίᾳ μὲν τῶν ἀποτμήσει κεφαλῆς τετελειωμένων, ἰδίᾳ δὲ τῶν θηρῶν εἰς βορᾶν παραβελημένων, καὶ αὐθις τῶν ἐπὶ τῆς εἰρηκτῆς κεκοιμημένων, τὸν τε ἀριθμὸν τῶν εἰσέει τότε περιόντων ὁμολογητῶν; Ὅτω γὰρ φίλον, καὶ ταῦτα ῥᾶδιον πληρέστατα διαγνῶναι, μετὰ χειρᾶς ἀναλαβόντι τὸ σύγγραμμα, ὃ καὶ αὐτὸ τῇ *τῶν μαρτύρων συναγωγῇ* πρὸς ἡμῶν, ὡς γούν ἔρην, κατελιεκται. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπ' Ἀντωνίνου τοιαῦτα.

rent, nec post frequentes admonitiones obtemperare sacerdotibus vellent, ab Ecclesiæ corpore abscindendos. Porro ab iisdem Lugdunensibus presbyteris Irenæus Romam directus est ad Eleutherum papam, cum epistolis tam martyrum quam Lugdunensis cleri, ut cum Eleuthero de iisdem rebus communicaret. Cum enim in omnibus ecclesiasticis negotiis primæ essent partes episcopi Romani, merito Lugdunenses hanc controversiam ad eum detulerunt : id agentes et omnibus modis studentes, ut episcopi Romani auctoritate quæ semper summa fuit in Ecclesia, hæc apud Asianos orta dissensio sedaretur, et pax in Ecclesia restitueretur.

fuisse. Verba Eusebii sunt : Ποθεινοῦ δὲ σὺν τοῖς ἐπὶ Γαλλίας μαρτυρήσασι τελειωθέντος, Εἰρηναῖος τῆς ἐν Λουγδούνῳ, ἧς ὁ Ποθεινὸς ἠγεῖτο, παροικίας τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. Quare non potuit Irenæus martyrum litteras ad Eleutherum perferre post obitum Pothini. Tunc enim Irenæus erat episcopus cum martyres in suis illis ad Eleutherum litteris quas Irenæo tradiderant, illum duntaxat presbyterum appellent. Dicit hic aliquis Irenæum ante mortem Pothini eas litteras perulisse. Verum Eusebius hanc opinionem prorsus refellit. Nam in fine superioris capitis diserte testatur, Lugdunenses epistola suæ quam ad Ecclesias Asiæ et Phrygiæ de martyrum suorum glorioso certamine conscripserant, subjecisse alias epistolas, quas iidem martyres, adhuc in carcere constituti, partim ad Ecclesias Asiæ et Phrygiæ, partim ad Eleutherum papam exaraverant. Has autem Lugdunensium litteras finita demum persecutione scriptas fuisse certissimum est. Contra vero martyrum litteræ ad Eleutherum papam et ad Asianos in ipso persecutionis æstu et in carceris claustris exaratae sunt, ut testatur Eusebius. Quas Lugdunenses cum aliquanto temporis spatio retinuissent, opportunum videlicet tempus ad eam legationem opperientes, tandem sedata persecutione et pace Ecclesiæ suæ restituta, ad Eleutherum papam et ad Asianos adjuncta epistola sua direxerunt. Ex quo apparet diu post mortem Pothini illas martyrum epistolas Romam atque in Asiam perlatas fuisse.

(45) Πάτερ Ἐλευθέριε. Codex Reg., Maz. et Fek. habent Ἐλευθερά, quibus consentit Nicephorus et Rufinus. Sunt tamen qui hunc nomenclum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

A

CAPUT V.

Ὡς Μάρκῳ Ἀυρήλιῳ Καίσαρι ταῖς τῶν ἡμετέρων εὐχαῖς οὐρανῶθεν ὁ Θεὸς ἐλακούσας ἐπέτισεν (Nic. H. E. iv, 12).

Quomodo M. Aurelio Cæsari Deus nostrorum precibus exaudivit pluviam præstitit.

Τούτου δὴ ἀδελφὸν Μάρκον Ἀυρήλιον (46) Καίσαρα, λόγος ἔχει Γερμανοῖς καὶ Σαρμάταις ἀντιπαρτατιζόμενον μάχῃ, εἶψαι πιεζομένης αὐτοῦ τῆς στρατιᾶς, ἐν ἀμυχανίᾳ γενέσθαι, τοὺς δὲ ἐπὶ τῆς Μελιτινῆς (47) οὕτω καλουμένης λεγεῶνος στρατιώτας ἐκ πίστεως ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο συνεστῶσης, ἐν τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους παρατάξει γόνυ θέντας ἐπὶ τὴν γῆν κατὰ τὸ οἰκεῖον ἡμῖν τῶν εὐχῶν ἔθος, ἐπὶ τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἰκεσίας τραπέσθαι. Παραδόξου δὲ τοῖς πολεμίοις τοῦ τοιοῦτου δὴ θεάματος, ἄλλο τι λόγος ἔχει παραδοξότερον ἐπικαταλαθεῖν αὐτίκα· σκηπτὸν μὲν εἰς φυγὴν καὶ ἀπώλειαν συναυλόνοντα τοὺς πολεμίους, δμβρον δὲ ἐπὶ τὴν τῶν τῷ Θεῷ παρικληκῶτων στρατιάν, πᾶσαν αὐτὴν ἐκ τοῦ εἶψους μέλλουσαν ὅσον οὕτω διασφαρῆσσαι ἀνακτώμενον. Ἡ δὲ ἱστορία φέρεται μὲν καὶ παρὰ τῆς πόρρω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου συγγραφεῦσιν, οἷς μέλον γέγονε τῆς κατὰ τοὺς δηλουμένους γραφῆς, δεδῆλωται δὲ καὶ πρὸς τῶν ἡμετέρων. Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἔξωθεν ἱστορικοῖς ἅτε τῆς πίστεως ἀνοικεῖοις, τέθειται μὲν τὸ παράδοξον, οὐ μὴν καὶ ταῖς τῶν ἡμετέρων εὐχαῖς (48) τοῦτο ὠμολογήθη γεγονέναι· τοῖς δὲ γε ἡμετέροις, ἅτε ἀληθείας φίλοις, ἀπᾶν καὶ ἀκακοφθεῖ τρέπω τὸ πραχθὲν παραδέδοται. Τούτων δ' ἂν εἴη καὶ Ἀπολιναρίου, ἐξ ἐκείνου φήσας τὴν δι' εὐχῆς τὸ παράδοξον πεποιηκυῖαν λεγεῶνα, οἰκείαν τῷ γεγονότι πρὸς τοῦ βασιλέως εἰληφέναι προσηγορίαν, Κεραυνοδόλον (49) τῇ Ῥωμαίων ἐπικληθεῖσαν φωνῇ.

Romanum Eleutherium nominant, inter quos est Nicephorus Patriarcha CP. in *Chronographia tripartita*, quam Anastasius Bibliothecarius Latine vertit: et Georgius Syncellus, et vetus interpres Irenæi in lib. iii *Contra hæreses*. Porro in codice Maz. ac Medicæo, ante hæc verba, *χαίρειν ἐν Θεῷ σε*, etc., paulo majoribus litteris, in Medicæo etiam miniativis scribitur ἐπιστολῆς spatii utriusque relicto, ut noletur hanc esse epistolam martyrum Lugdunensium.

(46) Τούτου δὴ ἀδελφὸν Μάρκον Ἀυρήλιον. Gravior hic fallitur Eusebius, qui M. Aurelium fratrem fuisse ait imp. Antonini, cum tamen unus ideinque fuerit M. Aurelius Antoninus. Hujus autem adoptivus frater, non Marcus, sed Lucius Ælius Verus, sed M. Aurelius Antoninus, ut omnes historici testantur, et ipse Eusebius in *Chronico*, qui id factum refert anno xiv Antonini, id est quatuor aut quinque annis post obitum L. Ælii Veri.

(47) Τοῦς... ἐπὶ τῆς Μελιτινῆς. Xiphilinus τοὺς ἀπὸ Μελιτινῆς habet, quasi Melitina nomen fuerit non legionis ipsius ut vult Eusebius, sed potius regionis ex qua primum conscripti fuerant milites. Est autem Melitina regio Cappadociæ inter Comagenem et Cataoniam sita, teste Strabone in lib. xii, qui eam nullas habuisse urbes dicit. Postea tamen Melitina urbs exstitit satis nobilis, quæ, nova provinciarum divisione facta, minori Armeniæ attributa est, ut docet Amm. Marcellinus; qui quidem eam semper Melitinam nominat. In codice Maz.,

Hujus porro fratrem M. Aurelium Cæsarem, cum adversus Germanos et Sarmatas pugnaturus aciem instrueret, et exercitus ipsius siti premeretur, pene ad inopiam consilii redactum esse memorant. Tum vero milites legionis Melitinæ, quæ fidei merito etiam nunc manet, dum acies adversus hostes ordinatur, flexis in terram genibus ut nostris orantibus mos est, preces ad Deum fudisse perhibentur. Cujus spectaculi novitate hostibus stupefactis, aliud quiddam longe majori dignum admiratione accidisse narrat: hinc quidem fulminis jactus, quibus hostium copiæ in fugam versæ atque extinctæ sint: illinc vero imbrim vim, quibus exercitus eorum qui Deum precati fuerant, jamjam siti periturus, præter spem recreatus est. Atque ea res tum a scriptoribus a fide nostra penitus alienis, quibus curæ fuit res eo tempore gestas memoriæ mandare, tum a nostris etiam hominibus refertur. Sed gentilium scriptores, utpote a religione nostra dissidentes, hoc quidem miraculum commemorarunt; non tamen id nostrorum precibus factum esse confessi sunt. Nostri vero, utpote veritatis cultores, simpliciter atque ingenuè rem ipsam litteris tradiderunt. Ex his est Apollinaris, qui legionem ipsam cujus precibus id miraculum perpetratum est, exinde congruo rei vocabulo Fulmineam ab imperatore cognominatam esse scribit. Sed et Tertullianus ejusdem rei idoneus testis est in *Apo-*

Med., Fuk. et Saviliano scribitur Μελιτινῆς, accentu in ultima syllaba.

(48) Οὐ μὴν καὶ ταῖς τῶν ἡμετέρων εὐχαῖς. Gentiles scriptores qui hujus rei meminerunt, alii quidem, magorum incantationibus pluviam impetratam esse dixerunt; alii vero precibus imp. Marci. Ita Capitolinus in *Marco*, et Claudianus in vi *Consulatu Honorii*. Quinctianum precativis ipsius verba referunt, quibus usus est Marcus. *Hanc, inquit, dextram ad te, Jupiter, tendo, quæ nullius unquam sanguinem fudit.* Themistius in oratione nondum edita ad imperatorem Theodosium, quæ inscribitur: *Τίς ἡ βασιλικωτάτη τῶν ἀρετῶν; Ἀντωνίνῳ τῷ Ῥωμαίων αυτοκράτορι, ὃ τοῦτο αὐτῷ ἐπώνυμον ὁ Εὐσεβὴς ἦν, τοῦ στρατεύματος ὑπὸ εἶψους αὐτῷ πιεζομένου, ἀνασχὼν τῷ χεῖρὸς βασιλέως πρὸς τὸν οὐρανόν· Ταύτη, ἐστὶ, τῇ χειρὶ προὔπρεψάμην σε καὶ ἰκέτευσα τὸν ζωῆς δοτήρα, ἧ ζωῆν οὐκ ἀπειλόμην.* Καὶ οὕτω κατήθεσε τὸν Θεὸν τῇ εὐχῇ, ὥστε ἐξ αἰθρίας ἦλθον νεφέλαι ὕδροφοροῦσαι τοῖς στρατιώταις. Adit Themistius vidisse se pictam in tabula hujus rei imaginem: imperatorem quidem in acie deos precantem; milites vero galeis imbrem excipientes, et aquam caelitus missam bibentes.

(49) Κεραυνοδόλον. Jam dudum monuit Scaliger in animadversionibus Eusebianis, legionem Fulminatricem ab hoc miraculo cognominatam non fuisse, quippe quæ diu ante tempora M. Antonini ita vocata fuerit. Docet id manifeste Dio Cassius in libro lv, ubi legiones omnes enumerat. Vetus quoque inscriptio, a Scaligero prolata, id ipsum confirmat. Quamobrem de ipso quidem miraculo pluvix a Christianis militibus impetratæ, et Apollinari et Tertulliano testantibus facile credimus; legionem

logetico, quem pro fidei nostræ defensione ad senatum urbis Romanæ Latino sermone conscripsit, cuius etiam supra mentionem fecimus, ubi hanc historiam validiore atque evidentiore argumento confirmat. Scribit enim Marci gravissimi imperatoris litteras adhuc sua ætate extitisse, quibus testabatur exercitum Romanum in Germania, cum aquæ penuria jamjam periturus esset, Christianorum precibus esse **170** servatum. Eundem quoque principem capitis pœnam comminatum esse dicit accusatoribus Christianorum. Quibus ista subjungit: « Quales ergo leges istæ, quas adversus nos soli exercent impii, injusti, truces, vani, dementes? quas Trajanus ex parte frustratus est, vendando inquiri Christianos; quas nullus Adrianus, quanquam curiositatum omnium explorator; nullus Vespasianus, quanquam Judæorum debellator; nullus Pius, nullus Verus impressit. » Sed de his quisque pro arbitrato suo statuat: nos vero ad historiæ ordinem redeamus. Igitur cum Pothinus anno ætatis nonagesimo una cum Gallicanis martyribus cæsus esset, episcopatum Lugdunensis Ecclesiæ post illum suscepit Irenæus. Quem quidem in adolescentia Polycarpi auditorem fuisse comperimus. Hic in tertio *Adversus hæreses* libro, Romanæ urbis episcoporum scriem recensens, in Eleuthero, cuius nunc tempora ac res gestas inquirimus, finem enumerandi facit, quippe cum eo Romano Melitinam ob id Fulminatricem esse dictam a M. Antonino imp. nondum mihi persuasit Apollinaris. Dicit forte aliquis, Fulminatricem quidem legionem fuisse ante tempora M. Antonini; sed Marcum, ob acceptum a Melitina legione beneficium, ei quoque Fulminatricis cognomen indidisse. Verum si ita esset, secunda Fulminatrix dici debuerat. Dio tamen nullam ejus mentionem facit, quamvis omnes legiones a superioribus principibus conscriptas accurate recensent. Sed et Fulminatricem illam in Cappadocia sedes habuisse dicit, quod Melitinæ legioni apte convenit. In *Notitia imperii Romani*, sub dispositione ducis Armeniæ recensetur præfectura legionis XII Fulminæ Melitinæ, id est, apud oppidum Melitinam constitutæ. Ex quo colligitur Melitinam nomen legionis non fuisse, sed oppidi, in quo legio XII Fulminea consistebat. Legiones vero a locis in quibus præsidium agebant, denominare moris non fuit, sed a regionibus in quibus erant conscriptæ. Itaque quod de legione Melitina tradit Eusebius, parum mihi probabile videtur. Adde quod Rufinus hoc legionis nomen consulto, ut arbitror, prætermisit, quippe qui nosset, Melitinam nomen esse oppidi minoris Armeniæ, in quo legio XII Fulminea adhuc sua ætate prætenderet. Recte etiam idem Rufinus *Κεραυνόβολον Fulmineam* vertit; non *Fulminatricem*, ut Onuphrius et Scaliger aliique appellant. Quos refellit *Notitia imperii* in loco quem superius adduxi. Cæterum ut ingenue dicam quod sentio, parum mihi probabile videtur, totam legionem militum Romanorum eo tempore Christianam fuisse, quod tamen affirmare videtur Eusebius. Qui et in eo peccat, quod Apollinaris locum non protulit, nec librum ipsum in quo hæc Apollinaris scripserat, indicavit. Sed et verba quibus totam hanc narrationem concludit, satis indicant ipsum de veritate rei dubitasse. Sic enim ait: Ἄλλα ταῦτα μὲν ὅπη τις ἐθέλη τιθέσθω· id est, *Sed de his quisque pro arbitrio suo judicet.*

Μάρτυς δὲ τούτων γένοιτ' ἂν ἀξιοχρεως ὁ Τερτυλλιανός, τῇ Ῥωμαϊκῇ συγκλήτῳ προσφωνήσας (50) ὑπὲρ τῆς πίστεως Ἀπολογίαν, ἧς καὶ πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν, τὴν τε ἱστορίαν βεβαίων σὺν ἀποδείξει μείζονι καὶ ἐναργεστέρῳ. Γράφει δ' οὖν καὶ αὐτὸς λέγων, Μάρκου τοῦ συνετυτάτου βασιλέως ἐπιστολὰ; εἰσέτι νῦν φέρεσθαι, ἐν αἷς αὐτὸς μαρτυρεῖ ἐν Γερμανίᾳ ὕδατος ἀπορία μέλλοντα αὐτοῦ τὸν στρατὸν διαφθεῖρεσθαι, ταῖς τῶν Χριστιανῶν εὐχαῖς σεσῶσθαι. Τοῦτον δὲ φησι καὶ θάνατον ἀπειλῆσαι (51) τοῖς κατηγοροῦν ἡμῶν ἐπιχειροῦσιν. Οἷς ὁ δὴλωθεὶς ἀνὴρ καὶ ταῦτα προσεπιλέγει· « Ποταποὶ οὖν οἱ νόμοι οὗτοι οἱ καθ' ἡμῶν μόνου ἔπονται ἀσεβεῖς (52), ἄεικοι, ὠμοὶ, οὓς οὐτε Ὀδεσπασιανὸς ἐφύλαξε, καίτοι γε Ῥουδαίους νικήσας, οὓς Τραϊανὸς ἐκ μέρους ἐξουθένησε, κωλύων ἐπιζητεῖσθαι Χριστιανούς, οὓς οὐτε Ἀδριανὸς, καίτοι γε πάντα τὰ περίεργα πολυπραγμωνῶν, οὐτε ὁ Εὐσεβὴς ἐπικληθεὶς ἐπεκύρωσεν; » Ἄλλα ταῦτα μὲν ὅπη τις ἐθέλη, τιθέσθω· μετῴμεν δὲ ἡμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ἐξῆς ἀκολουθίαν. Ποθεινοῦ δὲ ἐφ' ὅλοις τῆς ζωῆς ἔτεσιν ἐνενήκοντα σὺν τοῖς ἐπὶ Γαλλίας μαρτυρήσασιν τελειωθέντος, Εἰρηναῖος τῆς κατὰ Λούγδουνον, ἧς ὁ Ποθεινὸς ἠγεῖτο, παροικίας (53) τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. Πολυκάρπου δὲ τοῦτον ἀκουστὴν γενέσθαι κατὰ τὴν νέαν ἐμανθάνομεν ἠλικίαν. Οὗτος τὸν ἐπὶ Ῥώμης τὴν διαδοχὴν ἐπισκόπων ἐν τρίτῃ συντάξει τῶν Πρὸς τὰς αἰρέσεις παραθέμενος, εἰς Ἐλεῦθερον οὐ τὰ κατὰ τοὺς χρῶ-

(50) Τῇ Ῥωμαϊκῇ συγκλήτῳ προσφωνήσας. Hunc locum emendavimus ex manuscriptis codicibus Mazar., Med., Fuk. et Savillii, qui diserte scriptum habent τῇ Ῥωμαϊκῇ συγκλήτῳ, non ut Rob. Stephanus Regium codicem secutus ediderat, τὴν Ῥωμαϊκὴν τῇ συγκλήτῳ, etc. Quanquam *Apologeticus* Tertulliani proprie non senatui Romano, sed præsidibus provinciarum, cunctisque magistratibus imperii Romani est nuncupatus. Qui quoniam e senatu ut plurimum eligebantur, ideo dici potest, *Apologeticum* illum senatui Romano dicatum esse.

(51) Καὶ θάνατον ἀπειλῆσαι. Verba Tertulliani sunt hæc in *Apologetici* cap. 5: *Qui sicut non palam ab ejusmodi hominibus pœnam dimovit, ita alio modo palam dispersit; adjecta etiam accusatoribus damnatione et quidem tertiore.* In edicto M. Aurelii quod supra retulit Eusebius, lib. IV, cap. 12, pœna accusatoribus Christianorum proponitur his verbis: Ὁ δὲ καταφέρων ἔνοχος ἔσται δίχης. Id est, *delator vero pœnæ subiaceat.* Ubi notandum est, imperatorem pœnæ genus non definiisse, sed eam judicantis arbitrio permisisse, ut, habita ratione dignitatis ejus qui delatus fuisset, et ejus qui eum detulisset, accusator a iudice puniretur. Ejusdem legis meminit Eusebius infra, cap. 21 hujus libri, ubi de Apollonio.

(52) Οἱ καθ' ἡμῶν μόνου ἔπονται ἀσεβεῖς. Sic puto scribendum; ait enim Tertullianus: *Quales ergo leges istæ, quas adversus nos soli exercent impii.* Edit., μόνων ἔπονται. In codice Med., Fuk. et Saviliano scribitur, οἱ καθ' ἡμῶν μόνων ἔπονται ἀσεβεῖς. Quæ lectio et a verbis et a sensu Tertulliani longius recedit. Cæterum pro μόνων codex Maz. et Fuk. scriptum habent μόνον.

(53) Εἰρηναῖος τῆς κατὰ Λούγδουνον παροικίας. Baronius quidem anno Christi 180 electionem Irenæi collocavit. Nam post mortem Pothini, quæ contigit anno Christi 179, cessavisse ait episcopatum Lugduni, donec persecutionis

ους ἡμῖν ἐξετάζεται, ὡς ἂν δὴ κατ' αὐτὸν σπουδα-
ζομένης αὐτῷ τῆς γραφῆς, τὸν κατάλογον ἴσῃσι,
γράφων ὧδε.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Τῶν ἐπὶ Ῥώμης ἐπισκοπευσάντων κατάλογος
(Nic. H. E. iv, 15).

« Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακά-
ριοι ἀπόστολοι τὴν Ἐκκλησίαν, Ἄνω τὴν τῆς ἐπι-
σκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν. Τούτου τοῦ Ἄνου
Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται·
Διαδέχεται δὲ αὐτὸν Ἀνέγκλητος. Μετὰ τούτου δὲ
τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κλη-
ροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακῶς τοὺς μακαρίους ἀπο-
στόλους, καὶ συμβεβηκῶς αὐτοῖς, καὶ ἐτι ἑναυλον
τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ
ὀφθαλμῶν ἔχων· οὐ μόνος· ἐτι γὰρ πολλοὶ ὑπελεί-
ποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδιδαγμένοι. Ἐπὶ
τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης ταῖς
ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν
Ῥώμῃ Ἐκκλησία ἰκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κοριν-
θίοις, εἰς εἰρήνην συμβιδάξουσα αὐτοὺς, καὶ ἀνα-
νοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἦν γεωστὴ ἀπὸ τῶν
ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει. » Καὶ μετὰ βραχέα
φησὶ· « Τὸν δὲ Κλήμεντα τούτου διαδέχεται Εὐάρε-
στος, καὶ τὸν Εὐάρεστον Ἀλέξανδρος. Εἶθ' οὕτως
ἔκτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καθίσταται Εὐστος. Μετὰ
δὲ τούτου Τελεσφόρος, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐμαρτύρησεν·
ἔπειτα Ὑγίνος, εἶτα Πίος, μεθ' ὃν Ἀνίκητος. Δια-
δεξαμένου τὸν Ἀνίκητον Σωτήρος, νῦν δωδεκάτῳ
τόπῳ τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων κατέχει
κληρὸν Ἐλευθέρος. Τῇ αὐτῇ τάξει καὶ τῇ αὐτῇ δι-
δοχῇ (54) ἡ τε ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ
παράδοσις καὶ τὸ τῆς ἀληθείας κήρυγμα κατήνη-
κεν εἰς ἡμᾶς. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅς καὶ μέχρι τῶν τότε καιρῶν διὰ τῶν πιστῶν
δυνάμεις ἐτηροῦντο παράδοχοι (Nic. H. E. iv,
15).

Ταῦτα ὁ Εἰρηναῖος, ἀκολουθῶν ταῖς προδιεδοθει-
σας ἡμῖν ὑπογράφαις ἱστορίαις (55), ἐν οἷς ἐπέγραψε,
πέντε οἷσι τὸν ἀριθμὸν, Ἐλέγχου (55') καὶ ἀνατρο-
πῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, ἐν δευτέρῳ τῆς αὐ-
τῆς ὑποθέσεως, οἷσι δὴ καὶ εἰς αὐτὸν ὑποδείγματα τῆς
θείας καὶ παραδόχου δυνάμεως ἐν Ἐκκλησίαις τισὶν
ὑπολείπειτο, διὰ τούτων ἐπισημαίνεται λέγων· « Το-
σοῦτον δὲ ἀποδέουσι τοῦ νεκρῶν ἐγεῖραι, καθὼς ὁ Κύ-
ριος ἤγειρε καὶ οἱ ἀπόστολοι διὰ προσευχῆς, καὶ ἐν
τῇ ἀδελφότητι πολλάκις (56), διὰ τὸ ἀναγκαῖον τῆς
furor deferbuisset, et Irenæus, qui Romam a Po-
thino et a Lugdunensi Ecclesia missus fuerat, do-
mum reversus esset. Sed nos supra non infirmis
rationibus demonstravimus, Irenæum legationem
illam non obuisse. Itaque nihil jam vetat quominus
Irenæi ordinatio in eundem annum quo Pothinus
est mortuus, conferatur.

(54) Τῇ αὐτῇ διδαχῇ. Sic habent etiam nostri
codices. Malim scribere διαδοχῇ, cum Chri-
stophorsono et Savilio, et cum veteri interprete
Irenæi.

(55) Ὑπογράφαις ἱστορίαις. Hujus verbi vim ac
proprietatem non satis expresserunt interpretes.
Musculum enim vertit *subjecit*, quod est ineptissi-
mum; Christophorsonus pro simplici verbo accepit.

CAPUT VI.

Enumeratio episcoporum urbis Romæ:

« Fundata jam et ædificata Ecclesia beatissimi
apostoli episcopatus officium Lino tradiderunt. Hu-
jus Lini mentionem facit Paulus in litteris ad
Timotheum. Huic successit Anencletus. Post quem
tertio ab apostolis loco pontificatum sortitus est
Clemens, qui quidem beatissimos apostolos viderat,
et cum iisdem familiariter versatus fuerat: et præ-
dicationem apostolorum adhuc auribus suis inso-
nantem, traditionemque præ oculis habebat. Nec
vero ipse solus: sed et alii plurimi etiam tum super-
erant ab apostolis instituti. Hujus Clementis tem-
poribus cum gravissima dissensio Corinthi exorta
esset inter fratres, Ecclesia Romana luculentissi-
mam epistolam Corinthiis scripsit, qua eos ad pa-
cem concordiamque revocaret, et eisdem illorum, et
quam recens ab apostolis susceperat traditionem
renovaret. » Paulo post subdit: « Huic porro Cle-
menti successit Evarestus, Evaresto Alexander.
Sextus deinde post apostolos 171 constitutus est
Xystus. Quem deinceps excepit Telesphorus, qui
etiam illustri martyrio defunctus est. Post hunc
Ilyginus, ac deinde Pius. Post Pium Anicetus. Cui
cum successisset Soter, duodecimo demum ab
apostolis loco episcopatum nunc obtinet Eleuther-
rus. Hac serie et successione, tum traditio aposto-
lorum in Ecclesia, tum veritatis prædicatio ad nos
usque pervenit. »

CAPUT VII.

Quod ad illa usque tempora per fideles miracula
patrabantur

Hæc Irenæus breviter perstrinxit ac veluti deli-
neavit in illis quinque libris, quos *De falsæ doctrinæ
refutatione ac eversione* inscripsit, quæ quidem
plane consentiunt cum iis quæ in superioribus
historiæ nostræ libris tradidimus. In secundo autem
ejusdem operis libro, divinæ admirandæque virtutis
specimina adhuc sua ætate in quibusdam Ecclesiis
superfuisse testatur his verbis: « Tantum abest,
inquit, ut mortuum excitent per orationem, quemad-
modum Dominus et apostoli fecerunt. Sed et
Verum ὑπογράφειν aliquid amplius significat, nempe
delineare et adumbrare, metaphora ducta a picto-
ribus. Possis etiam interpretari *subscribere*, quod
idem est ac *consentire et suffragari*.

(55') Ἐλέγχου. Intellige quasi scriptum esset,
τὰ τοῦ ἐλέγχου. Edidit.

(56) Πολλάκις. Textus vulgatus, πολλοὶ πολ-
λάκις. Apud Nicephorum in lib. iv, c. 13, deest vox
πολλοί, quam nec vetus interpres Irenæi, nec Ru-
finus agnoscit. Itaque expungenda est, utpote quæ
sensum turbet. Paulo post, ubi legobatur: Μετὰ
νηστείας πολλῆς καὶ ἀγνεύσεως, resitimus καὶ λιτα-
νείας, ut legitur apud Nicephorum, et in quatuor
nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil.,
quibus subscribit vetus interpres Irenæi et Rufini.

sæpenuero inter fratres, tota simul unius loci A
Ecclesia ob aliquam necessitatem id flagitante cum
jeuniis multis et orationibus, reversa est in corpus
anima defuncti, et sanctorum precibus hominis vita
donata est. » Et aliquanto post: « Quod si, inquit,
simulatione quadam ac præstigiis hæc Dominum
fecisse dicturi sunt, ad prophetarum oracula eos
deducentes, ex illis demonstrabimus cuncta de
ipso ita prædicta et gesta esse certissime, eumque
solum esse Filium Dei. Unde etiam in ejus nomine,
quotquot veri sunt ejus discipuli, accepta ab eo
gratia ad salutem atque utilitatem reliquorum
omnium ea faciunt, prout unusquisque ipsorum
ab eo munus acceperit. Alii enim dæmones expel-
lunt certissime ac verissime; adeo ut qui ejusmodi
malis spiritibus liberati sunt, sæpe fidem amplectan-
tur, et in Ecclesia permaneant. Alii præscientiam
futurorum et visiones sortiti sunt, et propheticas
prædictiones. Alii infirmos per impositionem ma-
num curant, ac pristinae sanitati restitunt. Sed
et mortui aliquoties, ut supra diximus, excitati sunt,
et pluribus deinceps annis nobiscum remanserunt.
172 Quid plura? Non potest numerus iniuri dono-
rum, quæ per universum orbem Ecclesia a Deo
accipiens, in nomine ejus qui sub Pontio Pilato
crucifixus est Jesu Christi, quotidie ad opitulatio-
nem gentium operatur; nec fallens quemquam, nec
pecuniam corradens. Ut enim gratis accepit a Deo,
sic etiam gratis ministrat. » Idem in alio loco ita
scribit: « Sicuti multos ex fratribus audimus in
Ecclesia, qui prophetiæ dona consecuti sunt, et
omni linguarum genere per Spiritum loquuntur,
et ad hominum utilitatem, occulta in lucem proferunt,
atque arcana Dei mysteria exponunt. » Ex his igitur
apparet, multiplicem donorum spiritualium varieta-
tem ad illa usque tempora penes eos qui digni essent
permansisse.

CAPUT VIII.

Qualiter Irenæus divinarum meminit Scripturarum.

Sed quoniam in ipso hujus operis exordio polliciti
sumus, veterum nos Ecclesiæ presbyterorum ac
scriptorum verba suo loco adducturos, quibus ea
quæ a majoribus sibi tradita accepissent, de sacris
utriusque Testamenti libris exposuerunt, ipsius D
etiam Irenæi qui unus ex illorum numero fuit,

(57) *Τὸς καθαρισθέντας.* Sic etiam Latini
purgari dicebant eos qui immundis spiritibus libe-
rabantur. Ambrosius in lib. vii *Epistolarum*, epist.
2; Paulinus in *Vita Ambrosii*. Occurrit ea vox et
in can. 14 concilii Arausiaci. Severus in dialogo
primo *De vita Martini*, cap. 14: *Quinto demum
mense purgatus est non solum dæmone, sed quod
illi erat vitium et optatius, vanitate.* Sed et in lib. 1
De vita Martini titulus capituli 17 in ins. codice hic
est: *Ubi dæmoniaco furenti digitos in os intulit, et
confestim purgavit.* Eucherius in passione sancti
Mauricii: *Hæc duo, inquit, miracula passioni mar-
tyrum inserenda. Cæterum satis multa sunt, quæ
vel in purgatione dæmonum, vel in restauratione
claudorum, etc.* Ita legitur in vetustissimo codice

κατὰ τόπον Ἐκκλησίας πάσης αἰτησαμένης μετὰ
νηστείας καὶ λιτανείας πολλῆς, ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα
τοῦ τετελευτηκότος, καὶ ἐχαρίσθη ὁ ἄνθρωπος ταῖς
εὐχαῖς τῶν ἀγίων. » Καὶ αὐθις φησὶ μεθ' ἑτερα· « Εἰ
δὲ καὶ τὸν Κύριον φαντασιωδῶς τὰ τοιαῦτα πεποιη-
κέναι φήσουσιν, ἐπὶ τὰ προφητικὰ ἀνάγοντες αὐτοὺς,
ἐξ αὐτῶν ἐπιδείξομεν πάντα οὕτως περὶ αὐτοῦ καὶ
προειρηθῆαι καὶ γεγονέναι βεβαίως, καὶ αὐτὸν μόνον
εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Διὸ καὶ ἐν τῷ ἐκείνου ὄνο-
ματι οἱ ἀληθῶς αὐτοῦ μαθηταί, παρ' αὐτοῦ λαβόντες
τὴν χάριν, ἐπιτελοῦσιν ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν λοιπῶν
ἀνθρώπων, καθὼς εἰς ἕκαστος αὐτῶν τὴν δωρεὰν ἐλ-
ληψε παρ' αὐτοῦ. Οἱ μὲν γὰρ δαίμονας ἐλαύνουσι
βεβαίως καὶ ἀληθῶς, ὥστε πολλάκις καὶ πιστεύειν
αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς καθαρισθέντας (57) ἀπὸ τῶν
πονηρῶν πνευμάτων, καὶ εἶναι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ· οἱ
δὲ καὶ πρόγνωσιν ἔχουσι τῶν μελλόντων, καὶ ὀπτασίας,
καὶ ῥήσεις προφητικὰς· ἄλλοι δὲ τοὺς κάμοντας διὰ
τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως ἰώνται, καὶ ὕγιεῖς ἀποκαθ-
ιστᾶσιν. Ἡδὲ δὲ, καθὼς ἐφαμεν, καὶ νεκροὶ ἠγέρ-
θησαν, καὶ παρέμειναν σὺν ἡμῖν (58) ἱκανοὶ ἔτεσι.
Καὶ τί γάρ; οὐκ ἔστιν ἀριθμὸν εἰπεῖν τῶν χαρισμά-
των, ὧν κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἡ Ἐκκλησία παρὰ
Θεοῦ λαβοῦσα, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ
σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἐκάστης ἡμέρας
ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελεῖ, μὴτε ἐξαπα-
τῶσά τις, μὴτε ἐξαργυριζομένη· ὡς γὰρ δωρεὰν
ἐληψε παρὰ Θεοῦ, δωρεὰν καὶ διακονεῖ. » Καὶ ἐν
ἑτέρῳ δὲ τόπῳ ὁ αὐτὸς γράφει· « Καθὼς καὶ πολλῶν
ἀκούομεν ἀδελφῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ προφητικὰ χα-
ρίσματα ἐχόντων, καὶ παντοδαπαῖς λαλούντων διὰ τοῦ
Πνεύματος γλώσσαις, καὶ τὰ κρύφια τῶν ἀνθρώπων
εἰς φανερὸν ἀγόντων ἐπὶ τῷ συμφέροντι, καὶ τὰ μυστή-
ρια τοῦ Θεοῦ ἐκδιηγουμένων. » Ταῦτα καὶ περὶ τοῦ
διαφορᾶς χαρισμάτων μέχρι καὶ τῶν δγλουμένων
χρόνων παρὰ τοῖς ἀξίοις διαμείναι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

*Ὅπως ὁ Εἰρηναῖος τῶν θείων μνημονεύει
Γραφῶν (Nic. H. E. iv, 14).*

Ἐπεὶ δὲ ἀρχόμενοι τῆς πραγματείας ὑπόσχεσιν
πεποιήμεθα, παραθήσεσθαι κατὰ καιρὸν εἰπόντες τὰς
τῶν ἀρχαίων ἐκκλησιαστικῶν πρεσβυτέρων τε καὶ
συγγραφέων φωνάς, ἐν αἷς τὰς περὶ τῶν ἐνδιαθῆκων
D Γραφῶν εἰς αὐτοὺς κατελθούσας παραδόσεις γραφῆ
παραδεδώκασι (59), τούτων δὲ καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἦν.

Mosciacensi, non ut Surius edidit, *expugnatione
dæmonum*. Porro in quatuor nostris codicibus Maz.,
Med., Fuk. et Saviliano scriptum est, αὐτοὺς ἐκεί-
νους τοὺς καθαρισθέντας. Qui articulus deest in
Regio exemplari, et in editione Stephani.

(58) *Παρέμειναν σὺν ἡμῖν.* Sic in codice Maz.,
Med. et Saviliano, necnon apud Nicephorum legitur
vulg. om. σὺν. Fuketianus habet *παρέμειναν ἐν
ἡμῖν.*

(59) *Γραφῆ παραδεδώκασι.* Post hæc verba,
codex Maz. et Med. has voces interserit, τούτων δὲ
καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἦν, quæ videntur esse superflua; et
a scholiaste quodam ad marginem ascriptæ; ha-
bentur tamen etiam in Fuk. et Saviliano.

Apollinaris autem scriptorum adversus supra dictam hæresim mentionem facit Serapio, qui circa hæc tempora Antiochenæ Ecclesiæ episcopus post Maximum fuisse dicitur. Nam in epistola quam ad Caricum et Ponticum scripsit, eandem refellens hæresim, Apollinarem nominat his verbis: « Atque ut sciatis, inquit, qualiter universa quæ in terris est fraternitas, operationem illam simulatæ factionis, quæ nova prophetia nominatur, aversata atque abominata est, 187 beatissimi patris Claudii Apollinaris, qui Hierapolitanæ urbis in Asia episcopus fuit, litteras ad vos misi. » In eadem Serapionis epistola leguntur subscriptiones variorum episcoporum. Quorum unus subscripsit in hunc modum: « Aurelius Cyrenius martyr opto vos bene valere. » Alter autem hoc modo: « Ælius Publius Julius Develtii coloniæ Thraciæ episcopus. Testor Deum qui in cœlis est, quod beatus Sotas, qui est Anchiali, dæmonium Priscillæ ejicere voluit, sed hypocritæ nequaquam permiserunt. » Sed et aliorum complu-

supra retulit Eusebius. Certe has subscriptiones ad calcem alicujus epistolæ adjectas fuisse docet vel hæc una Aurelii Cyrenii subscriptio: *Aurelius Cyrenius martyr, opto vos bene valere*. Porro ipsius Serapionis epistolæ episcopos illos subscripsisse, nequaquam verisimile est. Primum quia Eusebius id non dicit, sed tantum subscriptiones plurium episcoporum in illa Serapionis epistola contineri, sicut Apollinaris Hierapolitani epistola eidem Serapionis epistolæ subjecta fuerat. Hoc enim consilio fecerat Serapio, ut plurium episcoporum auctoritate Montani sectam convinceret. Præterea qua ratione fieri posset ut episcopi Thraciæ subscriberent litteris episcopi Antiocheni? Credibilibus itaque est id quod dixi, episcopos scilicet Thraciæ communi nomine scripsisse ad Ecclesias Asiæ et Phrygiæ. Quod autem Baronius hæc in concilio gesta esse censet in *Annalibus*, ad annum Christi 175, num. 19, ægre id illi concesserim. Neque enim subscriptiones illæ synodicas litteras sapiunt; nec Eusebius ullum concilium vel in Asia ab Apollinare, vel in Græcia coactum esse scribit. Sed nec Tertulliani locus ex libro *De jejuniis* quidquam facit pro Baronio: *Aguntur præterea per Græcias illa certis in locis concilia ex universis Ecclesiis, per quæ et aliora quædam in commune tractantur, et ipsa representatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur*. Hic enim Tertullianus non de conciliis Catholicorum loquitur, sed de conventibus Montanistarum, ut sequentia aperte demonstrant.

(30) Ὁ ἐν Ἀρχιᾶλῳ. Id est episcopus Anchiali, quod est oppidum in Thracia, ut dixi. At Christophorus hæc ita vertit, quasi Sotas in urbe Anchiali dæmonium Priscillæ ejicere voluerit, quod falsum est. Neque enim Priscilla Anchialium venit, sed Sotas episcopus fama novæ illius prophetiæ excitus, ex Thracia in Phrygiam navigaverat, ibique Priscillam, non divino Spiritu, sed a dæmone agitari cernens, eam exorcismis purgare tentaverat. Non solus autem Sotas, sed et plurimi alii episcopi in Phrygiam tunc temporis profecti sunt, ad prophetiam illam de propinquo examinandam; ut diserte testatur anonymus ille scriptor in c. 16.

rium episcoporum idem cum illis sentientium subscriptiones propriis ipsorum manibus appositæ, in illa quam dixi epistola leguntur. Et ea quidem quæ ad illos hæreticos pertinent, hujusmodi fuere.

CAPUT XX.

Quæ Irenæus adversus schismaticos Romæ agentes conscripserit.

Adversus autem illos qui sinceram Ecclesiæ legem adulterabant, Irenæus varias conscripsit epistolas. Alteram ad Blastum quam inscripsit *De schismate*: alteram ad Florinum *De Monarchia*, seu *Quod Deus non sit conditor malorum*. Eam enim opinionem hic defendere videbatur. Qui cum postea in errorem Valentini abreptus fuisset, iterum Irenæus ejus gratia librum *De octonario* composuit. In quo etiam libro primam se apostolorum successionem contigisse significat. Sed et in fine ejusdem libri adnotationem utilissimam reperimus, quæ huic historię nostræ inserenda mihi videtur. Sic autem habet: « Adjuro te, inquit, qui transcripseris hunc librum per Dominum nostrum Jesum Christum, et per gloriosum ejus adventum, in quo judicaturus est vivos et mortuos; ut conferas quod transcripseris, et diligenter emendes ad exemplar ex quo transcripsisti: utque adjurationem istam similiter exscribas, et codici tuo inseras. » Atque hæc utiliter tum ab illo dicta, tum a nobis commemorata sunt, ut priscos illos ac sine controversia sanctissimos viros, tanquam pulcherrimum exemplum exactissimæ diligentię semper ante oculos habeamus. Porro in ea ad Florinum **188** epistola de qua jam prius dixi, idem Irenæus se cum Poly-carpo familiariter esse versatum prodit his verbis: « Hæc vero dogmata, Florine, ut parcissime ac levissime dicam, non sunt sanæ doctrinæ. Hæc dogmata dissentiunt ab Ecclesia, et in maximam im-

supra. Porro notandum est, Sotam mortuum jam fuisse, cum hæc scribebat Ælius Julius. Quod satis indicat vox illa *μακάριος*, quam Græci de mortuis solent usurpare. Quod si Sotas adhuc superfuisset, ipse profecto hanc rem subscriptione sua firmasset. Sic etiam intelligendum est, quod Serapio Apollinarem *μακαριώτατον* appellat, quippe qui jam vivere desiisset.

(31) *Ἐξ ἐναντίας δὲ τῶν ἐπὶ Ρώμης*. Hinc orsumus caput istud, Rufinum secuti et Musculum, et Christophorsonum. Sed et ratio ita jubet. Hæc enim pendent ex cap. 16 supra. Certe codex Maz. caput inchoat ab his verbis: Καὶ τὰ μὲν κατὰ τοστούς ἦν τοιαῦτα· ἐξ ἐναντίας, etc.; cui consentit codex Fuk. et Regius.

(32) *Περὶ μοναρχίας*. Veteres Christiani hac voce crebro uti solebant, quoties adversus gentiles disputarent. Eoque titulo complures libros ediderunt, ut unum Deum omnium rerum conditorem regemque esse ostenderent. Et monarchiam quidem Deo Patri, *οὐκονομίαν* vero, id est dispensationem atque administrationem, assignabant Filio et Spiritui sancto, ut docet Tertullianus *Adversus Præxeam*, et Tatianus *Adversus Græcos*. Exstat hodie Justinii liber inscriptus hoc titulo. Porro ut ad Irenæi librum accedamus, ex ipso titulo colligi potest, Florinum duo principia invexisse, et Marcionis ac Cer-

donis dogmatibus adhæsisse: et alterum quidem bonorum, alterum mali auctorem affirmasse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ἄλλων δὲ πλείονων τὸν ἀριθμὸν ἐπισκόπων συμψήφω

τῶν ἐναντίας δὲ τῶν ἐπὶ Ρώμης (31) τὸν ὑγιῆ

τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸν παραχαρττόντων, Εἰρηναῖος διαφόρους ἐπιστολάς συντάττει, τὴν μὲν ἐπιγράψας πρὸς Βλάττον περὶ σχίσματος, τὴν δὲ πρὸς Φλωρίνον περὶ μοναρχίας (32) ἢ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ποιητὴν κακῶν. Ταύτης γὰρ τοῖς τῆς γνώμης οὗτος ἐδόκει προασπίζειν· δι' ὃν αὐτοῖς (33) ὑποσυρόμενον τῆ κατὰ Οὐαλεντινὸν πλάνῃ, καὶ τὸ περὶ ὀγδοάδος (34) συντάττεται τῷ Εἰρηναίῳ σπουδάσασμα· ἐν ᾧ καὶ ἐπισημαίνεται τὴν πρώτην τῶν ἀποστόλων κατελιγμένην ἑαυτὸν διαδοχὴν. Ἐνθα πρὸς τῷ τοῦ συγγράμματος τέλει χαριστάτην αὐτοῦ σημειώσιν (35) εὐρόντες, ἀναγκαιῶς καὶ ταύτην τῆδε καταλέξομεν τῆ γραφῆς, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον· ἰ Ὁρχίζω σε τὸν μεταγραφόμενον τὸ βιβλίον τοῦτο, κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιθάλης ὁ μετεγράψω, καὶ κατορθώσης αὐτὸ πρὸς τὸ ἀντίγραφον τοῦτο, ὅθεν μετεγράψω ἐπιμελῶς· καὶ τὸν ὄρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψης, καὶ θήσεις ἐν τῷ ἀντιγράφῳ. » Καὶ ταῦτα ὠφελίμως πρὸς ἐκεῖνου λελέχθω, ὅφ' ἡμῶν τε ἱστορεῖσθω, ὡς ἂν ἔχοιμεν ἀριστον σπουδαιοτάτης ἐπιμελείας τοὺς ἀρχαίους ἐκεῖνους καὶ ὄντας ἱερούς ἀνδρας ὑπόδειγμα. Ἐν ἧ γὲ μὴν προειρηκάμεν πρὸς τὸν Φλωρίνον ὁ Εἰρηναῖος ἐπιστολῇ, αὐτοῖς τῆς ἅμα Πολυκάρπου συνοουσίας αὐτοῦ μνημονεύει λέγων· « Ταῦτα τὰ δόγματα, Φλωρίνε, ἵνα πεφεισμένως εἴπω, οὐκ ἔστιν ὑγιούς γνώμης· ταῦτα τὰ δόγματα ἀσύμφωνά ἐστι

donis dogmatibus adhæsisse: et alterum quidem bonorum, alterum mali auctorem affirmasse.

(33) *Δι' ὃν αὐτοῖς*. Transpositum est adverbium, ut ex versione nostra lector animadvertet. Amat autem hujusmodi verborum trajectiones Eusebius noster. Quod ab interpretibus minime observatum, hic semel monendum esse duxi.

(34) *Τὸ Περὶ ὀγδοάδος*. Hieronymus in Catalogo habet, *Περὶ τῶν ὀγδοαστῶν egregium σύνταγμα*. De ogdoadibus Valentini vide Irenæum et Eriphanium.

(35) *Σημειώσιν*. Hieronymus et Rufinus subscriptionem vertentur, quos secutus est Christophorsonus. Fateor quidem σημειώσιν interdum pro subscriptione sumi, ut in superiori capite vidimus. Hic tamen ita sumi non potest. Nam subscriptio nomen subscribentis debet exprimere. Quod cum hoc loco minime factum sit, nequaquam hæc subscriptio dici debet, sed potius *adnotatio*. Sic σημειώσεις dicebantur notæ illæ quæ ad marginem scriptorum codicum appingebantur, ut lector rem notatu dignam ibi contineri intelligeret. Quæ nota in plerisque adhuc Græcis exemplaribus reperitur compendiose expressa duabus tantum prioribus litteris, quæ significant σημειώσα. Ceterum hoc Irenæi factum adeo placuit Eusebio, ut eandem quoque observationem ipse in vestibulo *Chronici* sui apposuerit.

τῆ Ἐκκλησίᾳ, εἰς τὴν μεγίστην ἀσέβειαν περιβάλ-
λοντα τοὺς πειθομένους αὐτοῖς· ταῦτα τὰ δόγματα
οὐδὲ οἱ ἔξω τῆς Ἐκκλησίας αἰρετικοὶ ἐτόλμησαν
ἀποφῆνασθαι ποτε· ταῦτα τὰ δόγματα, οἱ πρὸ ἡμῶν
πρεσβύτεροι, οἱ καὶ τοῖς ἀποστόλοις συμφοιτήσαντες,
οὐ παρέδωκάν σοι. Εἶδον γάρ σε παῖς ὢν ἐτι ἐν τῇ
κάτω Ἀσίᾳ παρὰ τῷ Πολυκάρπῳ, λαμπρῶς πράτ-
τοντα ἐν τῇ βασιλικῇ αὐλῇ, καὶ πειρώμενον εὐδοκι-
μεῖν παρ' αὐτῷ. Μᾶλλον γάρ τὰ τότε διαμνημονεύω,
τῶν ἑναγχοῦς γινομένων. Αἱ γὰρ ἐκ παιδῶν μαθήσεις
συναύξουσαι τῇ ψυχῇ, ἐνοῦνται αὐτῇ, ὥστε με δύ-
νασθαι εἰπεῖν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος διελέ-
γασθαι ὁ μακάριος Πολυκάρπος, καὶ τὰς προόδους (36) αὐ-
τοῦ καὶ τὰς εἰσόδους, καὶ τὸν χαρακτῆρα τοῦ βίου, καὶ
τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν, καὶ τὰς διαλέξεις ἃς ἐποιεῖτο
πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ τὴν κατὰ Ἰωάννου συναναστρο-
φὴν ὡς ἀπήγγελλε, καὶ τὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν
ἑωρακόντων τὸν Κύριον· καὶ ὡς ἀπεμνημόνευε τοὺς
λόγους αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ Κυρίου τίνα ἦν ἃ παρ'
ἐκείνων ἀκηκόει, καὶ περὶ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ, καὶ
περὶ τῆς διδασκαλίας, ὡς παρὰ αὐτοπτῶν τῆς ζωῆς
τοῦ λόγου παρεληφώς ὁ Πολυκάρπος, ἀπήγγελλε
πάντα σύμφωνα ταῖς Γραφαῖς. Ταῦτα καὶ τότε διὰ
τῆ ἑλεος τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπ' ἐμοὶ γεγονός σπουδαίως
ἔκκουον, ὑπομνηματιζόμενος αὐτὰ οὐκ ἐν χάριτι, ἀλλ'
ἐν τῇ ἐμῇ καρδίᾳ· καὶ αἰεὶ διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ
γνησίως αὐτὰ ἀναμαρτυροῦμαι· καὶ δύναμαι διαμαρ-
τυρασθαι ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, ὅτι εἴ τι τοιοῦτον
ἀκηκόει ἐκείνος ὁ μακάριος καὶ ἀποστολικὸς πρεσβύ-
τερος, ἀνακράξας ἂν καὶ ἐμφοράξας τὰ ὅσα (37) αὐ-
τοῦ, καὶ κατὰ τὸ σύνθημα εἰπόν, « Ὁ καλὸς Θεὸς, εἰς
οἶκόν μου καιροῦς τετήρηκας, ἵνα τούτων ἀνέχωμαι »
περσεύγοι ἂν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος ἡ ἐστὼς
τῶν τοιούτων ἀκηκόει λόγων. Καὶ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν
δὲ αὐτοῦ ὡς ἐπέστειλεν, ἦτοι ταῖς γειννωσάσις Ἐκκλη-
σίαις ἐπιστηρίζων αὐτάς, ἢ τῶν ἀδελφῶν τισι νουθε-
τῶν αὐτοὺς καὶ προτροπέμενος, δύναται φανερωθῆ-
ναι » Ταῦτα ὁ Εἰρηναῖος.

atque exhortans. » Hactenus Irenæus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ὅπως ἐπὶ Ῥώμῃς ἐμαρτύρησεν Ἀπολλώνιος
(Nic. H. E. iv, 26).

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τῆς Κομόδου βασιλείας χρόνον,
μεταβέβλητο μὲν ἐπὶ τὸ πρῶον τὰ καθ' ἡμᾶς, εἰρήνης
σὺν θεῷ χάριτι τὰς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης διαλα-
βούσης Ἐκκλησίας· ὅτε καὶ ὁ σωτήριος λόγος ἐκ
παντὸς γένους ἀνθρώπων, πᾶσαν ὑπήγετο ψυχὴν ἐπὶ
τὴν εὐσεβῆ τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ θρησκείαν· ὥστε ἦδη

(36) *Τὰς προόδους.* Sic cod. Reg., Maz., Medic.
et Niceph. Ita etiam Fuk. ac Savil., codices textus
vulg., *παρόδους.*

(37) *Καὶ ἐμφοράξας τὰ ὅσα.* Hic mos erat veterum
Christianorum, ut si forte in familiari collo-
quio impiū aliquem sermonem et a fidei catholicæ
regula dissentientem audissent, protinus obturatis
auribus sese in fugam darent. Quia de re locus ex-
stat illustris in lib. ii *Recognitionum* Pseudo-Cle-
mentis, ubi Simon B. Petro ait : *Si dixero quod ne-
que tibi consonum, nec vulgo huic imperito rectum
videtur, tu quidem quasi obstupefactus, aures conti-
nuo occludens, velui ne blasphemia pollutantur, ver-
teris in fugam.* Sed et Irenæus in lib. iii *Contra hæ-*

A pietatem eos conjiciunt qui illis assentiuntur. Hæc
dogmata ne ipsi quidem hæretici extra Ecclesiam
positi proferre unquam ausi sunt. Hæc dogmata hi
qui ante nos vixere presbyteri, qui etiam aposto-
lorum discipuli exstiterant, nequaquam tibi tradi-
derunt. Vidi enim te, cum adhuc puer essem, in
inferiore Asia apud Polycarpum, splendide agen-
tem in palatio, et magnopere laborantem ut te illi
approbares. Etenim ea quæ tunc temporis gesta
sunt, melius memoria teneo quam illa quæ nuper
acciderunt. Quippe ea quæ pueri didicimus, simul
cum animo ipso coalescunt, eique penitus inhæ-
rent. Adeo ut et locum ipsum possim dicere, in
quo beatissimus Polycarpus sedens disserebat ;
processus quoque ejus et ingressus, vitæque totius
B formam, et corporis speciem ; sermones denique
quos ad populum habebat ; et familiarem consue-
tudinem, quæ illi cum Joanne, ut narrabat, et cum
reliquis qui Dominum ipsum vidissent, intercesse-
rat : et qualiter dicta illorum commemorabat : et
quæcunque de Domino ab iisdem audierat. De mi-
raculis quoque illius ac de doctrina, prout ab iis
qui verbum vitæ ipsi conspexerant Polycarpus ac-
ceperat, eodem prorsus modo referebat, in omni-
bus cum Scriptura sacra consentiens. Hæc ego di-
vina mihi largiente clementia tunc studiosus au-
diebam, non in charta sed in corde meo audita
describens : eademque per Dei gratiam assidue re-
peto ac revolvo. Et in conspectu Dei affirmare pos-
sum, beatum illum et apostolicum presbyterum, si
C quid ejusmodi nunquam audisset, exclamaturum
continuo, et obturatis auribus suis dicturum fuisse
prout ipsi moris erat : « Deus bone, quæ me in tem-
pora reservasti, ut hæc sustinerem ! » Atque ex loco
ipso aufugiturum, in quo seu stans, seu sedens,
ejusmodi sermones audisset. Sed et ex epistolis
illius id liquido comprobari potest, quas ille par-
tium ad vicinas Ecclesias ut eas confirmaret, par-
tium ad quosdam ex fratribus misit, admonens illos

189 CAPUT XXI.

Quomodo Apollonius Romæ martyrium passus est.

Eodem tempore, Commodus imperium Romanum
obtinente, res quidem nostræ in tranquilliore statu
D versabantur, pace per Dei gratiam cunctas orbis
terrarum Ecclesias complexa. Atque interim salu-
tariis Dei sermo ex omni genere hominum quam-
plurimos ad religiosum summi Numinis cultum
reses, capite quarto, eundem morem declarat his
verbis : *Quibus si aliquis annuntiaverit ea quæ ab
hæreticis adinventæ sunt, proprio sermone eorum
colloquens, statim concludentes aures, longo longius
fugient, ne audire quidem sustinentes blasphemum
colloquium.* Præterea Athanasius in *Epistola ad so-
litarios* : « Ὁ τίς ἀκούσας οὐ θαυμάσει, τάχα καὶ τὴν
ἀκοὴν κλείσειεν, ἵνα μηδὲ ἐτέρου λέγοντος ἀνέχη-
ται ; Hieronymus denique in lib. i *Adversus Rupi-
num* : *Lectis nuper Theophili papæ epistolis, in quibus
Origenis exponit errores, dicitur obturasse aures
suas, et auctorem tanti mali clara coram omnibus
voce damnasse.*

pertraherat: adeo ut multi ex his qui in urbe Roma genere atque opibus eminebant, simul cum universa domo ac familia salutem consecuturi accurrerent. Verum infestissimus bonis omnibus dæmon et snopte ingenio invidus, istud ferre non potuit. Rursus igitur varias adversus nos machinas commentus armatur. Denique Romæ Apollonium quemdam e numero fidelium, qui in humanioribus litteris et in philosophia eximius habebatur, in iudicium adduxit, suscitato ei accusatore homine quodam perditissimo, qui ad huiusmodi flagitia idoneus inprimis minister dæmonis videbatur. Sed miser, intempestive suscepta accusatione, cum ex imperatoris edicto capitalis pœna in eos qui talia delulissent esset constituta, confestim fractis cruribus occiditur, Perenne ejusmodi adversus ipsum sententiam pronuntiante. Martyr vero Deo acceptissimus, cum iudex multis eum precibus obsecrasset, petissetque ab illo uti coram senatu rationem

(38) Ἀπεδύετο. Metaphora est ab athleticis, qui luctantur corpora nudabant, et variis artibus ac machinamentis adversarios prosternere studebant.

(39) Ἀπολλώνιον. Hunc Apollonium Nicephorus quidem eundem esse existimavit cum illo qui adversus novam Montani prophetiam scripsit, de quo supra in cap. 16. Sed Hieronymus in *Catalogo* eos distinguit, rectius, ut apparet. Et hunc quidem de quo in præsentis capite scribit Eusebius, senatorem urbis Romæ vocat, de suo id admensus. Neque enim hoc dicit Eusebius. Verum de hac re infra videbimus.

(40) Ἐπιτηδεύων αὐτῷ διακόνων. Hieronymus in libro *De script. eccl.* hunc servum Apollonii esse existimavit, quem secutus est Christophorus. Certe ex versione Christophoroni apparet, illum in Eusebio legisse αὐτοῦ διακόνων, contra fidem omnium exemplarium. Obscurum etiam est quod ait ibidem Hieronymus: *A servo Severo proditus*, quasi Severus nomen esset servi. Sophronius tamen veritatem, παρὰ τοῦ δούλου παρὰ Σεβήρω προδοθείς, quasi Severus nomen esset iudicis ad quem delatus fuerat Apollonius. Sed hunc sensum refutat Eusebius, qui iudicem ipsum apud quem Apollonius est accusatus, *Perennem* vocat, non *Severum*.

(41) Κατὰ βασιλικὸν ὄρον. Intelligit legem divi Marci, quæ pœnam capitis sanxerat in eos qui Christianos in iudicium delulissent, ut testis est Tertullianus in *Apologetici* cap. 5. Exstat lex ipsa M. Aurelii imperatoris ad commune Asiæ supra in lib. iv, c. 13, ubi vide quæ adnotavi. At Rufinus legem Trajani videtur intellexisse, vel certe Hadriani ad Minucium Fundanum.

(42) Λιπαρῶς ἰκετεύσαντος τοῦ δικαστοῦ. Solebant interdum iudices ipsi qui Christianos ad se delatos interrogabant, hortari ipsos et obtestari, ut parcerent et consulerent sibi, et deorum cultum amplecterentur. Cujus rei infinita exstant exempla apud Tertullianum, Eusebium et in Actis martyrum.

(43) Ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς. Miror id dici de Perenne, quem constat præfectum prætorii fuisse sub Commodo. Erant autem præfecti prætorio illis temporibus ex equestri ordine, nec in senatu sedendi jus habebant. Itaque imperatores quoties præfectum prætorii exauctorare velent, senatorem eum faciebant, laticlaviam ei veste submissa, ut docent scriptores historiae Augustæ. Quomodo igitur fieri potuit ut Perennis, qui erat præfectus prætorio, præciperet Apollonio ut in senatu rationem fidei suæ redderet? Quod si dicas Apollonium fuisse se-

καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμῃς εὖ μάλα πλουτῶν καὶ γένει ἐξανθῶν πλείους ἐπὶ τὴν σφῶν ὁμοσε χωρεῖν πανοικί τε καὶ παγγενῆ σωτηρίαν. Οὐκ ἦν δὲ ἄρα τοῦτο τῷ μισοκάλῳ δαίμονι βασικάνω ὄντι τὴν φύσιν οἰστών ἀπεδύετο (38) γοῦν αἰδοίς, ποικίλας τὰς καθ' ἡμῶν μηχανὰς ἐπιτεχνώμενος. Ἐπὶ γοῦν τῆς Ῥωμαίων πόλεως, Ἀπολλώνιον (39) ἄνδρα τῶν τότε πιστῶν ἐπὶ παιδείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ βεβοημένον, εἰς δικαστήριον ἄγει, ἕνα γέ τινα τῶν εἰς ταῦτα ἐπιτηδεύων αὐτῷ διακόνων (40) ἐπὶ κατηγορίᾳ τάνδρως ἐγείρας. Ἄλλ' ὁ μὲν δειλαῖος παρὰ καιρὸν τὴν δίκην εἰτελεθῶν, ὅτι μὴ ζῆν ἐξὸν ἦν κατὰ βασιλικὸν ὄρον (41) τοὺς τῶν τοιῶνδε μηνυτὰς, αὐτίκα κατὰγγυται τὰ σκέλη, Περηνίου δικαστοῦ τοιαύτην κατ' αὐτοῦ ψῆφον ἀπενέγκαντος. Ὁ δὲ γε θεοφιλέστατος μάρτυς, πολλὰ λιπαρῶς ἰκετεύσαντος τοῦ δικαστοῦ (42), καὶ λόγον αὐτὸν ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς (43) αἰτήσαντος, λογιωτάτην ὑπὲρ ἧς ἐμαρτύρει πίστεως ἐπὶ πάντων παρασχῶν ἀπολογίαν (44), κεφαλικῆ κολάσει ὡς ἀπὸ

natorem, ac proinde Perennem jussisse ut coram senatu rationem cultus sui redderet, id concedamus, si placet. Sed tunc nascetur alia difficultas, quomodo Perennis de capite senatoris Romani iudicare potuerit. Neque enim præfectus prætorio, sed præfectus Urbi de causis senatorum cognoscebat. Ex his facile mihi persuadeo, Apollonium fuisse senatorii ordinis, ut scripsit Hieronymus; qui cum, indicio nescio cuius desperati hominis, delatus fuisset ad Perennem præfectum prætorii quasi Christianus, interrogatus a iudice cuius dignitatis esset, cum se senatorii loci esse respondisset, jussus est a Perenne coram senatu rationem fidei suæ reddere. Quod cum Apollonius disertissime præstitisset, senatus sententia extremo supplicio affectus est. Quidni vero credamus Hieronymo, qui et in libro *De ecclesiasticis scriptoribus*, et in epistola ad Magnum, tam diserte significat Apollonium fuisse senatorem. Etsi enim hoc distincte non dicit Eusebius, id tamen ex ejus narratione omnino colligitur, ut supra ostendi. Deinde potuit Hieronymus legere Acta ipsa passionis Apollonii, ad quæ nos ablegat Eusebius. In quibus Actis, et senator Romanus, et a servo suo proditus dicebatur, ut credibile est. Hæc autem Acta Græco sermone perscripta fuerant Romæ a Græcis hominibus, eodem modo quo Acta martyrum Lugdunensium Græce scripta sunt Lugduni.

(44) Παρασχῶν ἀπολογίαν. Hieronymus ex hoc Eusebii loco male intellecto, Apollonium inter scriptores ecclesiasticos numeravit. *Apollonius*, inquit, *Rom. urbis senator, sub Commodo principe a servo proditus quod Christianus esset, imperato ut rationem fidei suæ redderet, insigne volumen composuit, quod in senatu legit; et nihilominus sententia senatus pro Christo capite truncatus est.* Quæ sine dubio Hieronymus ex prava Rufini interpretatione hausit, quam secutus quoque est Christophorus. Verum Eusebius Apollonium coram iudicibus pro fidei suæ defensione disertissime perorasse tantum dixit, non autem Apologeticum ab eo esse conscriptum. Hunc Rufini et Hieronymi errorem jaupridem notavit Scaliger in animadversionibus Eusebianis, pag. 208. Cui in hæc quidem parte libenter accedo. In eo vero quod Eusebii nostri verba interpolavit, longe, meo quidem iudicio, fallitur. Cum enim in Eusebii libris legatur: Πολλὰ λιπαρῶς ἰκετεύσαντος τοῦ δικαστοῦ, καὶ λόγον αὐτὸν ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς αἰτήσαντος, Scaliger correxit ἰκετεύσας τοῦ δικαστοῦ καὶ λόγον αὐτῷ ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς αἰτήσας δοῦναι· atque ita interpre-

δόγματος (45-46) συγκλήτου τελειούται μηδ' ἄλλως ἀφείσθαι τοὺς ἀπαξ εἰς δικαστήριον παρίοντας καὶ μηδαμῶς τῆς προθέσεως μεταβαλλομένους, ἀρχαίου παρ' αὐτοῖς νόμου (47) κεκρατηχότος. Τούτου μὲν οὖν τὰς ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ φωνὰς καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἅς πρὸς πεῦσιν πεποιήται τοῦ Περηνίου, πᾶσάν τε τὴν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀπολογίαν ὅτι διαγνῶναι φθλον, ἐκ τῆς τῶν Ἀρχαίων μαρτυριῶν (48) συναχθείσης ἡμῖν ἀναγραφῆς εἴσεται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Τίτες κατὰ τούτους ἐπίσκοποι τῶν ἐπαρχιῶν (49) ἐγνωρίζοντο (Nic. H. E. iv, 49).

Δεκάτη γε μὴν τῆς Κομόδου βασιλείας ἔτει, δέκα πρὸς τρισίν (50) ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν λειτουργή-
 κόντα Ἐλευθέρον διαδέχεται Βίκτωρ· ἐν ᾧ καὶ Ἰου-
 λιανοῦ δέκατον ἔτος ἀνατλήσαντος, τῶν κατ' Ἀλε-
 ξάνδρειαν παροικιῶν τὴν λειτουργίαν ἐγχειρίζεται
 Δημήτριος· καθ' οὗ καὶ τῆς Ἀντιοχείων Ἐκκλησίας
 ὕψους ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ὁ πρόσθεν ἦδη δεδηλωμέ-
 νος, ἔτι τότε Σαραπίων ἐπίσκοπος ἐγνωρίζεται· Και-
 σαρείας δὲ τῆς ἐπὶ Παλαιστίνῃ καθηγίτο Θεόφιλος.
 Καὶ Νάρκισσος δὲ ὁμοίως, οὗ καὶ πρόσθεν μνήμην
 ὁ λόγος ἐποίησατο, τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας
 ἔτι τότε τὴν λειτουργίαν εἶχεν. Κορίνθου δὲ τῆς καθ'
 Ἑλλάδα κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐπίσκοπος ἦν
 Βάκχυλλος (51), καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῃ παροικίας Πολυ-
 κράτης, καὶ ἄλλοι δὲ, ὡς γε εἰκὸς, ἐπὶ τούτοις μυ-
 ρίοι· κατὰ τούτους διέπρεπον. Ὡν γε μὴν ἔγγραφος ἡ
 τῆς πίστεως εἰς ἡμᾶς κατήλθεν ὀρθοδοξία, τούτους
 αἰκότως ὀνομαστὶ κατελέξαμεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τοῦ τότε κινήθητος ἀμφὶ τοῦ Πάσχα ζητή-
 ματος (Nic. H. E. iv, 36).

Ζητήσεως δῆτα κατὰ τούτους οὐ σμικρὰς ἀνακινή-

statur : Deo autem acceptissimus martyr, postquam
 multis precibus a iudice contendisset, ut in senatu
 rationem reddere sibi liceret, etc. Verum huic emen-
 datiqni omnes scripti codices, et ratio ipsa refraga-
 tur. Hieronymus quoque ita legit ut hodie editum
 est; vertit enim, imperato ut rationem fidei suæ red-
 deret.

(45-46) Ὡς ἀπὸ δόγματος. Omnes interpretes et
 ipse Scaliger hunc locum ita verterunt, quasi prima
 particula otiosa sit. Quod tamen verum non puto :
 primum quia senatores iudices non erant, nec juris-
 dictionem habebant; deinde Perennis, qui iudex
 erat in ea causa, Apollonium ad senatum remisit,
 non ut senatus de eo iudicaret, sed ut Apollonius
 coram eo rationem cultus sui redderet. Hunc scilicet
 honorem senatui defendendum putavit, ut homi-
 nem senatorii ordinis non prius damnaret, quam
 senatus ipse de ejus crimine cognovisset. Senatus
 igitur cum Apollonium audisset, hominem juxta
 legum præscripta judicandum esse respondit. Post-
 hæc Apollonius capite plexus est, iudicio quidem
 Perennis ipsius, sed tamen ex senatus sententia, eo
 quod senatus reum audierat, et in damnationem
 ejus consenserat.

(47) Ἀρχαίου παρ' αὐτοῖς νόμου. Lex pro more
 et consuetudine hic sumi videtur. Quanquam in-
 terpres de lege scripta hæc accepisse video. Le-
 gem igitur seu rēscriptum Trajani ad Plinium Se-
 cundum intelligo, in quo cavetur Christianos qui-

PATROL. GR. XX.

A fidei suæ redderet, elegantissima oratione pro-
 fensione fidei suæ coram omnibus pronuntiata, ca-
 pitali supplicio a senatu damnatus est. Quippe ve-
 teri apud eos lege sancitum erat, ut Christiani qui
 semel in jus vocati fuerant, nisi a proposito suo
 discederent, nequaquam dimitterentur. Porro cun-
 cta ab illo in iudicio dicta, et quæcumque Perenni
 interroganti respondit, et orationem illam quam
 pro fidei nostræ defensione in senatu habuit, quis-
 quis nosse voluerit, ex *Antiquorum martyrum pas-
 sionibus* a nobis collectis poterit percipere.

CAPUT XXII.

Quinam eo tempore episcopi inclaruerint.

Interea Commodus decimum annum imperii agente,
 cum Eleutherus tredecim annis episcopatum admi-
 nistrasset, 190 Victor in ejus locum successit.
 Eodemque anno cum Julianus decimum annum
 expleisset, Ecclesiarum Alexandrinæ administratio-
 nem suscepit Demetrius. Per idem tempus Sera-
 pio, de quo paulo ante diximus, Antiochensis Eccle-
 siæ episcopus successionis ordine octavus ab apo-
 stolis, etiam tum florebat. Cæsareæ vero in Palæ-
 stina præerat Theophilus. Narcissus item cujus su-
 pra meminimus, Hierosolymitanæ Ecclesiæ sacer-
 dotioungebatur. Tunc etiam Corinthii in Achaia
 Bacchylus, et Ephesi in Asia Polycrates episcopi
 fuere. Sed et alii præter hos innumerabiles iisdem,
 ut credibile est, temporibus enituerunt. Verum
 nos, ut par erat, eorum duntaxat nomina recensui-
 mus, qui rectæ fidei doctrinam scriptis suis proditi-
 tam nobis reliquerunt.

CAPUT XXIII.

De quæstione quæ tunc temporis agitata est super
 Pascha.

Iisdem temporibus gravi controversia exorta, eo

dem inquirendos non esse, oblatos vero puniri oportere.

(48) Τῶν Ἀρχαίων μαρτυριῶν. Edit. μαρτύ-
 ρων, sed longe rectius in codice Maz. et Fuk. legi-
 tur μαρτυριῶν. Nam Eusebii passionis martyrum,
 quæ Græce μαρτύρια dicuntur, collegerat, partim
 ex actis judicialibus, partim ex epistolis fidelium,
 ut ipse testatur in lib. iv, cap. 15. Hoc opus in-
 scriptum erat Ἀρχαίων μαρτυριῶν συναγωγή, ut vi-
 dere est in præfatione hujus libri. Quod postea
 Symeon Metaphrastes in collectionem suam trans-
 fudit.

(49) Ἐπίσκοποι τῶν ἐπαρχιῶν, id est, episcopi
 metropolitani. Potest etiam de patriarchis intelli-
 gi. Tamen in codice Mediceo voces illæ τῶν ἐπαρ-
 χιῶν omissæ sunt, nec eas agnoscit Rufinus, nec
 vetustissimus codex Maz. et Fuk.

(50) Δέκα πρὸς τρισίν. At in *Chronico* anni 15
 assignantur Eleuthero, et ad ultimum usque Com-
 modi annum ejus pontificatus producitur. Quæ pro-
 fecto mira dissensio est.

(51) Vulg. Βάκχυλλος. Rectius apud Nicephorum
 scribitur Βάκχυλος, nec aliter Rufinus et Hieronymus.
 Græci hujusmodi ὑποκριστικὰ per simplex λ efferre
 solent : Βάκχυλος, ex quo Βακχυλίδης, Σιμόλος, Πα-
 πύλος, Αἰσχύλας, Δημόλος. Interdum tamen per du-
 plex λ efferrunt diminutiva vocabula, ut Διούλλος et
 Ἡρόλλος, quod est parvus Jupiter, parvus Hercules.
 Ita ergo Βάκχυλλος, parvus Bacchus.

16

quod omnes per Asiam Ecclesiæ vetusta quadam traditione nixæ, quartadecima luna salutaris Paschæ festum diem celebrandum esse censebant, quo die præscriptum erat Judæis ut agnum immolarent : eaque omnino luna in quemcumque demum diem septimanæ incidisset, finem jejuniis imponendum esse statuebant : cum tamen reliquæ totius orbis Ecclesiæ alio more uterentur, qui ex apostolorum traditione profectus etiamnum servatur, ut scilicet non alio quam Resurrectionis Dominicæ die jejunia solvi liceat : synodi ob id, cœtusque episcoporum convenere. Atque omnes uno consensu ecclesiasticam regulam universis fidelibus per epistolas tradiderunt : ne videlicet ullo alio quam Dominico die mysterium Resurrectionis Domini unquam celebretur : utque eo duntaxat die Paschali jejuniorum terminum observemus. Exstat etiamnum epistola sacerdotum, qui tunc in Palestina congregati sunt : quibus præsidebant Theophilus Cæsariæ Palæstinæ, et Narcissus Hierosolymorum episcopus. Alia item exstat epistola synodi

(52) Vulg. *ὅτι δὴ τῆς Ἀσίας ἀπάσαι αἱ παροικίαι*. Longe præferenda est lectio quam in quatuor nostris codicibus reperimus Maz., Med., Fuk. et Savil., *ὅτι δὴ τῆς Ἀσίας ἀπάσης αἱ παροικίαι*. Porro Asia tribus modis sumitur, ut docet Aristides in *Allocutione Smyrnæa* ad imperatorem. Interdum enim accipitur pro tertia parte orbis terrarum, interdum pro provincia, in novem conventus seu jurisdictiones divisa, quæ parebat Romano proconsuli; nonnunquam strictius sumitur pro ea regione quæ ad fontes Mæandri porrigitur. Cum igitur Eusebius hic affirmet Asiæ totius Ecclesiæ diem Paschæ una cum Judæis celebrasse, quæri merito potest quomodo hic sumendum sit Asiæ nomen. Mihi quidem videtur intelligi provincia Asiæ quam proconsul regerat.

(53) *Ἐπὶ τῆς τοῦ σωτηρίου Πάσχα ἑορτῆς*. Nostri codices Maz., Med. et Fuk. scriptum habent *ἐπὶ τῆς τοῦ Πάσχα σωτηρίου ἑορτῆς*.

(54) *Κατὰ ταύτην... τὰς τῶν ἀσπιῶν ἐπιλύσεις*. Jacobus Usserius in *Prolegomenis ad Ignatii epistolas*, c. 9, scribit Asianos, qui primo Azymorum die cum Judæis Pascha celebrabant, eum diem cum inchoat jejunio transgisse, eoque demum transacto jejunium quadragesimale solvissent. Verum huic sententiæ refragatur Eusebius, qui diserte affirmat Asianos die 14 primi mensis, quamvis non esset Dominica, finem statuisse Quadragesimæ. Quod vero Usserius affert Chrysostomi testimonium, meo quidem iudicio, ejus sententiam nihil adjuvat. Nam Chrysostomus in oratione illa adversus eos qui primo Pascha jejunant, invehitur adversus quosdam Quartadecimanos, qui xiv luna cum Judæis Pascha celebrabant, eoque die jejunabant ac mysteria celebrabant; id enim proprium erat Quartadecimanorum, ut in eorum hæresi tradit Epiphanius. Verum priscos Asianos ita fecisse, nec Chrysostomus, nec alius quisquam dixit.

(55) *Τὰς ἀνὰ τὴν λοιπὴν ἅπασαν οἰκουμένην Ἐκκλησίαις*. Notanda sunt hæc Eusebii verba, quibus aperte significat, solos Asianos tunc temporis Pascha cum Judæis celebrasse, reliquas autem omnes Ecclesias aliter observasse. Quare non assentior Halloixio nec Usserio, aliisque, qui credunt Syros etiam ac Mesopotamios ac Cilicias idem tunc fecisse quod Asianos. Imo vero Syri et Mesopotamici hoc quidem tempore recte sentiebant, ut patet ex eorum conciliis, quæ hic ab Eusebio memorantur. Nam Osiroene pars est Mesopotamiæ Postea vero

Α θείσης, ὅτι δὴ τῆς Ἀσίας ἀπάσης αἱ παροικίαι (52) ὡς ἐκ παραδόσεως ἀρχαιοτέρας, σελήνης τὴν τεσσαρεσκαυδεκάτην ὄρον δεῖν ἐπὶ τῆς τοῦ σωτηρίου Πάσχα ἑορτῆς (53) παραφυλάττειν, ἐν ἧ ὅθειν τὸ πρόβρατον Ἰουδαίους προγγόρευον ὡς θεῖον ἐκ παντός κατὰ ταύτην, ὅποια δ' ἂν ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος περιτυγάνοι, τὰς τῶν ἀσπιῶν ἐπιλύσεις (54) ποιῆσθαι, οὐκ ἔθους ὄντος τοῦτον ἐπιτελεῖν τὸν τρόπον ταῖς ἀνὰ τὴν λοιπὴν ἅπασαν οἰκουμένην Ἐκκλησίαις (55), ἐξ ἀποστολικῆς παραδόσεως τὸ καλὸν εἰς δεῦρον κρατήσαν ἔθος φυλαττοῦσαι, ὡς μετὰ τὴν προσήκειν παρὰ τὴν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡμέρα τὰς νηστείας ἐπιλύσθαι (56). Σύνοδοι δὲ καὶ συγκαροτήσεις ἐπισκόπων ἐπὶ ταῦτον ἐγένοντο, πάντες τε μὲ γνῶμη δι' ἐπιστολῶν ἐκκλησιαστικῶν δόγμα τοῖς πανταχόθεν διετυποῦντο, ὡς ἂν μὴδ' ἐν ἄλλῃ ποτὲ τῆς Κυριακῆς ἡμέρα τὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐπιτελεῖτο τοῦ Κυρίου μυστήριον, ἀλλ' ὅπως ἐν ταύτῃ μόνῃ τῶν κατὰ τὸ Πάσχα νηστειῶν φυλαττομέθα τὰς ἐπιλύσεις (57). Φέρεται δ' εἰσεῖν τῶν τῶν κατὰ Παλαιστίνην τῆνικαδὲ συγκαροτημέ-

ad Judaicam observationem delapsi sunt : idque ante concilium Nicænum, ut docet Athanasius. Contra vero Asiani, damnato pristino errore, sanzionem sententiam amplexi sunt. Certe ante concilium Nicænum Asiani morem Ecclesiæ Romanæ sequuntur in observatione Paschæ, ut docet epistola Constantini ad Ecclesias, quam refert Eusebius in libro iii *De ejus vita*, cap. 18.

(56) *Τὰς νηστείας ἐπιλύσθαι*. Paulo ante dixerat τὰς τῶν ἀσπιῶν ἐπιλύσεις ποιῆσθαι. Cyrillus in *Homiliis Paschalibus* περιλύει τὰς νηστείας, pro eodem frequenter usurpat. Dicebatur etiam ἀπολύειν. Ita Epiphanius in hæresi lxxv, quæ est Acrianorum : Ποῖαν τε ἡμέραν ἄγειν, πῶς τε ἀπολύειν εἰς ἐπιψώσκουσαν Κυριακῆν, γανερῶν ἐστι. Item in *Ἐπισημῶσι fidei catholicæ* : Ἐν ἄλλοις δὲ τόποις οὐ γίνεταί λατρεία τῆς οἰκονομίας, ἢ μόνον ἐπιψώσκουσης τῆς Κυριακῆς, ὅτε ἀπολύει παρὰ τῶν ἀλεκτρούων κλαγγῆν. Scio quidem doctissimum Epiphanius interpretem ἀπολύειν vertisse *dimittere populum*. Verum interpretationem nostram confirmat Clemens in libro v *Constitutionum*, cap. 15, qui pro verbo ἀπολύειν, quo usus est Epiphanius, posuit ἀπονησίζεσθαι, qua voce usus est etiam Dionysius Alexandrinus in epistola ad Basilidem et Hippolytum in *Canone Paschali*. Quæsitum fuit apud veteres qua hora solvendum esset jejunium Paschale. Alii usque ad diluculum Dominicæ Paschalis post galli cantum aiebant producendum esse jejunium, ut videre est apud Epiphanium et Clementem. Alii vespere Sabbati Paschalis jejunium dissolvebant. Atque ita præcipit Cyrillus in *Homiliis paschalibus*. Quæ quidem institutio utilior videtur et rationi magis consentanea. Nam cum nocte quæ Paschalem diem antecedit, pernociandum esset in ecclesia, propter laborem vigiliæ sic jejunium solvi oportuit, ne fideles in ecclesia fatiscerent. Certe olim in Ecclesia Romana Sabbatis per Quadragesimam, non jejunabant, propterea quod ab eo die in ecclesia B. Petri vigiliæ agere consueverant, ut docet Leo in sermone 4, *de Quadragesima*. Sed et monachi quoties vigilandum esset, maturius finiebant jejunium, διὰ τὸν κόπον τῆς ἀγρυπνίας, ut legitur in *Typico* sancti Sabæ.

(57) *Φυλαττομέθα τὰς ἐπιλύσεις*. In codice Maz. et Fuk. scriptum inveni φυλαττώμεθα. Ac licet præserit ἐπιτελεῖτο, tamen hæc modi mutatio elegantior videtur.

ων γραφή, ὧν προϋπέτακτο Θεόφιλος (58) τῆς ἐν A
Καισαρείᾳ παροικίας ἐπίσκοπος καὶ Νάρκισσος τῆς
ἐν Ἱεροσολύμοις· καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμῃς δὲ ὁμοίως
ἄλλη περὶ τοῦ αὐτοῦ ζητήματος, ἐπίσκοπον Βίκτορα
δηλοῦσα· τῶν τε κατὰ Πόντον ἐπισκόπων ὧν Πάλ-
μας (59) ὡς ἀρχαῖότατος προϋπέτακτο, καὶ τῶν κατὰ
Γαλίαν δὲ παροικιῶν, ἃς Εἰρηναῖος ἐπισκόπει· ἐτι
τε τῶν κατὰ τὴν Ὀσροηνὴν καὶ τὰς ἐκεῖσε πόλεις.
Καὶ ἰδίως Βακχύλλου (60) τῆς Κορινθίων Ἐκκλη-
σίας ἐπισκόπου, καὶ πλείστων ὄσων ἄλλων, οἱ μίαν
καὶ τὴν αὐτὴν ὄξαν τε καὶ χρίσιν ἐξεντυγεμένοι,
τῆν αὐτὴν τέθεινται ψῆφον. Καὶ τούτων μὲν ἦν ὄρος
εἷς, ὁ δεδηλωμένος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ΄.

Περὶ τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν διαφωνίας
(N. c. II. E. IV, 57).

Τῶν δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων τὸ πάλαι πρό-
τερον αὐτοῖς παραδοθὲν διαφυλάττειν ἔθος χρῆναι
δυσχυριζομένων, ἤγειτο Πολυκράτης· ὃς καὶ αὐτὸς
ἐν ἧ πρὸς Βίκτορα καὶ τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν
διετυπώσατο γραφῇ, τὴν εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν παρά-
δοσιν (61) ἐκτίθειται διὰ τούτων· « Ἡμεῖς οὖν ἀρ-
χιεπίσκοπον ἀγομεν τὴν ἡμέραν, μήτε προστιθέντες,
μήτε ἀφαιρούμενοι. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν με-
γάλα στοιχεῖα κεκοίμηται, ἅτινα ἀναστήσασθαι τῇ
ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου, ἐν ἧ ἔρχεται μετὰ
δόξης ἐξ οὐρανῶν, καὶ ἀναστήσει πάντας τοὺς
ἀγίους, Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κε-
κοίμηται ἐν Ἱερραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ
γεγηρακῦναι παρθένοι. Καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ
ἐν ἀγίῳ Πνεύματι πολιτευσασμένη, ἣ ἐν Ἐφέσῳ
ἀναπαύεται· ἐτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στήθος
τοῦ Κυρίου ἀναπεσὼν, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον
πεφορεκῶς (62), καὶ μάρτυς, καὶ διδάσκαλος· οὗτος

(58) Ὁν προϋπέτακτο Θεόφιλος. Nicophorus,
cum hunc Eusebii locum exsciberet, Narcissum
Hierosolymorum episcopum Theophilo Cæsariensi
episcopo præposuit; in quo longe falsus est. Nam
Cæsariensis episcopus, ante concilium Nicænum,
et diu postea, metropolitani honorem ac dignitatem
semper obtinuit, ita ut omnibus Palæstinæ concilii
præsideret tanquam primæ sedis episcopus.
Nihilominus tamen Hierosolymorum episcopus hon-
or semper est habitus, utpote apostolicæ Ecclesiæ
quæ prima episcoporum habuisset. Itaque quodam
honoris privilegio fruebantur ejus sedis episcopi;
nec Cæsariensi episcopo subjacebant, sed erant αὐτο-
κέφαλοι. Id declarat canon 7 concilii Nicæni. Sed
et Græcus auctor *Synodici*, cum Cæsariensem epi-
scopum Hierosolymitano anteponi minime ferret,
duas ex una finxit synodos: primam Hierosolymi-
tanam Narcissi, secundam Cæsariensem Theophili.

(59) Πάλμας. Erat hic episcopus Amastriidis in
Ponto, de quo Dionysius Corinthiorum episcopus in
epistola ad Ecclesiam Amastrianorum, teste Eu-
sebio in lib. IV, cap. 25. Eodem nomine fuit qui-
dam vir consularis quem Adrianus occidi jussit,
ut scribit Spartianus. Male a Rullino et Christo-
phorsono Palmas dicitur et Palmæas. Nam Πάλμας
Latinus est *Palma*, ut *Μίδας Μίδα*, *Θρασιάς Θρα-
σεα*, *Μνασιάς Μνασεα*. Porro Eusebius hunc Pal-
mam præsedisse ait ob antiquitatis prærogativam,
non autem quasi metropolitanum. Neque enim
Amastris, sed Heraclea metropolis fuit urbium
Ponti. Verum in ecclesiasticis conciliis diversa fuit
sedendi ratio pro diversis temporibus ac locis.
Simplicissima quidem et rationi maxime consenta-

A Romanæ, cui Victoris episcopi 191 nomen præ-
fixum est. Habentur præterea litteræ episcoporum
Ponti, quibus Palma utpote antiquissimus præfuit.
Epistola quoque Ecclesiarum Galliæ exstat, quibus
præerat Irenæus. Ecclesiarum quoque in Osdroenæ
provincia et in urbibus regionis illius constituta-
rum litteræ videntur. Seorsum vero Bacchylli Co-
rinthiorum episcopi, aliorumque eomplurium epi-
stolæ exstant. Qui omnes eandem fidem eandem-
que doctrinam proferentes, unam edidere senten-
tiam. Et hæc quidem fuit, ut dixi, illorum desini-
tio.

CAPUT XXIV.

De dissensione Ecclesiarum Asiæ.

B

Episcopis vero Asiæ, qui morem sibi a majoribus
traditum retinendum esse acriter contendebant,
Polycrates præerat. Qui quidem in ea epistola quam
ad Victorem et ad Romanæ urbis Ecclesiam scrip-
psit, traditionem ad sua usque tempora propagatam
exponit his verbis: « Nos igitur verum ac genui-
num agimus diem: nec addentes quidquam, nec
detrahentes. Etenim in Asia quædam lumina
exstincta sunt, quæ illo adventus Dominici die re-
surrectura sunt, cum Dominus e cælo veniet ple-
nus majestate et gloria, sanctosque omnes suscita-
bit. Philippus scilicet unus e duodecim apostolis,
qui mortuus est Hierapoli, et duæ ejus filiæ quæ
virgines consenuerunt: alia quoque ejusdem filia,
quæ Spiritu sancto afflata vixit, et Ephesi requie-
scit. Præterea Joannes qui in sinu Domini recubuit,
qui etiam sacerdos fuit, et laminam gestavit; mat-
tyr denique et doctor exstitit. Hic, inquam, Joane-

nea sessionis fuit ratio, ut antiquissimus episcopus
cæteris præsideret. Postea episcopis primariarum
urbium seu metropoleon, id honoris concessum.
Apostolicæ vero sedes, utpote matres reliquarum
Ecclesiarum, citra controversiam principem semper
locum obtinuerunt. Inter quas Romana Ecclesia,
tanquam caput omnium Ecclesiarum ab apostolicis
usque temporibus habita est.

(60) Καὶ ἰδίως Βακχύλλου. Hieronymus in libro
De Script. eccles. hunc locum ita exponit: *Bacchy-
tus Corinthi episcopus sub eodem Severo principe
clarus habitus, de Pascha ex omnium qui in Achaia
erant episcoporum persona, elegantem librum scripsit.*
Ex his apparet, Hieronymum vocem ἰδίως ita in-
terpretatum esse, quasi Bacchylus seorsum et ipse
in Achaia concilium congregaverit. Verum alius
quoque sensus afferri potest, ut scilicet Bacchylus
privato nomine epistolam scripserit de Pascha, non
autem synodicam ut cæteri. Sic ἰδίαν ἐπιστολήν
dicit Eusebius in lib. VI, cap. 11.

(61) Τὴν εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν παράδοσιν. Codex
Mediceus et Savilii scriptum habent, εἰς αὐτούς,
non male; vulgatam tamen lectionem tuetur Ru-
linus.

(62) Τὸ πέταλον πεφορεκῶς. Hieronymus in
lib. *De Script. eccles.* hæc Polycratis verba sic ver-
tit, *qui supra pectus Domini recubuit, et pontifex
ejus fuit, auream laminam in fronte portans.* Ru-
linus vero ita interpretatur, *qui fuit summus sacer-
dos et pontificale πέταλον gessit.* De pontificatu Ju-
dæorum hæc non esse accipienda, satis apparet.
Neque enim Joannes pontifex fuit Judæorum, aut
ex genere sacerdotali. Itaque recte Hieronymus

nes apud Ephesum extremum diem obiit. Polycarpus quoque, qui apud Smyrnæ episcopus et martyr fuit, itemque Thraseas Eumeniæ episcopus et martyr, qui Smyrnæ requiescit. Quid Sagarim episcopum eundemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ est mortuus? Quid beatum Papirium, quid Melitonem eunuchum, qui Spiritu sancto afflatus cuncta gessit: qui et Sardibus situs est, adventum Domini de cælis, in quo resurrecturus est, exspectans. Hi omnes diem Paschæ quarta decima una juxta Evangelium observarunt, nihil omnino variantes, sed regulam fidei constanter sequentes. Ego quoque omnium vestrum minimus Polycrates, 192 ex traditione cognatorum meorum, quorum etiam nonnullos assectatus sum: fuerunt enim septem omnino ex cognatis mei episcopi, quibus ego octavus accessi. Qui quidem omnes semper Paschæ diem tunc celebrarunt, cum Judæorum populus fermentum abjiceret. Ego, inquam, fratres, quinque et sexaginta annos natus in Domino, qui cum fra-

vocem addidit *pontifex ejus*, id est Christi. Tria enim in Joanne notat Polycrates, quæ ad commendationem ejus faciebant. Primum quod sacerdos fuerit, deinde quod martyr; tertio quod doctor seu evangelistes. Proinde ut martyr Christi et evangelistes Christi fuit, sic etiam sacerdos Christi intelligatur necesse est. Quod autem de lamina dicit Polycrates, credibile est primos illos Christianorum pontifices exemplo Judaicorum pontificum, hoc honoris insigne gestasse. Certe et Jacobum fratrem Domini qui primus Hierosolymis episcopus est ordinatus, pontificalem laminam in fronte gestasse auctor est Epiphanius in hæresi Nazaræorum, et in hæresi LXXVIII. Idem de Marco evangelista tradit auctor ms. *Passionis ejus: Quem quidem B. Marcum juxta ritum carnalis sacrificii, pontificalis apicis petalum in populo gestasse Judæorum, illustrium virorum syngraphæ declarant: ex quo manifeste datur intelligi, de stirpe eum levitica, imo pontificis Aaron sacræ successionis originem habuisse.*

(63) *Kal Θρασεάς.* Hic est Thrasea martyr, ejus mentionem facit Apollonius in libro *Contra Cataphrygas*, supra cap. 18, in line: *Kal Θρασεά δέ τινος τῶν τότε μαρτύρων μνημονεύει.* Hunc in urbe Smyrnæ martyrio consummatum esse scribit Rufinus, quem secuti sunt Beda, Ado et cæteri qui *Martyrologia* scripserunt. Polycrates tamen tantum dixit, ὅς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται.

(64) *Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα.* Hujus martyris mentionem facit Melito, Sardianus episcopus, in libro *De Pascha*, his verbis: *Ἐπὶ Σερουίλιου Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, ἢ Σάγαρις καὶ τῶν ἐμαρτύρησεν, ἐγένετο ζήτησις πολλή ἐν Λαοδικείᾳ, etc.*, quæ citavit Eusebius supra in libro IV. Fuit hic episcopus Laodiceæ in Asia; ejus temporibus commota est quæstio in urbe Laodicea de festo paschali. In veteri *Martyrologio Romano* quod edidit Rosweydsus, quinto die Octobris hæc habentur: *Eumeniæ Thraseæ episcopi, apud Smyrnæ coronati, qui unus fuit ex antiquis.* Die autem sequenti hæc notantur: *Sagaris episcopi Laodicensis, de antiquis Pauli apostoli discipulis.*

(65) *Παπείριον τὸν μακάριον.* In cod. Maz., Med. et Fuk. scriptum invenit Παπίριον, quod est nomen Romanum. Et Polycrates quidem non dicit cujus urbis episcopus fuerit hic Papirius. Invenio tamen apud Symeonem Metaphrastem, Papirium hunc successorem fuisse B. Polycarpi Smyrnæorum episcopi. Verba Symeonis hæc sunt in *Vita S. Polycarpi*: Κατέστησε δὲ ὁ Πολύκαρπος καὶ ἄλλους μὲν

ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. Ἐτι δὲ καὶ Πολύκαρπος ὁ ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς καὶ Θρασεάς (63) καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενείας, ὅς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. Τί δὲ δεῖ λέγειν Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα (64), ὅς ἐν Λαοδικείᾳ κεκοίμηται; Ἐτι δὲ καὶ Παπείριον τὸν μακάριον (65), καὶ Μελιτώνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον (66) ὅς κεῖται ἐν Σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπήν, ἐν ἧ ἔκ νεκρῶν ἀναστήσεται. Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαίδεκάτης τοῦ Πάσχα κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες. Ἐτι δὲ καὶ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης, κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν. Ἐπτά μὲν ἦσαν συγγενεῖς (67) μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος· καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου, ὅταν ὁ λαὸς ἤρπυε τὴν ζύμην (68)· ἐγὼ οὖν, ἀδελφοί, ἐξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ, καὶ συμβεβηκώς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς,

διακόνους· ἕνα δὲ ᾧ ὄνομα Καμέριος, ὅς καὶ τρίτος ἀπ' αὐτοῦ μετὰ Παπύριον ἐπίσκοπος γεγένηται. Rufinus quoque *Papyrium* vocat. Sic enim præferunt vulgatæ editiones; sed vetustissimus codex Corbeiensis habet *Papirium*.

(66) *Τὸν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον.* Hieronymus in libro *De script. eccl.* hæc Polycratis verba ita vertit: *Et Melitonis in sancto Spiritu eunuchi, qui semper Domino serviens positus est in Sardis.* Ex quibus apparet, Hieronymum verba Polycratis male distinxisse in hunc modum: *Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον.* Rectius Rufinus ita interpretatur: *Melitonem propter regnum Dei eunuchum, et Spiritu sancto repletum.* Sic enim supra Polycrates de Philippi filia locutus est: *Καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πολιτευσάμενη, id est, Spiritu sancto repleta.* Certe Melitonem a plerisque prophetam existimatum fuisse testatur ipse Hieronymus in libro *De script. eccl.*, ita de eo scribens: *Hujus elegans et declamatorium ingenium laudans Tertullianus in septem libris quos scripsit adversus Ecclesiam pro Montano, dicit eum a plerisque nostrorum prophetam putari.*

(67) *Ἐπτά μὲν ἦσαν συγγενεῖς.* Rufinus existimavit septem ordine parentes seu propinquos Polycratis, episcopatum Ephesi gessisse. Sic enim vertit: *Septem namque ex parentibus meis per ordinem fuerunt episcopi, et ego octavus.* Certe hic sensus ex verbis Græcis elici potest. Tamen cum Polycrates non addat, propinquos suos Ephesinæ urbis omnes episcopos fuisse, possumus intelligere illos in diversis Asiæ urbibus sacerdotium obtinuisse.

(68) *Ὅταν ὁ λαὸς ἤρπυε.* Text. vulg. ἤρπυε, quod ferri non potest; nam quartadecima luna primi mensis populus Judæorum non parabat fermentum, sed potius projiciebat. Sic enim discrete lex jubet. Quare hoc loco restituimus scripturam optimorum codicum Vaticani, Regii et Mazarini, in quibus discrete scriptum est ἤρπυε τὴν ζύμην. In Fuk. scriptum invenit ἤρπυε. Sed et in codice Mediceo prius scriptum erat ἤρπυε, sed postea erasa litera *ρ*, ejus loco *τ* substitutum est. Est autem ἀρπύειν plebeium vocabulum; ejusmodi verbis amat uti Polycrates, ut ex hac epistola apparet. Significat autem *tollere, removere*; unde et ἀρπύεσθαι. Cæterum in antiquis codicibus Vaticano et Mazarino ad marginem scriptum est eadem manu Γρ. ἤρπυε, id est, *alias scribitur ἤρπυε.* Quam de-

καὶ πᾶσαν ἀγίαν Γραφήν διεληλυθώς, οὐ πτύρομαι· ἐπὶ τοῖς καταπληροσσομένοις. Οἱ γὰρ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι· « Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. » Τούτοις ἐπιφέρει περὶ πάντων γράφων τῶν συμπαραόντων αὐτῷ καὶ ὁμοδοξούντων ἐπισκόπων, ταῦτα λέγων· « Ἐδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων τῶν συμπρόντων μνημονεῦσαι, οὐδ' ὁμῆς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ (69), καὶ μετεκαλεσάμην· ὧν τὰ ὀνόματα ἐν γράφῳ, πολλὰ πλήθη εἰσίν. Οἱ δὲ ἰδόντες τὸν μικρὸν μου ἀνθρώπον, συνηυδοκῆσαν τῇ ἐπιστολῇ, εἰδότες ὅτι εἰχὴ πολιὰς οὐκ ἤνεγκα, ἀλλὰ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ πάντοτε πεπολιτευμαι. » Ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν τῆς Ῥωμαίων προεστώς Βίκτωρ, ἀθρόως τῆς Ἀσίας πάσης ἄμα ταῖς ὁμόροις Ἐκκλησίαις τὰς παροικίας ἀποτέμνειν, ὡς ἑτεροδοξούσας, τῆς κοινῆς ἐνώσεως πειρᾶται, καὶ στηλιτεύει (70) γὰρ διὰ γραμμάτων, ἀκοινωνήτους ἄρδην πάντας τοὺς ἐκεῖσε ἀνακηρύττων ἀδελφούς. Ἄλλ' οὐ πᾶσι γὰρ τοῖς ἐπισκόποις ταῦτ' ἠρέσκετο. Ἀντιπαρακαλεῦνται δὴ τὰ αὐτῷ, τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον ἐνώσεως καὶ ἀγάπης φρονεῖν. Φέρονται δὲ καὶ αἱ τούτων φωναὶ, πληκτικώτερον καθάπατομένων τοῦ Βίκτωρος. Ἐν οἷς καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν ἤγειτο (71) κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφῶν ἐπιστεῖλας,

⁷¹ Act. v.

teriolem lectionem Rob. Stephano placuisse miror. Certe Rufinus ἤρως legat, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit, *qui omnes ita observarunt hunc diem, ut conveniret cum illo quo fermentum Judæorum populus aufert*. Facessat igitur deinceps emendatio eorum, qui ἤρως τὰ ἄξυμα hic restituent.

(69) *Οὐδ' ὁμῆς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ*. Scripsit igitur Victor papa ad Polycratem Ephesinæ urbis episcopum, ut, convocato episcoporum Asiæ concilio, litteras suas et sententiam Romani concilii de celebratione festi paschalis ipsis recitaret: minatus sese illum a communione Romanæ Ecclesiæ segregaturum, nisi decretis suis obtemperaret, et minis quidem Victoris ita respondet Polycrates: *Οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπληροσσομένοις*. Cæterum quod attinet ad convocationem episcoporum, Polycrates Victori obtemperavit, ut ex hoc loco apparet.

(70) *Καὶ στηλιτεύει*. Langus quidem vertit *notat*. Musculus vero et Christophoronus verterunt *invehitur*, quia scilicet στηλιτευτικός λόγος *invektiva oratio* dicitur. Cæterum cum hæc ab Eusebio obscurius narrata sint, multi dubitarunt utrum Victor papa Ecclesiæ Asiæ a communione sua revera sejunxerit, an vero id tantum conatus atque interminatus sit. Quod ad me attinet, hoc postremum verius puto. Etenim Eusebius disertè dicit ἀποτέμνειν πειρᾶται. Deinde epistolæ Irenæi et aliorum episcoporum ad Victorem scriptæ, satis arguunt rem adhuc in pendenti fuisse, nec damnationis sententiam etiamtum a Victore in Asianos fuisse prolatam. Sic enim scribit Eusebius de Irenæi litteris ad Victorem: *Τῷ γὰρ μὴν Βίκτωρι προσηρόντως ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας Ἐκκλησίας Θεοῦ, πλείστα ἔτρα παρανεῖ*. Nondum ergo Ecclesiæ Asiæ a communione Victor absciderat, cum has litteras scriberet Irenæus, quandoquidem Victorem Irenæus his litteris admonet, ne illas ob vetustis moris observantiam a totius Ecclesiæ corpore sejungere velit. Socrates tamen in libro v, cap 22, Eusebii verba ita accepit, quasi Victor Asianos a communione sua separaverit. Atque ita auctor *Libri synodici*, cujus tamen testimonium parvi facio. Obser-

A tribus toto orbe dispersis sermones sæpe contuli, qui Scripturam sacram omnem perlegi, nihil moveor iis quæ nobis ad formidinem intentantur. Et enim ab illis qui me longe majores erant dictum scio: « Obedire oportet Deo magis quam hominibus ⁷¹. » Post hæc de episcopis qui simul aderant cum hæc scriberet, et eadem cum ipso sentiebant, sic loquitur: « Possem etiam episcoporum qui mecum sunt, facere mentionem, quos petiistis ut convocarem, sicut et feci. Quorum nomina si ascripsero, ingens numerus videbitur. Hi cum me pusillum hominem invisissent, epistolam nostram assensu suo comprobant, gnari me canos istos non frustra gestare, sed vitam ex præceptis institutisque Jesu Christi semper egisse. » His ita gestis, Victor quidem Romanæ urbis episcopus illico omnes Asiæ vicinarumque provinciarum Ecclesias tanquam contraria rectæ fidei sentientes, a communione abscindere conatur; datisque litteris universos qui illic erant fratres proscribit, et ab unitate Ecclesiæ prorsus alienos esse pronuntiat. Verum hæc non omnibus placebant episcopis. Proinde Victorem ex adverso hortati sunt, ut ea potius sentire vellet quæ paci et unitati charitatisque erga proximum congruebant.

vavi enim illum scriptorem, quisquis fuerit, multa temere confingere. Sed nostram sententiam confirmat, primo Eusebius ipse in locis supra citatis. Deinde Photius in *Bibliotheca*, cap. 120, ubi scribit Irenæum plures dedisse litteras ad Victorem papam, dum illum hortatur ne ob dissensionem de Pascha ullos a communione Ecclesiæ segregaret. Ergo ante litteras Irenæi neminem adhuc Victor a communione præsciderat. Sed neque dici potest post epistolam Irenæi id a Victore factum fuisse. Primo enim Eusebius hoc non dicit, non omissurus utique, si id a Victore postea factum fuisset. Imo vero prorsus contrarium innuit, dum Irenæum ob hujusmodi litteras vocat εἰρηνοποιόν, id est *pacis auctorem*. Litteræ igitur Irenæi ad Victorem papam scriptæ, pacem Ecclesiæ præstiterunt. Cum enim Victor paratus esset excommunicationis sententiam promere adversus Asianos, Irenæi epistola eum a consilio dimovit. Quare non assentit Halloixio, qui ad *Vitam Irenæi*, pag. 668, asserit Victorem adversus Asianos excommunicationis tulisse sententiam.

(71) *Εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν ἤγειτο*. Fit igitur hæc Irenæi epistola synodica, utpote scripta nomine Ecclesiarum Galliæ, cujus caput erat Lugdunum. Proinde hæc epistola ferri debuerat inter concilia Galliæ, ut olim monui Jacobum Sirmondum, virum doctissimum, nec unquam nisi honorifice nominandum. Etenim ille editionem suam *Conciliorum Galliæ* a Constantini temporibus exorsus est; hoc solum in præfatione sua monuisse contentus, duas synodos Lugdunenses quibus præfuit Irenæus memorari: quarum in altera Valentinus et Marcion damnati sint. In altera vero Pascha nonnisi die Dominico celebrandum cum tredecim episcopis Irenæus decrevit. Verum quoniam harum synodorum obscurior esset memoria, ideo se illas prætermisisse scribit. Ego vero prioris quidem illius synodi Lugdunensis fateor obscuram esse memoriam. Sed posterior illa in qua de die Paschæ actum est, illustrissimo Eusebii testimonio confirmatur. Locus est cap. 23 hujus libri, ubi de synodis episcoporum agit, quæ ob controversiam super Pascha variis in locis congregatæ sunt, et de synodicis cujusque concilii

Exstant etiamnum eorum litteræ, quibus Victorem acerbius perstringunt. Ex quorum numero Irenæus in epistola quam scripsit nomine fratrum quibus præerat in Gallia, illud quidem defendit, solo die Dominico resurrectionis Domini mysterium esse celebrandum: Victorem tamen decenter admonet, ne integras Dei Ecclesias morem sibi a majoribus traditum custodientes, a communione abscindat. Et

Α παρίσταται μὲν τὸ δεῖν (72) ἐν μόνῃ τῇ τῆς Κυρ. x-κῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως ἐπιτελεῖσθαι μυστήριον τῷ γε μὴν Βίκτορι προσηρόντως ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας Ἐκκλησίας Θεοῦ ἀρχαίως ἔθους παράδοσιν ἐπιτηρούσας, πλεῖστα ἕτερα παραίνεϊ, καὶ αὐτοῖς δὲ βήμασι τὰδε ἐπιλέγων· Ἐοὐδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἶδους (73) αὐτοῦ τῆς νηστείας (74).

litteris tractans Eusebius, Lugdunensem synodum cui præfuit Irenæus, non postremo loco commemorat, καὶ τῶν κατὰ Γαλλίαν παροικιῶν, ἃς Εἰρηναῖος ἐπισκόπος. Subjungit etiam Eusebius epistolam synodicam Irenæi, de qua nunc agimus. Quanquam dubitari potest, utrum hæc synodica Irenæi epistola ad Victorem papam eadem sit cum illa cujus meminit Eusebius in dicto capite 23, an autem diversa, et in alia synodo Lugdunensi conscripta. Equidem unam eandemque esse existimo. Id enim suadere videntur Eusebii verba, cum dicit: Παρίσταται μὲν τὸ δεῖν ἐν μόνῃ τῇ τῆς Κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως ἐπιτελεῖσθαι μυστήριον. Deinde quod ait Eusebius, hanc epistolam esse personam fratrum, id est episcoporum Galliæ, ab Irenæo esse conscriptam. Neque enim verisimile est, duas synodos de una eademque re tam brevi temporis intervallo in Gallia congregatas fuisse. Porro si quis scire desiderat undenam Jacobus Sirmondus duas illas Lugdunenses hauserit synodos, sciat id desumptum esse ex veteri *Synodico* Argentorati edito. Sed hujus libelli auctorem sublestæ fidei esse jam supra monuimus; qui cum sciret Irenæum adversus Valentinum et alios hæreticos scripsisse, arrepta hinc occasione, snxit synodum Lugdunensem adversus illos hæreticos ab Irenæo collectam fuisse.

(72) Παρίσταται μὲν τὸ δεῖν. In libro Turnebi ad oram emendatum est τὸ δεῖν. Quæ emendatio etiam in Moræi ac Gruteri libris habetur. Nec dubito quin Eusebius ita scriptum reliquerit. Sic enim loqui solet, ut notavi ad caput vicesimum tertium libri quarti.

(73) Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἶδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. Duplicem ait Irenæus tunc temporis fuisse dissensionem in Ecclesia: primam de die Paschæ, alteram de forma jejunii. Non dicit dissensionem de jejunio, sed tantum de jejunii forma; id est, quot diebus esset jejunandum, et postea explicat Irenæus. Omnes enim, tam ii qui Pascha die Dominico celebrabant, quam illi qui cum Judæis quarta decima luna festum illud peragebant, in eo quidem conveniebant, quod ante Pascha jejunarent. Quod jejunium ex traditione apostolica susceperant perinde ac festum Paschale. Certe Eusebius in libro secundo, capite decimo septimo, testatur Christianos in Ægypto temporibus beati Marci evangelistæ, paschale jejunium celebrasse. Ac licet fortasse quis concesserit Eusebium illic falli, qui Therapeutas illos de quibus Philo in libro *De vita contemplativa*, Christianos fuisse crediderit, illud tamen ex eo loco colligitur, paschale jejunium usitatum fuisse temporibus apostolorum juxta Eusebii sententiam. Idem quoque ex Epiphania licet colligere.

(74) Τῆς νηστείας. Tres apud veteres Christianos fuere jejunii species. Primum fuit jejunium quartæ et sextæ feriæ, quod solvebatur hora diei nona, post finem stationis seu συνάξεως. Quare a Tertulliano vocantur stationum semijejunia. In *Typico* monasterii Sancti Sabæ dicitur νηστεία τῆς

ἐννάτης. Secunda species fuit jejunium Quadragesimale, quod sub vesperam solvebatur. Nam hora nona fiebat synaxis, et post missarum solemnities vespertinum canebatur officium, ac deinde populus dimittebatur, ut docent Epiphanius, Amalarius et concilia Anglicana. Tertium genus jejunii fuit omnium strictissimum, quod usque ad galli cantum et prima lucis exortum producebatur: quod idcirco ὑπερθεσις dicebatur, Latine *superpositio*. Hæc tria jejunandi genera aperte distinguit Epiphanius in *Expositione fidei catholica*, quæ legitur ad calcem librorum illius *Contra hæreses*. Postquam enim de jejunio quartæ et sextæ feriæ, itemque de jejunio Quadragesimæ locutus est, transiens ad jejunium Paschalis hebdomadis, ait fideles per eam hebdomadam solo pane et aqua vesci ad vesperam. Additque: Ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαῖοι διπλάς καὶ τριπλάς καὶ τετραπλάς ὑπερτιθέσασιν, καὶ ὅλην τὴν ἑβδομάδα τινὲς ἄχρι ἀλεχτρούων κλαγγῆς. Id est: *Verum hi qui studiosi sunt, biduum ac triduum et quadriduum superponunt: quidam totam hebdomadam usque ad galli cantum.* Dionysius quoque Alexandrinus in epistola ad Basilidem, νηστείαν et ὑπέρθεσιν aperte distinguit. Postquam enim dixit, per sex illos jejuniorum dies qui Pascha antecedunt, non ex æquo ab omnibus jejunari, subdit hæc verba: Οἱ μὲν πάσας ὑπερτιθέσασιν ἄσπιτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας: οἱ δὲ οὐδεμίαν, καὶ τοῖς μὲν πάνυ διαπονηθεῖσιν ἐν ταῖς ὑπέρθεσιν, εἴτα ἀποκαμοῦσι καὶ μονοῦ ἐκλείπουσι, συγγνώμη τῆς ταχυτέρας γέσεως: οἱ δὲ τινες οὐχ ὅπως οὐχ ὑπερτιθέμενοι, ἀλλὰ μὴδὲ νηστεύσαντες, etc. Id est: *Alii quidem totum sex dierum spatium superponunt, jejunii perseverantes: alii vero biduum, quidam triduum, nonnulli quadriduum: alii ne unum quidem diem superponunt. Et iis quidem qui multum in superpositionibus desudarunt, ac deinde fessi propemodum deficiunt, indulgentia est celerior refectio. Si qui vero non modo non superposuerunt, sed ne jejuniarunt quidem, etc.* Vides jejunium a superpositione hic distingui a Dionysio, et ὑπέρθεσιν quidem sumi pro abstinentia a cibo usque ad galli cantum: jejunium vero pro inedia usque ad vesperam. Tertullianus quoque tres agnoscit species jejunii. Primam penitus sublata cibi, secundam diminuti, tertiam demorati. Primam simpliciter jejunium solet appellare: secundam vero alicubi vocat portionale jejunium et xerophagiam; tertiam, stationum semijejunia. Cum tres ergo fuerint species jejunii, quæri non immerito potest de qua loquatur hic Irenæus. Ac primum constat Irenæum non hic loqui de jejunio quartæ et sextæ feriæ, seu de jejunio stationum. Quippe Irenæus hic manifeste loquitur de jejunio diei solidi, non autem dimidiati. Ait enim: Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, etc. At jejunium quartæ et sextæ feriæ non erat plenum jejunium, nec diei solidi, ut supra dixi. Quare locus Irenæi de hoc jejunio intelligi non potest. Restat ergo ut vel de jejunio quadragesimali, quod solvebatur ad vesperam, vel de superpositione locum hunc accipiamus. Ac Dionysius quidem Alexandrinus et Epiphanius in locis supra memoratis suadere videntur ut de superpositione potius intelligamus.

Οὐ μὲν γὰρ οἴονται (75) μίαν ἡμέραν (76) δεῖν αὐτοὺς Ἀ νηστεύειν, οἱ δὲ δύο (77), οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα (78) ὥρας ἡμερινὰς τε καὶ νυκτερινὰς

(75) *Οὐ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν.* Hæc Irenæi verba varie a variis accepta sunt, dum pro suo quisque studio Irenæum ad suas partes trahere conatur. Bellarminus quidem de Quadragesima locum hunc intellexit. id est de quadraginta dierum jejuniis ante Pascha. Itaque cum Irenæus scribit quosdam unum diem jejunasse, id Bellarminus ita intelligit, ut diem unum, verbi gratia secundam feriam, absque ullo transegerint cibo, ac deinde modica refectioe corpus curaverint. Idem deinceps tertia feria, idem quarta, quinta et sexta fecerint, donec totam Quadragesimam expressent. Verum hæc explicatio et a verbis et a sensu Irenæi penitus abhorret. Nonnullos vidi qui hunc Irenæi locum de quadraginta quidem dierum jejuniis acciperent, sed ita explicarent, ut quidam uno die, quidam biduo aut triduo jejunarent per singulas Quadragesimæ hebdomadas. Quæ quidem expositio priorè illa multo videtur probabilior. Alii, inter quos est cardinalis Perronius, Irenæi locum accipiunt, non de tota Quadragesima, sed de hebdomadè Paschali, quæ incipit a secunda feria majoris hebdomadæ. Confirmat hanc sententiam Dionysius Alexandrinus in epistola ad Basilidem, his verbis: Ἐπεὶ μὴδὲ τὰς ἑξ τῶν νηστείων ἡμέρας ἴσως μὴδὲ ὁμοίως πάντας διαμένουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτίθεισιν, etc., ut supra. Non ovum ovo similis est, quam sunt inter se similia hæc duo loca, Irenæi ac Dionysii, adeo ut Dionysius cum hæc scriberet, Irenæi locum in mente habuisse mihi videatur. Tertius his adjungit potest locus Epiphani in *Expositione fidei catholicæ*, supra jam a nobis commemoratus.

(76) *Μίαν ἡμέραν.* Sine dubio intelligit Irenæus sextam feriam majoris hebdomadæ. Cum enim de jejuniis paschali loquatur, et quosdam uno duntaxat die jejunare dicat, quem alium diem intelligere potest, quam diem Paschæ? Sic enim vocabatur dies ille, ut ex Tertulliano jam pridem ab aliis observatum est. Quo quidem die, communis et publica jejunii religio erat, ut scribit Tertullianus in libro *De oratione*. Qua de re insignis est Methodii locus in *Convivio virginum*, oratione tertia, qui hic meretur ascribi: Ὡσπερ γὰρ εἰ τις ἐν ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα καὶ τῆς νηστείας ἐπιφαιλῶς νοσηλευομένῳ προσέφερε τροφήν, καὶ ἐκέλευε διὰ τὴν ἀσθένειαν ἀπογεύσασθαι τοῦτων τῶν προαφερομένων, λέγων· Ὡς ἄρα τὸ μὲν ἀληθῶς, ὡ αὐτός, καλόν, ἐχρῆν ὡσπερ δὴ καὶ ἡμεῖς, καὶ σὲ καρτερώς διαμείναντα, τῶν αὐτῶν μεταλαβεῖν· ἀπηγγέρευται γὰρ σήμερον διατίθῃ ἐπιμνησθῆναι τὸ σύνολον. Id est: *Nam quemadmodum si cui periculose ægrotanti die Paschæ ac jejunii, cibum aliquis porrigat, jubeatque ut ob corporis infirmitatem dequæstet aliquid ex iis quæ porriguntur, ita dicens: Bonum revera esset, o amice: oportebat te quoque, sicut et nos, fortiter perseverantem eadem percipere.* Hodie enim penitus interdictum est ullam cibi mentionem facere. Et hoc est jejuniium quod in Canonibus Timothei Alexandrini vocatur ἡ νηστεία τοῦ Πάσχα. De ejusdem diei solemnij jejuniio Tertullianus in libro *De jejuniis* ita loquitur: *Cur stationibus quartam et sextam Sabbati dicamus, et jejuniis Parascevem?* Quippe hic dies κατ' ἐξοχὴν dicebatur Parasceve. Cyrillus Hierosolymitanus in *Catechesi* 18: *Διὰ δὲ τὸν κάματον τὸν προγεγόμενον ὑμῖν ἕκ τε τῆς υπερθέσεως τῆς νηστείας τῆς παρασκευῆς, καὶ τῆς ἀγρυπνίας, etc.* Id est: *Ob labore tuo antecedentem, tum ex superpositione jejunii Parasceves, tum ex pervigilio, etc.*

(77) *Οἱ δὲ δύο.* Parascevem scilicet et Sabbatum magnum. His enim diebus Catholici omnes, nisi quibus morbus causa esset, jejunabant. Tertullianus in libro *De jejuniis*: *Certe in Evangelio illos*

A post multa alia in eam sententiam dicta, his etiam utitur verbis: « Neque enim de die solum controversa est, sed etiam de forma ipsa jejunii. Quidam

dies jejuniis determinatos putant, in quibus ablati est Sponsus; et hoc esse jam solos legitimos jejuniiorum Christianorum. Et infra capite 15 ejusdem libri: *Ecce enim convenio vos et præter Paschæ jejunantes, citra illos dies quibus ablati est Sponsus.* Denique in capite 14, eos dies Parascevem fuisse et Sabbatum significat his verbis: *Cur stationibus quartam et sextam Sabbati dicamus et jejuniis Parascevem? Quanquam vos etiam Sabbatum continuatis: si quando, nunquam nisi in Pascha jejunandum secundum rationem alibi redditam.*

(78) *Οἱ δὲ τεσσαράκοντα.* Antequam hunc locum exponamus, stabilienda est ejus lectio. Christophorus quidem et Savilius hunc locum ita legerunt ac distinxerunt: *Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο· οἱ δὲ καὶ πλείονας.* οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥρας τε ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι, τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Cui lectioni favet Rulini interpretatio; sic enim vertit: *Quidam enim putant uno tantum die observari debere jejuniium, alii duobus; alii vero pluribus; nonnulli etiam quadraginta; ita ut horas diurnas nocturnasque computantes, diem statuunt.* Eandem lectionem secutus est Joannes Langus, qui Nicephorum interpretatus est. Verum huic lectioni omnes nostri codices refragantur. Certo in codice Maz. hic locus uno tenore ita scribitur: *Οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινὰς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν.* In Mediceo vero et Finketiano post vocem ὥρας apponitur virgula. Regius autem codex ita interpungit: *Οἱ δὲ, τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς, συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν.* Quod si post vocem τεσσαράκοντα distinctionem affixeris, nullus jam erit sensus. Quo enim referentur verba illa quæ sequuntur ὥρας ἡμερινὰς, etc., utrum ad illos qui unum diem, an ad hos qui quadraginta dies jejulant? Ad hos certe referenda potius videntur, utpote ultimo loco positos. Jam vero si ad hos retuleris, illud necessario consequetur eos qui quadraginta dies jejunabant, toto illo tempore nihil prorsus comedisse, quandoquidem horas tam nocturnas quam diurnas jejuniio deputabant. Deinde cum Irenæus jam dixerit alios uno die, alios biduo, alios vero pluribus diebus jejunare, quid necesse est addere alios quadraginta diebus jejunare, cum in eo quod plures dies dixit, quadraginta satis comprehendantur. Verior itaque est nostrorum codicum scripturæ, quam Musculus in interpretatione sua fideliter expressit hoc modo: *Si quidem alii unum sibi diem jejunandum esse putant, alii duos, alii plures; alii quadraginta horas diurnas et nocturnas computantes, diem suum statuunt.* Constituta jam lectione hujus loci, ad illius expositionem veniamus. Ait igitur Irenæus quosdam quadraginta continuis horis diurnis simul ac nocturnis jejunasse. Sunt qui existimant hoc quadraginta horarum jejuniium ab illis celebratum fuisse in memoriam spatii illius quod a morte Christi ad ejus resurrectionem interfuit. Id autem spatium fuit horarum circiter quadraginta, ab hora scilicet sexta Parasceves, usque ad diluculum primæ feriæ. Ego vero, illud quadraginta horarum jejuniium ab his potius celebratum esse crediderim in honorem ac memoriam quadraginta dierum ac noctium quibus Christus in solitudine jejunavit. Nam cum veteres illi Christum omnibus modis imitari studerent, jejuniium illud quadraginta dierum, quod supra humanas vires erat, hoc saltem quadraginta horarum jejuniium æmulabantur. Tria igitur ex hoc Irenæi loco colligimus. Primum est, jejuniium ante Paschale jam inde ab apostolicis temporibus semper in Ecclesia usitatum fuisse. Alterum, jejuniium illud in honorem Quadragesimæ Christi fuisse cele-

enim existimant unico die sibi esse jejunandum : A alii duobus, alii pluribus : nonnulli etiam quadraginta horis diurnis **193** ac nocturnis computatis diem suum metiuntur. Atque hæc in observando jejunio varietas non nostra primum ætate nata est, sed longe antea apud majores nostros cœpit : qui negligentius, ut verisimile est, præsidentes, ex simplicitate et Imperitia ortam consuetudinem posteris tradiderunt. Nihilominus tamen et omnes isti pacem

bratum. Postremo, varie a variis fuisse jejunatum. Semper autem meminisse debemus, Irenæum hic loqui de jejunio superpositionis, quod per magnam hebdomadam a Christianis celebrabatur. Cæterum semel admissa hebdomadis Paschalis jejunio, etiam Quadragesima admittenda est. Nam hebdomas Paschalis pars est Quadragesimæ. Ac interdum quidem jejunium illius hebdomadis distingui videmus a jejunio Quadragesimæ, ut apud Epiphanium in *Expositione fidei*; apud Clementem in *Constitutionibus apostolicis*. Sed et vetus auctor in tractatu contra Græcos, quem edidit Petrus Steuartius in tomo singulari *Insignium auctorum*, pag. 509, de Græcis ita scribit : *Nec Quadragesimam celebrant; cum Quadragesima sit jejunium quadraginta dierum. Ipsi vero majorem septimanam a numero Quadragesimæ secludentes, sex hebdomadis Quadragesimam claudunt. Tot enim sunt a prima eorum septimana, usque ad Sabbatum quod Palmarum ramos præcedit. In quo universaliter ab illis cantatur : Quæ animæ utilis est completus Quadragesimam. Verba sunt ex officio Græcorum in Sabbato ante Dominicam Palmarum. Verum neque hic auctor, nec plerique alii recentiores satis intellexisse mihi videntur, cur hæc magna hebdomas interdum distinguatur a Quadragesima. Non enim ita distinguitur, quasi revera non pertineat ad Quadragesimam. Verum ab illa distinguitur, ut pars a toto. Cur autem a Quadragesima interdum distincta fuerit, duplex ratio afferri potest. Prima, quod restrictioris jejunio celebraretur, superpositionis scilicet, ut supra ostendimus; secunda ratio, quod hæc hebdomas proprie ad Pascha pertinet. Feriæ enim hebdomadis denominantur a sequente Dominica, et ad eam pertinent, ut alibi demonstrabitur. Quare cum hæc hebdomas Dominicam Paschalem proxime antecedit, merito etiam ad eam pertinet. Hinc est quod hebdomas μεγάλη dicitur. Cujus vocabuli causas affert Chrysostomus, homilia 30 in *Genesisi*. Sed vera illius vocabuli ratio est quam dixi. Cum enim hæc sit hebdomas Paschæ, dies autem Paschæ appelletur ή Μεγάλη Κυριακή του Πάσχα, recte etiam hæc hebdomas sancta et magna cognominatur. In *Typico* Sancti Sabæ, singulari dies hujus hebdomadis sancti et magni vocatur hoc modo : Η άγία και μεγάλη δευτέρα, et sic deinceps. Incipiebat autem hebdomas illa a feria secunda, ut discimus ex Cyrillo et Theophilo in *Homiliis paschalibus* et Epiphanio in *Aerianis*. Porro quamvis a Quadragesima nonnunquam distingueretur ob eas quas dixi causas, revera tamen conjuncta erat Quadragesimæ, ejusque extrema pars erat et complementum. Certe id manifeste colligitur ex *Homiliis paschalibus* Cyrilli, in quibus hæc septimana perpetuo distincta legitur a reliqua Quadragesima, et septimana Pasche vocatur. Eadem tamen Quadragesimæ contribuitur, quippe quæ quadraginta dierum numerum adimpleat. Denique illud etiam observandum est, quod scribit Socrates in lib. v, cap. 22, veteres Christianos paschale suum jejunium vocasse Quadragesimam, quamvis non totis quadraginta diebus omnes jejunarent. Ejusque vocabuli varias a variis causas afferri dicit. Mihi quidem Quadragesima dieta videtur eodem modo, quo Quinquagesima quæ est post Pascha.*

συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν (79). Καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων, οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γενοῦσα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν, τῶν παρὰ τὸ ἀκριβές, ὡς εἰκός, κρατούντων (80), τὴν καθ' ἀπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποικηκότων. Καὶ οὐδὲν ἑλαττον πάντες οὗτοι εἰρήνευσάν τε καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι (81). » Τούτοις καὶ ἱστορίαν

Nam ut Quinquagesima seu Pentecoste, proprio quidem est dies ultima de quinquaginta illis diebus Paschale festum subsequenteribus, tamen late sumpto vocabulo, interdum significat totum illud spatium dierum quod est a Pascha ad Pentecosten, ut apud Hieronymum in epistola ad Marcellam, apud Cassianum et complures alios. Sic etiam Quadragesima proprie quidem est dies unus de quadraginta, dies scilicet Parasceve, qui quidem apud Alexandrinos erat quadragesimus, ut ex Cyrilli *Homiliis paschalibus* constat. Latius tamen sumpto vocabulo, designat etiam quadraginta dies jejuniorum qui Pascha antecediunt.

(79) Συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Miror tot homines eruditos, qui huic Irenæi locum in suis libris exposuerunt, ejus vitium non animadvertisse. Quis enim est sensus horum verborum? aut quis unquam crelat fuisse homines, qui quadraginta horarum spatio diem metirentur. Atqui quadraginta horarum biduum jejunantibus efficiunt. Equidem non dubito, quin Irenæus ita scripserit : Οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινὰς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν νηστείαν. Quia scriptura nihil planius esse potest. Quare aut Irenæus omnino ita scripsit, aut certe ita scribere debuit. Sed antiquarii, vocabulo ex superiore linea huc translato, locum corruerunt.

(80) Τῶν παρὰ τὸ ἀκριβές, ὡς εἰκός, κρατούντων. Hunc locum non intellexerunt interpretes. Solus Musculus sensum assecutus est, sed ex parte tantum. Sic enim vertit : *Et ista jejunantium varietas nostro demum tempore, sed multo antea per illos cœpit, qui ante nos præter accuratam diligentiam, ut verisimile est, rerum habens potiti, simplicem ac vulgatam consuetudinem posthabuerunt ac mutarunt.* Est certe hic Irenæi locus admodum intricatus et obscurus. Vult autem ostendere Irenæus unde orta sit tanta diversitas jejunii paschalis. At igitur eam natam esse non ex lege aliqua ab apostolis aut a Christo data, sed paulatim usu quoddam increbuisse; ac postea episcopos quosdam, in iis quæ ad disciplinam pertinent parum diligentes nec satis accuratos, id quod simpliciter introductum fuerat, licet singulare et ab aliarum Ecclesiarum more diversum, in consuetudinem vertisse ac posteris observandum reliquisse. Reprehendit igitur illos Irenæus, quod παρὰ τὸ ἀκριβές egerint. Est enim diligens episcopi, videre ne quid novum in Ecclesiam inducatur præter reliquarum Ecclesiarum consuetudinem. Ita Socrates hunc Irenæi locum cepisse videtur in cap. 22 lib. v, ubi postquam de jejuniorum et hujuscemodi rituum apud varias Ecclesias discrepantia abunde disseruit, ita concludit : Αἵτιοι γάρ, ὡς ἠγοῦμαι, τῆς τοιαύτης διαφωνίας οἱ κατὰ καιρὸν τῶν Ἑκκλησιῶν προστώτες· οἱ δὲ ταῦτα παραλαβόντες, ἢ νόμον τοῖς ἐπιγενομένοις πρὲρῆραν.

(81) Η διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι. Idem ait August. in epist. 86, ad Casulanum : *Sit ergo una fides universæ quæ ubique dilatatur Ecclesiæ, tanquam intus in membris, etiam ipsa fidei unitus quibusdam diversis observationibus celebratur, quibus nullo modo quod in fide verum est, impeditur.*

προστίθαι, ἢν οἰκείως παραθήσομαι, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον· « Καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος (82) πρεσβύτεροι οἱ προστάντες τῆς Ἐκκλησίας ἦς νῦν ἀφηγήη, Ἀνίκητον λέγομεν καὶ Πίον, Ἠγιόν τε καὶ Τελεσφόρον, καὶ Ξύστον, οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν, οὔτε τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐπέτρεπον (83), καὶ οὐδὲν ἔλαττον αὐτοὶ μὴ τηροῦντες εἰρήνευον τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν, ἐν αἷς ἐτηρεῖτο, ἐρχομένοις πρὸς αὐτοὺς καίτοι μᾶλλον ἐναντίον ἦν τὸ τηρεῖν ἐν τοῖς μὴ τηροῦσι (84). Καὶ οὐδέποτε διὰ τὸ εἶδος τοῦτο ἀπεβλήθησάν τινες (85), ἀλλ' αὐτοὶ μὴ τηροῦντες οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι, τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηροῦν ἐπεμπον Εὐχαριστίαν (86). Καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημησαντος τῆ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνίκητου (87), καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους εὐθὺς εἰρήνευσαν· περ (τούτου τοῦ κεφαλαίου (88) μὴ φιλεριστή-

A inter se retinuerunt, et nos invicem retinemus. Ita jejuniorum diversitas consensionem fidei commendat. » Narrationem deinde subjungit, quam hic opportune inseram. Est autem hujusmodi : « Sed et presbyteri illi qui ante Soterem, Ecclesiam cui tu nunc præses, gubernarunt : Anicetum dico et Pium, et Hyginum cum Telesphoro et Xysto, neque ipsi unquam observarunt : neque his qui cum ipsis erant, ut id observarent permisissent. Ipsi tamen cum hoc minime observarent, pacem nihilominus colebant cum iis qui ad se venissent ex Ecclesiis in quibus id observabatur. Atqui observantia inter eos qui minime observabant, tanto magis contraria videbatur. Nec ulli unquam ex ejusmodi consuetudinem rejecti sunt. Verum illi ipsi qui te præcesserunt presbyteri, quamvis id minime observarent,

(82) Vulg. ἐν οἷς καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος. Duae priores voces exruxi, quippe quæ absissent a quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil., nec legerentur in interpretatione Rufini. Paulo post in iisdem exemplaribus Πιον legitur accentu acuto in prima syllaba, quod magis placet. Cum enim primam syllabam habeat brevem, circumflecti non debet.

(83) Οὐτε τοῖς μετ' αὐτῶν ἐπέτρεπον. In libro Turnebi ac Moræi ad marginem emendatur μετ' αὐτῶν. Atque ita legit Rufinus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit : *Neque ipsi ita tenuerunt, neque hi qui cum ipsis erant.* Posset etiam scribi : οὔτε τοῖς ὅπ' αὐτοῦς, id est, presbyteris suis ac diaconis, et populo sibi commisso.

(84) Vulg. τοῖς μὴ τηροῦσι. Amplexor emendationem quæ in libris Turnebi ac Moræi habetur ad marginem, ἐν τοῖς μὴ τηροῦσι. Est autem hic hujus loci sensus. Cum observantia alicujus moris et inobservantia sint inter se contraria, tamen quoties is qui morem observat quempiam, versatur inter eos qui minime observant, tunc ipsa diversitas magis elucet. Hoc est, quod vulgo dicitur in scholis philosophorum : Contraria juxta se invicem posita magis elucescunt.

(85) Ἀπεβλήθησαν τινες. Rufinus hanc vocem pluribus verbis exposuit, quæ scholii vicem præstant. *Nunquam tamen ob hoc repulsi sunt ab Ecclesia societate, aut venientes ab illis partibus non sunt suscepti.* Ἀποβέλλειν igitur duo significat, aut ejicere ab Ecclesia, quæ frequentior significatio est, ut in capite ultimo hujus libri ; aut omnino non admittere venientem.

(86) Ἐπεμπον Εὐχαριστίαν. Solebant olim episcopi, tempore paschalis festivitatis Eucharistiam ad alios episcopos eulogiarum nomine transmittere. Idque tandem vetitum fuit concilio Laodiceno, capite 14. A: Rhenanus hunc locum aliter intellexit. Sic enim adnotavit ad marginem Rufini : *Ex hoc Irenæi loco apparet, quod si episcopus aliquis Romanus venisset, Romanus pontifex Eucharistiam hospiti solemniter transmittit.* In quo dupliciter fallitur : tum quod id pontificis Romani privilegium esse sensit, tum quod solis hospitibus seu advenis id præstari existimavit. Atqui ex concilio Laodiceno discimus, hunc morem promiscuum fuisse, et ab omnibus passim episcopis usurpatum, ut ad aliarum civitatum episcopos benedictionis nomine Eucharistiam transmitterent. Putavit scilicet Rhenanus, in his Irenæi verbis, τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν, subaudiri verbum ἔλθουσιν. Quod tamen non est necessarium. Nam οἱ ἀπὸ τῶν παροικιῶν, sunt episcopi Ecclesiarum, quemadmodum ἀπὸ Δεβέλου, est episcopus Debeli ; ἀπὸ Εὐμενίας, episcopus Eumeniæ, ut supra observavimus. Porro ad hunc

morem transmittendæ Eucharistiæ, facit in primis locus Justini in prima Apologia : Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προσεστώτος, καὶ ἐπευσημησαντος παντὸς τοῦ λαοῦ οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῶν διάκονοι δίδασιν ἐκάστω τῶν παρόντων μεταλαβεῖν, ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι· καὶ ἡ τροφή αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῶν Εὐχαριστία. Id est : *Postquam antistes gratiarum actionem perfecit, et populus omnis apprecatus est, diaconi ex pane et vino et aqua consecratis partes dividunt unicuique præsentium et ad absentes portant. Hic cibus vocatur Eucharistia.* Scio quidem Justini locum de ægris explicari posse ; sed nostra explicatio planior esse videtur. Illustre etiam hujus moris exemplum exstat in Actis Lucani martyris. Notandum porro est in loco Justini supra citato, panem consecratum a Christianis vulgo dictum esse Eucharistiam, quod confirmat etiam Irenæus tum in hoc loco, tum in libro *Contra hæreses* cap. 11, Clemens i. *Stromat.*, pag. 117.

(87) Καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημησαντος τῆ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνίκητου. Baronius in *Annalibus* hunc Polycarpi adventum in urbem Romam refert anno v. M. Aurelii Antonini, eodemque anno pontificatum Aniceti orditur : quod nequaquam probabile mihi videtur. Hoc enim anno, Polycarpus major erat octogenario. Mortuus quippe est anno vii. M. Aurelii imperatoris, cum sextum et octogesimum ætatis annum jam exegisset. Ita enim scribitur in epistola Ecclesiæ Smyrnenensis quam supra retulit Eusebius in lib. iv, *ὀγδοήκοντα καὶ ἑξ ἔτη δουλεύω αὐτῷ*, id est, *octoginta et sex annos illi servio.* Quod si annos illos non a primo statim ortu, sed a pueritia ordiri lubet, quando primum homines ratiocinari incipiunt : sequetur omnino, Polycarpum centenario majorem aut proximum, e vivis abiisse. Atque juxta ita computationem Baronii necesse erit dicere, illum nonagesimo ætatis anno venisse Romam, quod profecto nequaquam credibile est. Eusebium vero hæc obiectio nullatenus involvit. Quippe Eusebius Aniceti pontificatum orditur sub Antonino Pio, decem fere annis ante Baronium. Id ipsum in Baronio reprehendit Halloixius in notationibus ad caput 10 *Vitæ B. Polycarpi.*

(88) Περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου. Pessime hunc locum interpretatus est Christophorus, cujus versio Baronium postea in errorem induxit. Sic enim vertit : *Quin pro hoc festo observando, quod controversiæ caput videbatur, charitatis vincula nequam ruperunt.* Cui interpretationi nimium fidens Baronius, ad annum Christi 157 scribit Polycarpum ideo Romam venisse, ut dissidia quæ de Paschali festo orta fuerant, cum Aniceto componeret : idque Eusebium et Irenæum affirmare. Atqui Irenæus

Ecclesiarum presbyteris qui id observabant, Eucharistiam transmiserunt. Et cum beatissimus Polycarpus Aniceti temporibus Romam venisset, atque inter illos de quibusdam aliis rebus modica esset controversia, statim mutuo pacis osculo se complexi sunt, de hoc capite non magnopere inter se contententes. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere unquam poterat ut observare desineret, quippe qui cum Joanne Domini nostri discipulo, et cum reliquis apostolis quibuscum familiariter vixerat, eum morem perpetuo observasset. Neque item Polycarpus Aniceto persuadere conatus est ut observaret, cum Anicetus eorum qui ante se fuerant presbyterorum morem sibi retinendum esse diceret. Quæ cum ita se haberent, communicarunt sibi invicem: et Anicetus in Ecclesia consecrandi munus Polycarpo honoris causa concessit: tandemque cum pace a se invicem discesserunt: tam iis qui observabant, quam illis qui minime observabant, pacem Ac Irenæus quidem nomini suo vere respondens, nec solo nomine, sed etiam vitæ instituto ac proposito pacificus, pro Ecclesiarum pace hæc monuit et allegavit. Nec vero ad 194 Victorem solum, sed ad multos alios Ecclesiarum antistites de quæstione

CAPUT XXV.

Quomodo cuncti in unam sententiam de die Paschæ convenerint.

Episcopi vero Palæstinæ quos paulo supra memoravimus, Narcissus scilicet et Theophilus, et cum illis Cassius Tyri, et Clarus Ptolemaidis episcopi, et qui simul cum ipsis convenerant, postquam de traditione diei Paschalis, quæ jam inde ab apostolis ad ipsos continua successione manaverat, multa in suis litteris disseruerunt, tandem ad finem epistolæ his utuntur verbis: « Date operam ut epistolæ nostræ exemplaria per omnes Ecclesias mittantur, ne nobis crimen imputent qui animas suas a recto veritatis tramite facile abducunt. Illud etiam vobis significamus, eodem quo apud nos die Pascha Alexandriæ celebrari. A nobis enim ad illos, et vi-

id non dicit, nisi forte ex versione Christophoroni. Hoc tantum ait Irenæus, cum Polycarpus Romam venisset Aniceti temporibus, et leves quasdam cum illo de aliis rebus controversias habuisset, ambos tamen illico pacem inter se fecisse, ac de festo Paschæ noluisse inter se contendere. Non igitur ob quæstionem de festo Paschæ, sed ob alias quasdam controversias Romam venerat Polycarpus. Scio Hieronymum in libro *De script. eccl.*, Baronii sententiam confirmare. Sic enim ait de Polycarpo: *Hic propter quasdam super die Paschæ quæstiones sub imp. Antonino Pio, Ecclesiam regente Aniceto, Romam venit.* Ita etiam Eusebius noster in lib. iv, cap. 4. Sed cum Hieronymus id ex Eusebio sumperit, Eusebius autem ex Irenæo, inquirendum est a nobis, non quid Eusebius dixerit ac Hieronymus, sed potius quid senserit Irenæus.

(89) *Παραχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν Εὐχαριστίαν.* Hunc honorem Anicetus pontifex Romanus habuit venerabili seni Polycarpo, ut illum in Ecclesia sacra facere sineret, et quidem presente se, quod in primis notandum est. Sic Irenæi verba et Rufinus et ceteri interpretes acceperunt. Sed Franciscus Florens, antecessor Aurelianiensis, vir doctus, et nobis dum vixit amicissimus, hæc Irenæi verba aliter intelligenda esse contendit in tractatu ad ti-

σαντες πρὸς ἑαυτοὺς. Οὐτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πείσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκῆτα, οὐτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνθήκην τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινωνήσαν ἑαυτοῖς· καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν Εὐχαριστίαν (89) τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς Ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων τῶν τηρούντων καὶ μὴ τηρούντων. » Καὶ ὁ μὲν Εἰρηναῖος φερώνυμος τις ὢν τῇ προσηγορίᾳ, αὐτῷ τε τῷ τρόπῳ εἰρηνοποιῶς, τοιαῦτα ὑπὲρ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης παρεκάλει τε καὶ ἐπέσβευεν. Ὁ δ' αὐτὸς οὐ μόνῳ τῷ Βίκτορι, καὶ διαφόροις δὲ πλειστοῖς ἄρχουσιν Ἐκκλησιῶν, τὰ κατὰ ἄλλα δι' ἐπιστολῶν περὶ τοῦ κεινημένου ζητήματος ὠμίλει.

communioneque totius Ecclesiæ reinventibus. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ὅπως τοῖς πᾶσι μιὰ ψῆφος περὶ τοῦ Πάσχα συνφωνήθη (Nic. H. E. iv, 36).

Ὁ γὰρ ἐπὶ Παλαιστίνῃς οὗς ἀρτίως διετηλύθημεν, ὁ τε Νάρκισσος καὶ Θεόφιλος, καὶ σὺν αὐτοῖς Κάσιος τῆς κατὰ Τύρον Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, καὶ Κλάρος τῆς ἐν Πτολεμαίδι, οἱ τε κατὰ τούτων συνελθούσες περὶ τῆς κατελευθέρουσης εἰς αὐτοὺς ἐκ διαδοχῆς τῶν ἀποστόλων περὶ τοῦ Πάσχα παραδόσεως πλείστα διεληφότες, κατὰ τὸ τέλος τῆς γραφῆς αὐτοῖς ῥήμασιν ἐπιλέγουσι ταῦτα· « Τῆς δ' ἐπιστολῆς ἡμῶν πειράθητε κατὰ πᾶσαν Ἐκκλησίαν ἀντίγραφα διαπέμψασθαι, ὅπως μὴ ἐνοχοὶ ὦμεν τοῖς ῥαδίως πλανώσιν ἑαυτοὺς τὰς ψυχὰς. Δηλούμεν δὲ ὑμῖν ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν Ἀλεξανδρίᾳ ἄγουσιν, ἥπερ καὶ ἡμεῖς. Παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα (90) κομι-

tulum 7 Decretalium *De translatione episcopi.* Vult enim Anicetum porrexisse dumtaxat Eucharistiam Polycarpo, non autem concessisse illi jus sacra mysteria celebrandi. Verum si hunc Irenæi locum ita intelligimus, quid honoris tributum fuerit Polycarpo ab Aniceto? Hoc enim discrete notat Irenæus, tum illo verbo *παρεχώρησε*, quod de suo jure concedere significat; tum illis verbis quæ addit, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι. Id est, *honoris causa et contemplatione*, ut vertit Rufinus. Certe si Eucharistiam tantum Polycarpo porrexisset Anicetus, nullum ei præcipuum honorem detulisset, cum omnibus peregrinis episcopis id passim tribui solet, ut cum episcopo civitatis simul communicarent, quemadmodum scribit ipse Florens ibidem. Sed et in concilio Arelatensi, capite 50, decretum est, ut peregrino episcopo locus sacrificandi detur.

(90) *Vulg. παρ' ἡμῶν δὲ τὰ γράμματα.* Sic ex codice Regio editi Rob. Stephanus. In codice Mediceo legitur, *παρ' ἡμῶν τε τὰ γράμματα.* Nicephorus vero in cap. 56 libri iv habet, *παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα*, atque ita codex Mazarinus, F. uk. et Sav. Intelliguntur autem hic litteræ Paschales, quas *εορταστικὰς* vocabant. Cæterum ejus synodi Cæsariensis acta quædam exstant apud Bedam in libro *De vernali æquinoctio*; quæ licet a nonnullis illegitima

ζεται αὐτοῖς καὶ ἡμῖν παρ' αὐτῶν, ὥστε συμφώνως καὶ ἑμοῦ ἄγειν ἡμᾶς τὴν ἀγίαν ἡμέραν. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὅσα τῆς Εἰρηναίου φιλοκαλλίας καὶ εἰς ἡμᾶς κατήλθεν.

Ἄλλὰ γὰρ πρὸς τοῖς ἀποδοθεῖσιν Εἰρηναίου (91) συγγράμμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς, φέρεται τις αὐτοῦ πρὸς Ἑλληνας λόγος συντομώτατος καὶ ταμάλιστα ἀναγκαιότατος, Περὶ ἐπιστήμης ἐπιγεγραμμένους καὶ ἄλλος θνἀνατέθεικεν Ἀδελφῶ Μαρκιανῶ τοῦνομα, εἰς ἐπίδειξιν (92) τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος καὶ βιβλίον τι διαλέξεων (93) διαφόρων, ἐν ᾧ τῆς πρὸς Ἑβραίων Ἐπιστολῆς καὶ τῆς λεγομένης Σοφίας Σολομώντος μνημονεύει, ῥητά τινα ἐξ αὐτῶν παραθέμενος. Καὶ τὰ μὲν εἰς ἡμετέραν ἐλθόντα γινώσκον τῶν Εἰρηναίου τσαυτά. Κομόδου δὲ τὴν ἀρχὴν ἐπὶ δέκα καὶ τρισὶν ἔτεσι καταλύσαντος, αὐτοκράτωρ Σεβήρος, οὐδ' ἑλοῖς μηνὶν ἐξ μετὰ τὴν Κομόδου τελευταίην Περτιναξος διαγενομένου, κρατεῖ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὅσα καὶ τῶν λοιπῶν τῶν τηλικᾶδε συνημακῶτων (Nic. H. E. iv, 35).

Πλεῖστα μὲν οὖν παρὰ πολλοῖς εἰσέτι νῦν τῶν τότε σώζεται παλαιῶν καὶ ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν, ἐν ἀρέτου σπουδῆς ὑπομνήματα. ὧν γε μὴν αὐτοὶ διέγκομεν (94), εἴη τὰ Ἡρακλεῖτου εἰς τὸν Ἀπόστολον, καὶ τὰ Μαξίμου (95) περὶ τοῦ πολυθρῦλλήτου παρὰ τοῖς αἰρεσιώταις ζητήματος, τοῦ πόθεν ἦ κακία, καὶ περὶ τοῦ γεννητῆν ὑπάρχειν τὴν ὕλην τὰ τε Κανδίδου εἰς τὴν ἐξήμερον, καὶ Ἀπίωνος εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ὁμοίως Σέξτου Περὶ ἀνωστάσεως, καὶ ἄλλης τις

habebantur ac spuria, haudquaquam spernenda mihi videntur. Baronius certe ea pro veris amplexus est.

(91) Ἄλλὰ γὰρ πρὸς τοῖς ἀποδοθεῖσιν Εἰρηναίου. In hoc libro maxima erat capitulorum permutatio etiam in scriptis codicibus, quæ nos ex Rufino restitimus. Rufino etiam astipulatur codex Regius, Maz. et Fukeii. Ab his enim verbis caput ordinantur supradicti codices hoc titulo : Ὅσα τῆς Εἰρηναίου φιλοκαλλίας sed in eo peccant, quod caput istud numerant 28, cum sit revera caput 26, ut constat ex indice capitum qui libro præfixus est. Causa erroris fuit, quod superiorum capitum tituli his appositi sunt in memoratis codicibus per negligentiam libroriorum.

(92) Εἰς ἐπίδειξιν. Forte legendum est εἰς ἀπόδειξιν.

(93) Βιβλίον τι διαλέξεων. Rufinus dialogos vertit; Hieronymus vero, tractatus. Sed Rufini interpretatio magis placet. Sic *Falov* Διάλεξις memoratur ab Eusebio, quæ nihil aliud erat quam dialogus seu disputatio Cuius *Adversus Proclum*, ut infra demonstrabimus. Potest tamen etiam sumi pro tractatu seu sermone ad populum. Nam διαλέγεσθαι pro *concionari* in ecclesia sumit Eusebius in libro vi, capite 19, et διαλέξεις appellat *homilias* Origenis in capite 36 ejusdem libri. Sed et Basilius in libro *De Spiritu sancto*, cap. ult., διαλέξεις vocat *homilias* Origenis in Psalmos : Ἠδῆ δὲ καὶ Ὀριγένης ἐν πολλαῖς τῶν εἰς τοῦς Ψαλμοὺς διαλέξεων εὐρομεν, etc. Quem locum Erasmus ita vertit : *San vero et Origenem multis in locis expositionum quas in Psalmos edidit... Atqui διαλέξεις homiliae sunt seu tractatus*

cissim ab illis ad nos litteræ perferuntur; ita ut uno consensu et simul sacrosanctum peragamus diem. »

CAPUT XXVI.

Quot Irenæus elegantis ingenii monumenta nobis reliquit.

Cæterum præter supradicta Irenæi opera et epistolæ, exstat etiam brevissimus et in primis necessarius ejusdem liber adversus gentes, qui *De scientia* inscribitur. Alius præterea *Marciano fratri* nuncupatus, qui demonstrationem continet apostolicæ prædicationis. Denique libellus variarum disputationum, in quo Epistolæ ad Hebræos, et *Sapientie* Salomonis mentionem facit, et quasdam sententias ex iis libris adducit. Atque hæc sunt quæ ex Irenæi scriptis ad nostram notitiam pervenerunt. Interim cum per tredecim annos Commodus imperium tenuisset, ac post ejus obitum Pertinax sex circiter mensium spatio rempublicam administrasset, imperator Severus summa rerum potitus est.

CAPUT XXVII.

Quot etiam cæteri qui eodem tempore floruerunt.

Porro veterum ecclesiasticorum virorum qui tunc temporis vixerunt, plurima adhuc servantur apud multos 195 laudabilis diligentie monumenta. Eorum vero quos ipsi dignoscere potuimus, hæc fere sunt: Heracliti Commentarii in Apostolum: Maximi quoque volumina de vulgatissima illa apud hæreticos questione, unde sit malum, et de eo quod materia facta sit. Præterea Candidi in hexaemeron, et Apionis de eodem argumento commentarii. Item

ad populum, non autem expositiones. Et in homiliis quidem fere hæc solemnitas erat clausula, ut tractator Deo Patri et Filio cum Spiritu sancto gloriam daret: quam clausulam in omnibus fere Origenis in *Psalmos homilias* appositam esse testatur Basilius. In libris autem Expositionum id minime observavit Origenes.

(94) Ὅν γε μὴν αὐτοὶ διέγνωμεν. Musculus et Christophorsonus vocem διαγνώσαι pro simplici γγῶσαι acceperunt; quod equidem non damno. Tamen διαγνώσαι proprie significat *internoscere* ac *distinguere*. At igitur Eusebius, scriptores illos quos certa aliqua nota ab hæreticis scriptoribus distinguere potuit, esse Heraclitum, Maximum et cæteros. Pro Heraclito *Heraclitum* legit Rufinus et Hieronymus. Porro articulus ille positivus ὧν γε μὴν non refertur ad vocem ὑπομνήματα, ut putavit Christophorsonus, sed ad vocem ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν. Nam si referretur ad vocem ὑπομνήματα, dixisset Eusebius, ἃ γε μὴν αὐτοὶ διέγνωμεν. Refert igitur Eusebius hoc loco, primum ecclesiasticos illius temporis scriptores quorum nomina potuit cognoscere; deinde illos commemorat, quorum libri quidem adhuc supererant, sed nomina ignorabantur.

(95) Καὶ τὰ Μαξίμου. Hujus Maximi liber inscriptus erat Περὶ τῆς ὕλης, et in dialogi modum compositus: ex quo luculentissimum fragmentum profert Eusebius in libro vii *Præparationis evangelicæ*, capite ultimo, ubi et scriptorem hoc elogio afficit: Μαξίμω δὲ τῆς Χριστοῦ διατριβῆς οὐκ ἀσήμω ἀνδρὶ, καὶ λόγος οικειῶς συγγέγραπται ὁ Περὶ τῆς ὕλης.

Sexti liber *De resurrectione*, et Arabiani opus quoddam, aliorumque complurium. Quorum nec tempora litteris mandare, cum nullum nobis iudicium aut argumentum suppetat, nec narrationem ullam libris nostris intexere possumus. Multorum etiam lucubrations ad nos pervenerunt, quorum ne ipsa quidem nomina possumus recensere. Qui orthodoxi quidem et ecclesiastici omnes fuere, ut sacræ Scripturæ expositio a singulis eorum allata testatur; obscuri tamen nobisque ignoti sunt, propterea quod libri ipsi auctorum non præferunt nomina.

CAPUT XXVIII.

De his qui Artemonis hæresim initio sectati sunt: cujusmodi moribus præditi, et quomodo sacras Scripturas depravare ausi fuerint.

Porro in cujusdam ex illis auctoribus libro adversus Artemonis hæresim elaborato, quam Paulus Samosatensis nostris temporibus renovare aggressus est, exstat quædam narratio, historiæ quam præ manibus habemus valde accommodata. Supradictam enim hæresim quæ Christum merum hominem esse dicebat, ante paucos annos invectam esse coarguens auctor ille, quandoquidem sectæ illius principes vetustissimam illam esse jactabant: post alia multa adversus impium eorum mendacium adducta, hæc ad verbum refert: « Affirmant enim, inquit, priscos quidem omnes, et ipsos apostolos, ea quæ ab ipsis nunc dicuntur, et accepisse et docuisse: ac prædicationis quidem veritatem esse custoditam usque ad Victoris tempora, qui tertius decimus a Petro Romanæ urbis episcopus fuit: a Zephyrini autem temporibus qui Victori successit, adulteratam fuisse veritatem. Ac fortasse id quod dicunt, credibile videretur, nisi eis refragarentur primum quidem divinæ Scripturæ: deinde fratrum quorundam scripta, Victoris **196** ætate antiquiora, quæ illi adversus gentes et contra sui temporis hæreticos pro veritatis defensione scripserunt. Justinum intelligo, et Miltiadem et Tatianum ac Clementem, aliosque quamplurimos, in quorum omnium libris Christi divinitas adstruitur. Nam Irenæi quidem et Melitonis et reliquorum scripta

(96) *Ὁδὸ ἱστορίας μνήμην ὑποσημειώσθαι.* Hunc locum non intellexerunt interpretes, quod miror. Solet Eusebius ex auctorum quorum meminit scriptis, historias quasdam depromere. Sic supra ex Irenæi libris, et ex Clemente et Ihesippio ac Papiæ aliisque passim varias excerpit narrationes, quoties tempus ipsum quo auctores illi scribebant, cognitum habet. In his porro scriptoribus quos in hoc capite commemoravit, negat Eusebius ill se præstare potuisse, propterea quod tempus ipsum quo vixissent, certo scire non potuerat, cum nullum ejus indicium aut argumentum ipsi suppeteret. Atque ita fere Nicephorus, nisi quod verba illa, διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἀφορμὴν ἔχειν male intellexit. Pro his enim Eusebianus ista substituit: Ὅν διὰ τὸ μὴ συμβάλλεσθαι τῇ παρουσίᾳ πραγμάτων, οὕτε τοὺς χρόνους, οὕτε τὰς αὐτῶν ἱστορίας μερικῶς ἀναγράφωμεν.

Ἀ ὑπόθεσις Ἀραβιανοῦ, καὶ μυρίων ἄλλων, ὧν διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἀφορμὴν, οὐχ οἶόν τε οὕτε τοὺς χρόνους παραδοῦναι γραφῆ, οὐδ' ἱστορίας μνήμην ὑποσημειώσθαι (96). Καὶ ἄλλων δὲ πλείωτων, ὧν οὐδὲ τὰς προσηγορίας καταλέγειν ἡμῖν δυνατόν, ἦλθον εἰς ἡμᾶς λόγοι, ὀρθοδόξων μὲν καὶ ἐκκλησιαστικῶν, ὡς γε δὴ ἡ ἐκάστου παραδείκνυσι τῆς θείας Γραφῆς ἐρμηνεία, ἀδελῶν δὲ ὁμῶς ἡμῖν, ὅτι μὴ τὴν προσηγορίαν ἐπάγεται τῶν συγγραφευμένων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Περὶ τῶν τὴν Ἀρτέμιονος αἵρεσιν ἐξαρχῆς προσεβλημένων· οἳ τε τὸν τρόπον γεγόνουσι, καὶ ὅπως τὰς ἀγίας Γραφὰς διαφθεῖραι τετολήκασι (Nic. H. E. iv, 21).

Β Τούτων ἐν τινος σπουδάζματι κατὰ τῆς Ἀρτέμιονος αἵρέσεως πεπονημένῳ, ἦν αὖθις ὁ ἐκ Σαμοσάτων Παῦλος καθ' ἡμᾶς ἀνανεώσασθαι πεπειραται, φέρεται τις διήγησις ταῖς ἐξεταζομέναις ἡμῖν προσήκουσα ἱστορίαις (97). Τὴν γάρ τοι δεδηλωμένην αἵρεσιν ψιλὸν ἄνθρωπον γενέσθαι τὸν Σωτῆρα φάσκουσαν, οὐ πρὸ πολλοῦ νεωτερισθεῖσαν διευθύνων, ἐπειδὴ σεμνύνειν αὐτὴν ὡς ἂν ἀρχαίαν οἱ ταύτης ἤθελον εἰσηγηται, πολλὰ καὶ ἄλλα εἰς ἐλεγχον αὐτῶν τῆς βλασφημίου ψευδηγορίας παραθεῖς ὁ λόγος (98), ταῦτα κατὰ λέξιν ἱστορεῖ· « Φασὶ γὰρ τοὺς μὲν προτέρους ἅπαντας καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀποστόλους παρειληφέναι τε καὶ δεδιδασθῆναι ταῦτα, ἃ νῦν οὗτοι λέγουσι, καὶ τετηρηθῆσαι τὴν ἀλήθειαν τοῦ κηρύγματος μέχρι τῶν Βίκτορος χρόνων, ὃς ἦν τρισκαίδεκάτος ἀπὸ Πέτρου ἐν Ῥώμῃ ἐπίσκοπος, ἀπὸ δὲ τοῦ διαδόχου αὐτοῦ Ζεφυρίνου, παρακεχαράχθαι τὴν ἀλήθειαν. Ἦν δ' ἂν τυχὸν πιθανὸν τὸ λεγόμενον, εἰ μὴ πρῶτον μὲν ἀντέπιπτον αὐτοῖς αἱ θεῖαι Γραφαί. Καὶ ἀδελφῶν δὲ τινῶν ἔστι γράμματα πρεσβύτερα τῶν Βίκτορος χρόνων, ἃ ἐκεῖνοι πρὸς τὰ ἔθνη ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὰς τότε αἵρέσεις ἔγραψαν· λέγω δὲ Ἰουστίνου καὶ Μιλτιάδου, καὶ Τατιανοῦ, καὶ Κλήμεντος, καὶ ἐτέρων πλείωνων, ἐν οἷς ἅπασι θεολογεῖται ὁ Χριστός. Τὰ γὰρ Εἰρηναίου τε καὶ Μελλωνος καὶ τῶν λοιπῶν τίς ἀγνοεῖ βιβλία, θεῶν καὶ ἀνθρώπων καταγγέλλοντα τὸν Χριστόν; Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ὅσα ἀδελφῶν ἀπαρ-

Δ (97) *Ταῖς ἐξεταζομέναις ἡμῖν... ἱστορίαις.* Musculus, eumque secutus Christophorus, ita verit, *historiis nostris quas undique conquisivimus.*

(98) *Παραθεῖς ὁ λόγος.* Nicephorus in libro iv, cap. 21, hunc librum auctoris ignoti inscriptum esse dicit *Μικρὸν λαβύρινθον*. Photius autem in *Bibliotheca*, capite 48, Caium hujus libri auctorem facit: Τούτων τὸν Γάϊον πρεσβύτερόν φασὶ γεγενῆσθαι τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας, συντάξει δὲ καὶ ἕτερον λόγον ἰδίως κατὰ τῆς Ἀρτέμιονος αἵρέσεως, etc. Hic est ipse liber cuius fragmenta hic profert Eusebius, quem tamen a *Labyrintho* Photius aperte distinguit. Sed Nicephori sententiam confirmat Theodoritus in libro ii *Hæreticarum fabularum*, capite quinto, ubi agens de Theodoro Coriario, eamque de Natale episcopo referens historiam quam hic narrat Eusebius, ex libro qui *Parvus labyrinthus* dicitur, illam esse depromptam testatur.

(16) *Νέος ὦρ ἐντετύχηκα*. Vincentius Lirinensis in cap. 23 male hæc Eusebii verba accepit. Sic enim scribit de Origene: *Ait namque impius ille Porphyrius, exitum se sana ipsius Alexandriam fere puerum perrexisse, ibique eum vidisse jam senem*, etc. Atqui Porphyrius non dicit Origenem ab se visum esse Alexandriæ jam senem. Equidem libentius crediderim Origenem a Porphyrio adhuc puero visum esse in urbe Tyro, in qua Origenes relicta Alexandria diutissime commoratus est. Fuit enim Porphyrius patria Tyrius, ejusque adolescentia in ea tempora incidit quibus Origenes Tyri morabatur. Senem autem illum Alexandriæ videre quomodo potuit Porphyrius, cum eo tempore quo ex Alexandria discessit Origenes nondum quinquagesimum ætatis annum attigisset?

(17) *Ἀκροατῆς γὰρ οὗτος Ἀμμωνίου*. Ammonii Alexandrini celeberrimi illius philosophi de quo ad librum xxi Amm. Marcellini plura adnotavi, auditorem fuisse Origenem Adamantium, Porphyrio tam diserte id affirmanti credendum est. Verum inter Ammonii auditores fuit etiam eodem tempore alter Origenes, Herennii ac Plotini condiscipulus, de quo Porphyrius in *Vita Plotini*, Longinus in libro *De fine*, Eusebius et Hierocles in libro *De Providentia*, et alii loquuntur. Baronius quidem in *Annalibus* et Lucas Holstenius vir doctissimus in 2 et 6 capite *De vita scriptisque Porphyrii*, hunc Origenem unum eundemque esse cum Origene Adamantio crediderunt. Verum ego duobus potissimum argumentis adductus, longe ab iis dissentio. Primum ducitur ex testimonio Longini philosophi, qui in libro *De fine* Ammonium et Origenem Platonicos

στανουῦ κατηγορῶν, τοτὲ δὲ τὴν περὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα ἐπίδασιν αὐτοῦ θαυμάζων και διαγράφων (14). "Ακουε δ' οὖν ἃ φησι κατὰ λέξιν· « Τῆς δὲ μοχθηρίας τῶν Ἰουδαϊκῶν Γραφῶν οὐκ ἀπόστασιν, λύσιν δὲ τινες εὐρεῖν προθυμηθέντες, ἐπ' ἐξηγήσεις ἐτραπόντο ἀσυγκλόστους και ἀναρμόστους τοῖς γεγραμμένοις, οὐκ ἀπολογίαν μάλλον ὑπὲρ τῶν ὀβηνίων, παραδοχὴν δὲ και ἐπαινον τοῖς οἰκειοῖς φερούσας. Αἰνίγματα γὰρ τὰ φανερώς παρὰ Μωυσεῖ λεγόμενα εἶναι κομπάσαντες, και ἐπιθειάσαντες ὡς θεοπίσματα πλήρη κρυφίων μυστηρίων, διὰ τε τοῦ τύπου τὸ κριτικὸν τῆς ψυχῆς (15) καταγοητεύσαντες, ἐπάγουσιν ἐξηγήσεις. » Εἶτα μεθ' ἑτερά φησιν· « Ὁ δὲ τρόπος τῆς ἀτοπίας, ἐξ ἀνδρός ᾧ κάγω κομιδῆ νέος ὢν ἐτι ἐντετύχηκα (16), σφόδρα εὐδοκιμήσαντος, και ἐτι δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων εὐδοκιμοῦντος παρελήθω Ὀριγένους, οὗ κλέος παρὰ τοῖς διδασκάλοις τούτων τῶν λόγων μέγα διαδέδοται. Ἀκροατῆς γὰρ οὗτος Ἀμμωνίου (17) τοῦ πλείστην ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις ἐπίδοσιν ἐν φιλοσοφίᾳ ἐαχρότος γεγονώς, εἰς μὲν τὴν τῶν λόγων ἐμπειρίαν, πολλὴν παρὰ τοῦ διδασκάλου τὴν ὠφέλειαν ἐκτήσατο, εἰς δὲ τὴν ὀρθὴν τοῦ βίου προαίρεσιν, τὴν ἐναντίαν ἐκείνω τοῦ βίου πορείαν ἐποίησατο. Ἀμμώνιος μὲν γὰρ Χριστιανός

philosophos recenset inter eos qui sententias et opiniones suas ad utilitatem posterorum scriptis mandare noluerunt, sed satis habuerunt eas auditoribus suis viva, quod aiunt, voce tradere. Quod si quid ab aliquo eorum scriptum sit (verba sunt Longini) quemadmodum ab Origene liber unus *De dæmonibus*, hæc sane parvi momenti sunt, quippe qui perfunctorie nec data opera ad scribendum se contulisse videantur. Quis hæc de Origene Adamantio dicta esse credat, quem constat *πολυγραφώτατον* fuisse, ut in indices ejus librorum ab Eusebio conscripti testantur. Sed et ipse Porphyrius in hoc loco qui ab Eusebio adducitur, ait Origenem celeberrimum fuisse ob scripta quæ posteris reliquit, δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων εὐδοκιμοῦντας. Secundum argumentum nobis subministravit Porphyrius in *Vita Plotini philosophi*, haud procul ab initio, cujus verba ex interpretatione Ficini hic apponam: *Cum vero Herennius et Origenes, et Plotinus olim inter se constituerent, ne Ammonii dogmata ederent, quæ audita ab illo, tanquam imprimis purgata præcipue comprobaverant: Plotinus quidem stetit promissis, Herennius autem primus pacta dissolvit; et Origenes Herennium est secutus. Scripsit vero nihil præter quemdam de dæmonibus librum, atque sub Gallieno librum, in quo regem solum effectorem esse probabat. Hic postremus liber in laudem Gallieni imperatoris ab Origene conscriptus videtur, ut poetica ejus facultatem prædicaret. Fuit enim Gallienus poeticæ deditus, exstantque aliquot ejus versus nuptiales inter fragmenta Petronii Arbitri. Eo enim alludere videtur titulus libri, ὅτι μόνος ποιητῆς ὁ βασιλεὺς. Quod si verum est Origenem hunc Plotini condiscipulum librum illum scripsisse imperante Gallieno, profecto ab Origene Adamantio distinguedus est necessario. Adamantium enim Origenes ad usque imperium Gallieni minime pervenit, cum Gallo et Volusiano imperantibus obierit, anno natalis Dominici 252, ut recte a Baronio observatum est, cum annum ætatis nonum et sexagesimum transegisset.*

ἐν Χριστιανοῖς ἀνατραφεῖς τοῖς γονεῦσιν, ὅτε τοῦ ὀφρονεῖν καὶ τῆς φιλοσοφίας ἤψατο, εὐθύς πρὸς τὴν κατὰ νόμους πολιτείαν μετεβόλετο, Ἀριγένης δὲ Ἕλληνας ἐν Ἕλλησι παιδευθεὶς λόγοις, πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα (18). Ἐδὲ φέρων αὐτὸν τε καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐξὶν ἐκαπήλευσε (19), κατὰ μὲν τὸν βίον, Χριστιανῶς ζῶν καὶ παρανόμους, κατὰ δὲ τὰς περὶ τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ Θεοῦ δόξας, ἐλληνίζων τε καὶ τὰ Ἑλλήνων τοῖς ὀνειοῖς ὑποβαλλόμενος μύθοις (20). Συνῆν τε γὰρ αἰετὶ τῷ Πλάτωνι, τοῖς τε Νουμηγίῳ καὶ Κρονίῳ (21), Ἀπολλοφάνους (22) τε καὶ Λογγίνῳ (23), καὶ Μοδεράτου (24), Νικομάχου τε καὶ τῶν ἐν τοῖς Πυθαγορείοις ἐλ-

A ditor fuisse Ammonii illius qui nostra ætate maximos progressus in philosophia fecerat : quod quidem ad doctrinam pertinet philosophiæ, plurimum ex magistri sermonibus profecit ; quod vero spectat ad rectum vitæ institutum atque propositum, plane contrariam viam ingressus est. Quippe Ammonius cum Christianus inter parentes Christianos educatus fuisset, simul atque per ætatem sapere potuit et philosophiæ limen attingere, statim ad vivendi rationem legibus consentientem descendit. Origenes vero, cum gentilis esset et gentilium innutritus disciplinis, ad barbaram declinavit audaciam : cui seipsum mancipans, et se et quem adeptus fuerat

(18) Πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα. Christianorum ac Judæorum religionem gentiles barbaram vocabant, ut ex Justino, Tatiano aliisque constat. Quidquid enim Græcum non esset, id vocabant barbarum. Porro τόλμημα, id est audaciam, Porphyrius appellat *fiduciam et magnitudinem animi Christianorum*, qui tormenta ipsamque adeo mortem despiciabant, morique malebant millies, quam Christi fidem negare et diis gentium sacrificare. Hoc est, quod audaciam barbaricam vocat Porphyrius; deos scilicet Romanorum et edicta imperatorum contemnere.

(19) Ἐκαπήλευσε. Metaphora est a cauponibus, qui vina inter se miscere et adulterare solent. Quo sensu Paulus apostolus, non cauponantes verbum Dei. Recte ergo Rufinus vertit, quo se conferens, omne illud præclarum ingenium philosophicis litteris expositum vitiauit atque corruptit. Videtur autem legisse Rufinus, ὅς δὲ φέρων αὐτὸν, καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐξὶν ἐκαπήλευσε. Quod profecto rectius videtur. Neque enim video quomodo dici possit αὐτὸν ἐκαπήλευσε. Forte etiam legi posset, ὅς δὲ φέρων αὐτὸν, αὐτό τε καὶ τὴν, etc., αὐτό, id est τὸ βάρβαρον τόλμημα. Sensus autem si hoc modo legamus, erit illustris. Origenes, inquit, cum se a Græcorum philosophia ad Christianam sectam contulisset, et hanc ipsam, et quem in philosophicis usum sibi comparaverat, vitiauit atque corruptit.

(20) Ὑποβαλλόμενος μύθοις. Metaphora est a cauponibus seu dolosis insititoribus, qui falsum pro vero supponentes, emptorem circumveniunt. Pergit enim explicare Porphyrium, quo pacto Origenes ἐκαπήλευσε, id est fucum fecit, non autem, ut Laugus et Christophorsonus, ad quaestum abusus est. Et sectam, inquit, Christianam ad quam se contulerat, et usum quem adeptus erat in philosophia, vitiauit, foris quidem vivens ut Christianus, intus vero eadem sentiens quæ Græci, eorumque opiniones pro barbaris Judæorum et Christianorum fabulis in libris suis supponens atque substituens. Christophorsonus nihil hic vidisse satis ostendit Latina ejus interpretatio.

(21) Τοῖς τε Νουμηγίῳ καὶ Κρονίῳ. Certe Origenes in libris contra Celsum citat interdum Numenium philosophum. Fuit hic Pythagoricus philosophus oriundus Apamea Syriæ, cujus celeberrimum illud dictum refert Clemens Alexandrinus in libro decimo Stromatei : *Quid aliud, inquit, est Plato quam Moses Aitice loquens?* Scripserat tres libros Περὶ τὰ γὰθου, et alium Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορρήτων, qui citantur ab Eusebio in libris De præparatione. Citatur ab eodem Eusebio in libro decimo quarto De præparatione, insigne fragmentum ex ejusdem Numenii libro De Academicorum a Platone dissensione. Sed et Origenes in libro quarto contra Celsum, librum ejus De Numeris et librum De loco commemorat, et alium cui titulus erat Ἐπόπτης, quem quidem eundem esse existimo cum illo quem Eusebius nominat Περὶ τῶν

παρὰ Πλάτωνι ἀπορρήτων. Ἐγὼ δ' οἶδα καὶ Νουμηγίον τὸν Πυθαγόρειον, ἄνδρα πολλῶ κρεῖττον διηγησάμενον Πλάτωνα, καὶ τῶν Πυθαγορείων δογμάτων πρὸςθεύσαντα, πολλὰ τοῦ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ ἐκτιθέμενον τὰ Μωϋσέως, ὥσπερ ἐν τῷ καλουμένῳ ἔποπι, scribendum ruto ἐπόπτη. Locus autem ita vertendus est : *Equidem Numenium Pythagoricum, qui longe melius quam Celsus Platonem exposuit, et Pythagoræ dogmata defendit, etc.* Διηγησάμενος enim idem valet ac ἐξηγησάμενος, ut notavi ad caput 14 hujus libri. Numenius igitur Pythagoræ et Platonis dogmata inter se consentire demonstravit. Unde ab aliis Pythagoricus, ab aliis Platonius appellatur. Certe Porphyrius in Plotini Vita, Cronium et Numenium, inter philosophos Platonicos recenset : Ἀνεγνώσχετο μὲν αὐτῷ τὰ ὑπομνήματα εἴτε Σεθόρου εἴη, εἴτε Κρονίου, ἢ Νουμηγίου, ἢ Γατοῦ, ἢ Ἀττικού, κἄν τοῖς Περιπατητικοῖς τὰ τε Ἀσπασίου καὶ Ἀλεξάνδρου. Longinus etiam in libro De fine, Numenium, Cronium et Moderatum inter eos nominat philosophos qui Pythagoræ simul et Platonis dogmata conjunxerunt. Idem confirmat Chalsidius in Timæum Platonis, et Æneas Gazensis in Theophrasto. Chronii philosophi liber Περὶ παλιγγενεσίας citatur a Nemesio in libro De natura hominis, capite 2.

(22) Ἀπολλοφάνους. Inter philosophos ex quibus Stobæus ἐκλογὰς suas composuit, nominatur Ἀπολλοφάνης Αἰγυπτίου.

(23) Καὶ Λογγίνου. Hic est Cassius Longinus, cujus unicus hodie liber restat, De sublimi genere dicendi. Et hunc quidem perique homines grammaticum fuisse existimant. Fuit tamen professione philosophus, ut præter Suidam testatur Vopiscus in Aureliano. Eunque in philosophia Platonica magistrum habuit Athenis Porphyrius, ut ipsemet scribit in libro De philosophica auscultatione, cujus initium legitur apud Eusebium in lib. x Præparationis : Τὰ Πλατωνεῖα ἐστῶν ἡμᾶς ὁ Λογγίνος Ἀθήνησι, etc. Id est, Cum in Platonis natalitiis Longinus nobis epulum præberet Athenis, etc. Solebant enim magistri ac professores philosophiæ Platonice natalem Platonis quotannis sacrificio et convivio celebrare, teste Porphyrio in Plotini Vita. Quod cum a Longino factum sit Athenis, apparet illum philosophiæ Platonice præceptorem fuisse. Sed et Plotini dictum illud, cum Longini liber De principiis Romæ in schola Plotini fuisset recitatus, Longinum philologum magis esse quam philosophum; satis significat, Longinum professione quidem philosophum fuisse, sed in eloquentia atque in omni genere doctrinæ nihilominus exercitatum. Porro Longinus eadem ætate vixit qua Origenes, eoque junior fuit, et diu post illum est mortuus. Miror itaque, cur Porphyrius eum inter vetustiores philosophos nominet, quorum scripta Origenes lectitabat.

(24) Καὶ Μοδεράτου. Hic Moderatus, Gadibus oriundus, undecim libros Πυθαγορείων σχολῶν

usum in philosophia, adulteravit : quantum quidem ad mores, Christiano ritu et adversus legum præscripta vivens ; quantum vero ad opiniones de rebus ipsis ac de Deo spectat, græcizans, et Græcorum seu gentilium sermones peregrinis supponens fabulis. Versabatur enim assidue cum Platone. Numenii quoque, Cronii, Apollonhanis et Longini, Moderati etiam ac Nicomachi, et aliorum qui inter Pythagoricos præcipui habentur, scripta quotidie habebat in manibus. Adhibebat etiam Chæremonis Stoici et Cornuti libros. A quibus cum allegoricum in explicandis Græcorum mysteriis modum didicisset, cum Judaicis Scripturis adhibuit. » Hæc Porphyrius in libro tertio ejus operis quod adversus Christianos composuit. Qui de viri quidem illius studio et multiplici doctrina verissime pronuntiavit. Sed in eo manifestissime mentitus est (quomodo enim non mentiretur qui adversus Christianos scribebat ?) quod ipsum quidem a gentilibus ad Christianos transiisse dicit ; Ammonium vero a veri Numinis cultu ad gentilium ritum se contulisse. Nam et Origenes Christianæ fidei doctrinam a majoribus suis acceptam servavit, ut in superioribus **221** ostendimus ; et Ammonius divinæ philosophiæ præcepta ad extremum usque terminum vitæ integra atque immota retinuit. Testantur id etiamnum lucubrations viri illius ob ea quæ reliquit ingenii monumenta celeberrimi, exempli gratia liber ille cui titulus est : *De consensu Mosis ac Jesu*, et quicunque alii apud studiosos reperiuntur. Atque hæc a nobis dicta sint, tum ad convincendam mendacissimi hominis calumniam, tum ad eximiam Origenis in Græcicis disciplinis eruditionem declarandam. De qua ipse in epistola quadam adversus eos qui nimium ejus studium erga hujusmodi disciplinas reprehendebant, seipsum purgans ita scribit : « Cum vero totum me addixissem verbo Dei, ac de nostra

λογίμων ἀνδρῶν ὠμίαι: συγγράμμασιν · ἐγρήτο δὲ καὶ Χαϊρήμονος (25) τοῦ Στωϊκοῦ, Κουρνούτου τε ταῖς βίβλοις (26). Παρ' ὧν τὸν μεταληπτικὸν τῶν παρ' Ἑλλήσι μυστηρίων γνοῦς τρόπον, ταῖς Ἰουδαϊκαῖς προσήψε Γραφαῖς. » Ταῦτα τῷ Πορφυρίῳ κατὰ τὸ τρίτον σύγγραμμα τῶν γραφέντων αὐτῷ κατὰ Χριστιανῶν εἰρηται, ἐπαληθεύσαντι μὲν περὶ τῆς τάνδρῶς ἀσκήσεως καὶ πολυμαθείας, ψευσαμένῳ δὲ σαφῶς (τί γὰρ οὐκ ἔμελλεν ὁ κατὰ Χριστιανῶν;) ἐν οἷς αὐτὸν μὲν φησιν ἐξ Ἑλλήνων μεταθεθεῖσθαι, τὸν δ' Ἀμμώνιον ἐκ βίου τοῦ κατὰ τὴν θεοσεβείαν, ἐπὶ τὸν ἐθνικὸν τρόπον ἐκπεσεῖν. Τῷ τε γὰρ Ὀριγένει τὰ τῆς κατὰ Χριστὸν διδασκαλίας ἐκ προγόνων ἐσώζετο, ὡς καὶ τὰ τῆς πρόσθεν ἱστορίας ἐδήλου, τῷ τε Ἀμμωνίῳ τὰ τῆς ἐνθέου φιλοσοφίας ἀκέραια, καὶ ἀδιάπτωτα, καὶ μέγχις ἐσχάτης τοῦ βίου διέμενε τελευτηῆς, ὡς που καὶ οἱ τάνδρῶς εἰσέτι νῦν μαρτυροῦσι πόνοι, δι' ὧν κατέλιπε συγγραμμάτων παρὰ τοῖς πλείστοις εὐδοκιμούντος · ὡσπερ οὖν καὶ ὁ ἐπιγεγραμμένος *Περὶ τῆς Μωϋσεως καὶ Ἰησοῦ συμφωνίας*, καὶ ὅσοι ἄλλοι παρὰ τοῖς φιλοκόλοις εὐρηγται. Ταῦτα μὲν οὖν εἰς παράστασιν ἐγκείσθω (27), τῆς τε τοῦ ψευδηγόρου συκοφαντίας, καὶ τῆς Ὀριγένους καὶ περὶ τὰ Ἑλλήνων μαθήματα πολυπειρίας · περὶ ἧς πρὸς τινὰς μεμψαμένους αὐτῷ διὰ τὴν περὶ ἐκεῖνα σπουδὴν ἀπολογούμενος, ἐν ἐπιστολῇ τινὶ ταῦτα γράφει · « Ἐπεὶ δὲ ἀνακειμένῳ μοι τῷ λόγῳ, τῆς σήμερις διατρεχούσης περὶ τῆς ἕξεως ἡμῶν, προσήεσαν ὅτὲ μὲν αἰρετικοί, ὅτὲ δὲ οἱ ἀπὸ τῶν Ἑλληνικῶν μαθημάτων, καὶ μάλιστα τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, ἔδοξεν ἐξετάσαι τὰ τε τῶν αἰρετικῶν δόγματα, καὶ τὰ τῶν φιλοσόφων περὶ ἀληθείας λέγειν ἐπαγγελλόμενα. Τῷτῳ δὲ πεποιθήκαμεν, μιμησάμενοι τε τὸν πρὸ ἡμῶν πολλοὺς ὠφελήσαντα Πάνταϊνον, οὐκ ὀλίγην ἐν ἐκείνοις ἐσχηκότα παρασκευὴν, καὶ τὸν νῦν ἐν τῷ πρεσβυτερῷ καθεζόμενον Ἀλεξανδρέων Ἡρακλᾶν · ὄντινα εὖρον παρὰ τῷ διδασκάλῳ (28) τῶν φιλοσόφων

conscripserat, teste Porphyrio in libro *De vita Pythagoræ* et Stephano in voce *Γάδειρα*. Corruptum est hujus nomen in Commentariis Syriani, cognomento Philoxeni, in XII *Metaphysicis* Aristotelis, pag. 91, ubi Oderatus et Nicomachus inter recentiores Pythagoricos numerantur. De Nicomacho Photius in *Bibliotheca* et Suidas.

(25) *Καὶ Χαϊρήμονος*. Chæremonis Stoici librum *De cometis* laudat Origenes in libris *Contra Celsum*. Hic Chæremon philosophiam docuit Alexandriæ, et successorem habuit Dionysium Alexandrinum, ut docet Suidas in *Dionysio*. Restituendum est hoc nomen in libro septimo *Nat. Quæst.* Senecæ, capite 5 : *Charimander quoque librum De cometis scripsit*. Scribendum est *Chæremon*. De hoc Hieronymus in libro secundo *Adversus Jovinianum* ita scribit : *Chæremon Stoicus, vir eloquentissimus, narrat de vita antiquorum Ægypti sacerdotum, quod omnibus mundi negotiis curisque postpositis, semper in templo fuerint, etc.* Qui locus Hieronymi totus desumptus est ex Porphyrii lib. IV *De abstinentia*. Exstat epigramma Martialis in hunc Chæremonem Stoicum, libro undecimo, epigrammate 58, ex quo apparet circa tempora Trajani illum vixisse.

(26) *Κουρνούτῳ τε ταῖς βίβλοις*. Cornutus Afer, Lepititanus, Romæ philosophiam docuit Claudii Neronis temporibus. Scripsit multa tum de philosophiâ, tum de eloquentiâ, ut refert Suidas. Hunc

Persius quintam satyram tanquam magistro suo dicavit. Ejus liber *De Græcorum theologia* citatur ab auctore *Etymologici*, in voce *Ζεύς*. Is ipse est liber qui primum ab Aldo Manutio Græce est editus sub nomine Phornuti, cum *Cornutus* scribi debeat, ut docet auctor *Etymologici*. Quippe locus ille qui citatur in *Etymologico*, exstat hodie apud Phornium in capite primo. Hunc libellum olim manuscriptum vidimus in bibliotheca Memmiana, sed nullum erat nomen auctoris. Ex eo autem libro apparet, Cornutum allegorias sectatum fuisse. Quare Porphyrius merito illum recenset inter philosophos qui tropologicum sensum adamarunt. Ejusdem libri meminit Theodoritus in libro secundo *De curatione Græcarum affectionum* : *Κορνούτος δὲ ὁ φιλόσοφος, τὴν Ἑλληνικὴν θεολογίαν ζυντέθεικε*.

(27) *Εἰς παράστασιν ἐγκείσθω*. Codex Fnk. et Medicæus habent *κείσθω*, et mox τὰ Ἑλλήνων μαθήματα, cui consentit codex Maz., quod quidem ad posteriorem locum pertinet.

(28) *Ἐδρον παρὰ τῷ διδασκάλῳ*. Ex his verbis colligere est, Origenem eodem magistro quo Heraclam usum esse in philosophia. Vocabatur autem ille Ammonius, ut Porphyrius supra dixit, vir sui temporis philosophorum celeberrimus. De quo nihil attinet hic ea repetere quæ notavi ad Ann. Marcellinum.

μαθημάτων, ἤδη πέντε ἔτεσιν αὐτῷ προσκαρτερήσαντα, πρὶν ἐμὲ ἀρξασθαι ἀκούειν ἐκείνων τῶν λόγων. Διὸ καὶ πρότερον κοινῇ ἐσθῆτι χρώμενος, ἀποδυσάμενος, καὶ φιλόσοφον ἀναλαβὼν σχῆμα, μέχρι τοῦ δεῦρο τηρεῖ (29), βιβλία τε Ἑλλήνων κατὰ δύναμιν οὐ παύεται φιλολογῶν. » Καὶ ταῦτα μὲν αὐτῷ περὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀσκήσεως ἀπολογουμένῳ εἰρηγται. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον ἐπ' Ἀλεξανδρείας αὐτῷ τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ, ἐπιστάς τις τῶν στρατιωτικῶν, ἀνείδου γράμματα Δημητρίῳ τε τῷ τῆς παροικίας ἐπισκόπῳ, καὶ τῷ τότε τῆς Αἰγύπτου ἐπάρχῳ, παρὰ τοῦ τῆς Ἀραβίας ἡγουμένου, ὡς ἂν μετὰ σπουδῆς ἀπάσης τὸν Ὀριγένην πέμψοιεν κοινῶν ἡσόντα λόγων αὐτῷ. Τοιγαροῦν προπεμφθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἀφικνεῖται ἐπὶ τὴν Ἀραβίαν. Οὐκ εἰς μακρὸν δὲ τὰ τῆς ἀφίξεως εἰς πέρας ἀγαγών, αὔθις ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπανήει. Χρόνου δὲ μεταξὺ διαγενομένου, οὐ σμικρὸν κατὰ τὴν πόλιν ἀναρῆρισθέντος πολέμου, ὑπεξελθὼν τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ μηδὲ τὰς κατ' Αἴγυπτον διατριβὰς ἀσφαλεῖς ἑαυτῷ ἡγούμενος, ἐλθὼν ἐπὶ Παλαιστίνης, ἐν Καισαρείᾳ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· ἔνθα καὶ διαλέγεσθαι, τὰς τε θείας ἐρμηνεύειν Γραφὰς ἐπὶ τοῦ κοινῷ τῆς Ἐκκλησίας (30) οἱ τῆδε ἐπίσκοποι, καίτοι τῆς τοῦ πρεσβυτερίου χειροτονίας οὐδέπω τετυχηκότα αὐτὸν ἤξιον. Ὁ καὶ αὐτὸ γένοιτο· ἂν ἐκδηλον, ἀφ' ὧν περὶ τούτου Δημητρίῳ γράφοντες, Ἀλέξανδρος ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος καὶ Θεόκτιστος ὁ Καισαρείας, ὧδε πῶς ἀπολογοῦνται· Προσέθηκε δὲ (31) τῶν γράμμασιν, ὅτι τοῦτο οὐδέποτε ἠκούσθη, οὐδὲ νῦν γενησεται, ἐδ, παρόντων ἐπισκόπων λαϊκοῦς ὁμιλεῖν, οὐκ οἷδ' ὅπως (32) προφανῶς οὐκ ἀληθῆ λέγων. Ὅπου γοῦν εὐρίσκονται οἱ ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ ὠφελεῖν τοὺς ἀδελφοὺς καὶ παρακαλοῦνται τῷ λαῷ προσομιλεῖν, ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων· ὡσπερ ἐν Λαράνδοις Εὐέλπις ὑπὸ Νέωνος, καὶ ἐν Ἰκονίῳ Παυλῖνος ὑπὸ Κέλσου, καὶ ἐν Συνάδοις (33) Θεόδωρος ὑπὸ Ἀττικῶν τῶν μακαρίων ἀδελφῶν. Εἰκόσ δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις τοῦτο γίνεσθαι, ἡμᾶς δὲ μὴ εἰδέναι. » Τοῦτον καὶ ἔτι νέος ὧν ὁ δη-

eruditione fama jam crebrior spargeretur, consentibus ad me nunc hæreticis, nunc Græcarum disciplinarum studiosis, et maxime philosophis : scrutari hæreticorum dogmata, et maxime philosophis : philosophis de veritate jaclantur, excusare constitui. Atque hoc fecimus, tum Pantæni illius qui ante nos multis profuit, exemplum secuti, qui quidem hujusmodi cognitione non mediocriter instructus fuit : tum Heraclæ qui nunc inter presbyteros Alexandrinæ sedet Ecclesiæ : quem ego apud magistrum philosophiæ reperi, quintum jam annum ei operam dantem, priusquam ego ejusmodi doctrinam auscultare cœpissem. Atque i'circo cum vulgari veste antea usus fuisset, ea deposita, philosophicum induit habitum, quem etiamnum retinens, Græcorum libros studiose evolvere non desistit. » Hæc ab Origene dicta sunt, ut studium illud quod Græcis disciplinis impenderat, excusaret. Sub idem tempus cum Alexandria moraretur, miles quidam adveniens, Demetrio Ecclesiæ episcopo, et præfecto Ægypti litteras a duce Arabiæ detulit, quibus posecebat ut confestim ad se Origenem mitterent, qui doctrinam suam ipsi communicaret. Missus igitur ab illis Origenes, in Arabiam perrexit. Nec multo post, perfecto cujus causa venerat negotio, Alexandriam regressus est. Aliquanto post tempore cum Alexandria gravissimum bellum excitatum fuisset, clam inde aufugiens, ac ne in Ægypto quidem commorari tutum ratus, Palæstinam petiit, et Cæsareæ domicellium fixit. Ubi etiam ab illius regionis episcopo rogatus est, ut publice in Ecclesia dissereret, et divinas Scripturas, tametsi nondum presbyter ordinatus, exponeret. Atque id manifestum fuerit vel ex iis quæ Alexander Hierosolymorum et Theoctistus Cæsariensis episcopus ad Demetrium pro hujus facti defensione scribunt in hunc modum : Quod vero in litteris tuis adjecisti, nunquam antea visum nec adhuc factum fuisse, ut præsentibus episcopis laici concionaren-

(29) Μέχρι τοῦ δεῦρο τηρεῖ. Ex his apparet, nullum etiam tum peculiarem fuisse vestitum clericorum, quandoquidem Heraclæ Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, et qui postea ejusdem loci episcopus fuit, philosophicum pallium semper retinuit.

(30) Ἐπὶ τοῦ κοινῷ τῆς Ἐκκλησίας. Hinc colligitur Origenem, qui catechetes fuerat Alexandria, in privato auditorio, non autem in ecclesia catechumenos instituisse. Neque enim Alexandro et Theoctisto episcopis id objiceret Demetrius, quod Origenem in ecclesia docere jussissent, si Alexandria idem ab Origene factum fuisset. Quare fallitur Rufinus, qui in cap. 3 hujus libri ita scribit : Videns Demetrius episcopus quod ad ipsum præcipue doctrine gratia et prædicationis verbi Dei, multitudines plurimæ convolare, catechizandi ei, id est, docendi magisterium in Ecclesia tribuit.

(31) Προσέθηκε δέ. Alloquebantur Demetrium in tertia persona, idque honoris causa. Subaudiendum est igitur ἡ σὴ ἀγίας, sanctitas tua. Quæ voces sine dubio præcesserant, ut constaret apertius, si totam epistolam haberemus.

(32) Οὐκ οἷδ' ὅπως. Hæc epistola ad Demetrium scripta est ab Alexandro Hierosolymorum episcopo, viro disertissimo, unde singulari numero loquitur οὐκ οἷδα, quamvis non tantum suo, sed et Cæsariensis episcopi nomine litteras scribat.

(33) Ἐν Συνάδοις. Αἱ, Συνάδοις. Scribendum est Συνάδοις. Certe Rufinus vertit apud Synnadum. Urbs est Phrygiæ notissima, sic dicta ἀπὸ τοῦ συναδέων, id est συναικεῖν, eo quod multi ex Macedonia illic ad incolendum confluerint. Unde pr mo quidem dicta est Συνατά, postea vero corrupto vocabulo Συνάδα a finitimis vocata est. Stephanus in lib. De urbibus : Τὸ μὲν πρῶτον Συνατά (scribe Συνατά) ἀπὸ τῆς συναγωγῆς καὶ συναικέσεως προσαγορευθῆναι· μετὰ δὲ ταῦτα παρεφθαρμένως ὑπὸ τῶν πλησιόχωρων Συνάδα κληθῆναι. Ex his apparet Συνάδα eum duplici r scribi debere. Quod quidem confirmant etiam nummi veteres. Exstat apud Joannem Tristannum nummus Caracallæ cum hac inscriptione CYNNAΔΕΩΝ, ΔΩΡΙΕΩΝ, ΙΩΝΩΝ. Quæ quidem inscriptio docet Synnadenses fuisse Dorianos, id est, Dorienses Ionibus permixtos. Erant enim origine Macedones, ac proinde Dorienses, verum in medio Ionici siti.

tur : in eo nescio quomodo a veritate longissime aberrasti. Nam sicubi reperuntur qui fratribus prodessent possint, eos sancti episcopi ultro adhortantur ut ad populorum conciones habeant. Sic Enelpis Larandis rogatus est a Neone; Paulinus Iconii a Celso, Theodorus apud Synnada ab Attico fratribus nostris beatissimis. Idque etiam alibi fieri credibile est, quamvis nos ignoremus. In hunc modum supradictus Origenes dum adhuc juvenis esset, non solum a notis et domesticis, verum etiam ab exterarum regionum episcopis colebatur. Sed cum Demetrius per litteras eum revocasset, missisque Ecclesiæ suæ diaconis reditum ejus urgere non desistisset : Alexandriam reversus consuetum munus obiit.

CAPUT XX.

Quinam scriptorum ejus ætatis libri ad nos pervenerint.

Eadem tempestate multi ecclesiastici viri doctrina excellentes florebant : quorum epistolæ quas ad se vicissim scripserunt, hactenus asservatas facile est reperire. Exstant enim nostra quoque ætate in bibliotheca Æliæ urbis, ab Alexandro Ecclesiæ illius episcopo constructa. Ex qua nos uberrimam materiam ad argumenti hujus quod præ manibus habemus tractationem, in unum collegimus. Inter hos fuit Beryllus Bostrenorum in Arabia episcopus, qui præter epistolæ et lucubrationes, varia quoque elegantis ingenii monumenta dereliquit. Similiter et Hippolytus alterius ejusdem Ecclesiæ episcopus. Pervenit etiam ad nos Caii disertissimi viri disputatio Romæ habita temporibus Zephyrini, adversus Proclum quemdam Cataphrygarum **223** hæresis propugnatorem. In qua ille dum adversariorum in componendis novis Scripturis temerita-

(34) Ἐτι νέος ὦν ὁ δηλούμενος ἀνὴρ Ὀριγένης. Postrema vox abest a nostris codicibus Maz., Med. et Fuk., nec admodum necessaria est. Cæterum Origenes annum ætatis tum agebat circiter tricesimum, cum primum venit in Palæstinam. Quippe illuc profectus est sub finem imperii Antonini Caracallæ, ut docet Eusebius hoc loco.

(35) Διαφόρους φιλοκαλλίας. Christophoronus interpretatur libellos ex variis scriptoribus excerptos, tanquam flosculos. Certe antiqui φιλοκαλλίας vocabant electa sive excerpta ex quopiam scriptore. Hujusmodi sunt Origenis *Philocaliæ*. Tales sunt etiam Apuleii *Floridorum libri*, splendidiore scilicet loci ex ejus orationibus excerpti. Verum hanc interpretationem parum hic convenire existimo. Primum quia non dicit Eusebius quibusnam ex libris excerpta illa collegerit Beryllus, deinde, quia addit *διαφόρους*. Non est enim credibile, Beryllum diversos libros hujus argumenti quod leve et exiguum est, composuisse. Itaque malim vertere *elegantis ingenii monumenta*. Intelligere autem videtur hymnos et poemata. Utitur hac voce Phrynichus in epist. ad Menodorum, qua quintum Sophistici apparatus librum ei nuncupabat, καὶ ἐστὶ ἄλλο προστάττοι, φιλοκαλλίας τε καὶ πολυμαθείας καὶ κοσμήτους ἔχόμενον.

(36) Ἰαπόλυτος ἐτέρας που. Georgius Syncellus in *Chronico* et Nicephorus Callistus, et Zonaras, Hippolytum Portuensem episcopum fuisse scribunt. Ita etiam dicitur in *Collectaneis* Anastasii Bibliothecarii ubi fragmentum ejus refertur. Theodoritus, qui multa ex eo adducit, episcopum et martyrem illum vocat, sed cuiusnam urbis episcopus fuerit, non addit. Gelasius in libro *De duabus naturis*,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ὅσοι τῶν τηλικάδε φέρονται λόγοι (Nic. H. E. v, 15).

Ἦμαρξον δὲ κατὰ τοῦτο πλείους λόγοι καὶ ἐκκλησιαστικοὶ ἄνδρες, ὧν καὶ ἐπιστολάς ἄς πρὸς ἀλλήλους διεχάραντο, ἔτι νῦν σωζομένας εὐρεῖν εὐπορον· αἱ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐφυλάχθησαν ἐν τῇ κατὰ τὴν Αἰλίαν βιβλιοθήκῃ, πρὸς τοῦ τηλικάδε τὴν αὐτῶν διέποντος παροικίαν Ἀλεξάνδρου ἐπισκευασθείσῃ, ἀφ' ἧς καὶ αὐτοὶ τὰς ὕλας τῆς μετὰ χεῖρας ὑποθέσεως ἐπὶ ταῦτο συναγαγεῖν δεδυνήμεθα. Τούτων Βήρυλλος σὺν ἐπιστολαῖς καὶ συγγράμμασι διαφόρους φιλοκαλλίας (35) καταλείπειν. Ἐπίσκοπος δ' οὗτος ἦν τῶν κατὰ Βόστραν Ἀράβων· ὡσαύτως δὲ καὶ Ἰππόλυτος, ἐτέρας που (36) καὶ αὐτὸς προεστὼς Ἐκκλησίας. Ἦλθε δὲ εἰς ἡμᾶς καὶ Γαίου λογιώτατου ἀνδρὸς διάλογος, ἐπὶ τῷ φώματι κατὰ Ζεφυρίων· πρὸς Πρόκλον (37) τῆς κατὰ Φρύγας αἰρέσεως ὑπερμαχοῦντα κεκρινέντος· ἐν ᾧ τῶν δι' ἐναντίας τῆν περὶ τὸ συντάττειν καινὰς Γραφὰς προπέτειάν τε καὶ τάλμαν ἐπιστομίζων, τῶν τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου δεκα-

Hippolytum citans, eum martyrem et episcopum Arabiæ metropolis appellat.

(37) Γαίου... πρὸς Πρόκλον. Cataphrygarum secta in duas partes divisa est. Alterius princeps fuit Proclus, alterius Æschines, ut scribit Tertullianus *De præscriptione hæreticorum*, in fine. Qui Proclum sectabantur, dicebantur, οἱ κατὰ Πρόκλον, teste ibidem Tertulliano. Ex quo apparet Græcum hominem fuisse. Accedit quod Caius adversus eundem Proclum Græce scripsit. Quare non assentior Baronio, qui hunc Proclum eundem esse vult cum Procuro Afro qui scripserat adversus Valentinianos, ut scribit Tertullianus in libro *Adversus Valentinum*. In qua opinione videtur etiam fuisse Nicolaus Rigaltius, ut ex notis illius apparet; et P. Halloixius, in notationibus ad *Vitam sancti Apollinarius*, cap. 2. Sed si unus idemque esset, cur Tertullianus eum alibi *Proculum*, alibi *Πρόκλον* Græco nomine appellat. De Caii *Adversus Proculum* libro videndus est Photius in *Bibliotheca*. Apud Theodoritum in lib. iii *Hæreticarum fabularum*, ubi mentio fit hujus libri, κατὰ Πατρόκλον scribitur pro Πρόκλον. Erat autem hic liber dialogus, in quo Proclus Montani prophetiam defendens inducebatur, ut patet ex libro iii Eusebii, cap. 31, ubi verba ipsius Procli afferuntur, quibus ad astruendam Montani prophetiam, docebat semper in Asia propheta viguisse: et adhuc sua ætate existisse apud Hierapolim sepulcra filiarum Philippi, quæ prophetiæ dono insignes fuerant. Quibus Procli verbis respondens Caius, ait Romanos longe illustrioribus sepulcris gloriari, Petri scilicet ac Pauli. Verba Caii habes in libro ii, capite penultimo.

τῶν μόνων Ἐπιστολῶν μνημονεύει, τὴν πρὸς Ἑβραίων μὴ συναριθμησας ταῖς λοιπαῖς· ἐπεὶ καὶ εἰς δεῦρο παρὰ Ῥωμαίων τισὶν (38) οὐ νομίζεται τοῦ Ἀποστόλου τυγχάνειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ΄.

Ἵσοι κατὰ τοῦσδε ἐπίσκοποι ἐγνωρίζοντο
(Nic. H. E. v, 26).

Ἄλλὰ γὰρ Ἀντωνίνον ἔτη βασιλεύσαντα ἐπτὰ καὶ μῆνας ἐξ Μακρίνου διαδέχεται. Τούτου δ' ἐπ' ἑμαυτὸν διαγενομένου, αὐθὺς ἕτερος Ἀντωνίνος τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν παραλαμβάνει· οὐ κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος, ὃ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος Ζεφυρίνος μεταλάττει τὸν βίον, ὅλοις ὀκτωκαίδεκα διακατασχῶν ἔτεσι τὴν λειτουργίαν. Μεθ' ὃν Κάλλιστος τὴν ἐπισκοπὴν ἐχειρίζεται· ὃς ἐπιθύσας ἔτη πέντε, Οὐρβανῷ τὴν Ἐκκλησίαν καταλείπει. Αὐτοκράτωρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ τούτοις διαδέχεται τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν, ἐπὶ τέτταρσι μόνοις ἔτεσιν Ἀντωνίνου διαγενομένου. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχείων Ἐκκλησίας Ἀσκληπιάδην Φιλητὸς διαδέχεται. Τοῦ δὲ αὐτοκράτορος μήτηρ Μαμαία τοῦνομα, γυνὴ θεοσεβεστάτη εἰ καὶ τις ἄλλη γεγούσα, καὶ εὐλαβὴς τὸν τρόπον, τῆς Ὀριγένους πανταχόσε βωμμένης φήμης, ὡς καὶ μέχρι τῶν αὐτῆς ἐλθεῖν ἀκοῶν, περὶ πολλοῦ ποιεῖται τῆς τοῦ ἀνδρὸς θέας ἀξιοθῆναι, καὶ τῆς ὑπὸ πάντων θαυματομένης περὶ τὰ θεῖα συνέσεως αὐτοῦ πείραν λαβεῖν. Ἐπ' Ἀντιοχείας δῆτα διατρέψουσα, μετὰ στρατιωτικῆς δορυφορίας αὐτὸν ἀνακαλεῖται. Παρ' ἧς χρόνον διατρέψας, πλειστὰ τε ὅσα εἰς τὴν τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ τῆς τοῦ θεοῦ διδασκαλείου ἀρετῆς ἐπιδείξάμενος, ἐπὶ τὰς συνήθεις ἔσπευδε διατριβάς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ΄.

Ἵσα τῶν Ἱερολύτου εἰς ἡμᾶς ἦλθεν
(Nc. H. E. 15).

Τότε δῆτα καὶ Ἱππολύτος συντάττων, μετὰ πλείστον ἄλλων ὑπομνημάτων, καὶ τὸ *Περὶ τοῦ Πάσχα* πεποήται σύγγραμμα (39)· ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, καὶ τινα κανόνα ἐκκαίδεκασηρίδος περὶ τοῦ Πάσχα προθεῖς (40), ἐπὶ τὸ πρῶτον

(38) *Παρὰ Ῥωμαίων τισίν.* Eusebius supra in lib. iii, cap. 3, de Pauli Epistolis disserens, ait quosdam Epistolam ad Hebræos ut falsam rejecisse, asseverantes Romanam Ecclesiam de ejus Epistolæ auctoritate dubitare, πρὸς τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ὡς μὴ Παύλου οὖσαν αὐτὴν, ἀντιλέγεσθαι φήσαντες. Rufinus in utroque Eusebii loco Latinos vertit. Hieronymus tamen in *Catalogo Romanos* interpretatur, ubi de Caio. *Decimam quartam, inquit, quæ fertur ad Hebræos, dicit non ejus esse. Sed et apud Romanos usque hodie quasi Pauli apostoli non habetur.* Inter Romanos quosdam scriptores qui ita censuerunt, numerari potest Hippolytus Portuensis episcopus. Hic enim in libro *Adversus hæreses*, Epistolam ad Hebræos Pauli apostoli non esse affirmavit, teste Photio in *Bibliotheca*, cap. 121.

(39) *Τὸ περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα.* Exstat hodie *Canon Paschalis* Hippolyti, quem Josephus Scaliger libris suis *De emendatione temporum* intextuit notisque illustravit. Sed et Ægidius Bucherius eundem Latine vertit. Verum neuter illorum animadvertit *Canonem* hunc partem duntaxat esse libri quem Hippolytus conscripserat de Pascha,

A tem et audaciam suggillat, tredecim solum divini Apostoli commemorat Epistolas: eam quæ ad Hebræos inscripta est, cum reliquis non annumerans. Sane hæc epistola etiamnum a quibusdam Romanis Apostoli esse non creditur.

CAPUT XXI.

Quinam eo tempore episcopi claruerunt.

Cæterum Antonino, cum per annos septem sexque admodum menses imperavisset, successit Macrinus. Qui cum usque ad anni unius spatium vitam simul atque imperium protraxisset, alius denuo Antoninus principatum Romanum accepit. Hujus primo imperii anno Zephyrinus Romanæ urbis episcopus abiit e vita, cum per annos octodecim sacerdotium obtinuisset. Post quem Callistus episcopatum suscepit: qui cum quinquennio superstes vixisset, Urbano Ecclesiam regendam dereliquit. Alexander post hæc Romanum imperium capessivit, cum Antoninus quadriennium duntaxat regnavisset. Quo quidem tempore apud Antiochiam mortuo Asclepiade, episcopatum ejus Ecclesiæ sortitus est Philetus. Porro mater Alexandri imperatoris, Mamæa nomine, pia imprimis ac religiosa femina, cum Origenis nomen ubique jam celeberrimum haberetur, adeo ut ad ipseius quoque aures perlatum esset, conspectu ejus frui, et scientiam rerum divinarum quam omnes in eo viro magnopere admirabantur certissimo experimento cognoscere concupivit. Igitur illa Antiochiæ degens, misso militari satellitio, hominem accersit. Qui apud eam aliquandiu commoratus, cum innumera illi documenta exhibuisset ad Domini gloriam et ad divinæ illius prædicationis potentiam declarandam, ad consuetas mature sedes regressus est.

CAPUT XXII

Quæ Hippolyti opera ad nos pervenerint.

Eodem tempore et Hippolytus inter plurima alia ingenii sui monumenta, librum *De Pascha* composuit, in quo temporum seriem describens, et canonem quemdam Paschalem per sedecim annorum circuitum exhibens, anno primo 224 imperatoris Ale-

cum tamen Eusebius id apertissime significet, ut ex hujus loci lectione apparet. Id cum Scaliger non animadvertisset, immerito reprehendit Eusebium, quod dixerit Hippolytum in eo libro ad primum usque Alexandri imp. annum seriem temporum determinasse. Imo vero, inquit Scaliger, pag. 685, *Canon Hippolyti non in primum annum imp. Alexandri desinit, sed ab eodem incipit.* Verum id quidem est. Sed Eusebius non de *Canone* loquitur quem Hippolytus operi suo *De Pascha* adjunxerat, verum de opere ipso in quo Hippolytus ordinem temporum dinumerans, in primo Alexandri imp. anno desierat. Nec erat quod Scaliger tantopere miraretur illam Eusebii locutionem, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου χρόνος περιγράφει. Est enim Græcis usitata locutio. Sic supra in cap. 6 hujus libri, de Clemente loquens Eusebius, *χρονικὴν ἐκθέμενος γραφὴν εἰς τὴν Κομμάδου τελευταίην περιγράφει τοὺς χρόνους.* Rufinus certe locum Eusebii non aliter ac nos intellexit.

(40) *Κανὸνα προθεῖς.* In codice Mediceo legitur *προθεῖς, μήτε, ut opinor.*

xandri computationem temporum circumscribit. Ex reliquis autem illius scriptis, hæc sunt quæ ad notitiam nostram pervenerunt: *In opus sex dierum, In ea quæ post sex dies consecuta sunt, Adversus Marcionem, In Canticum canticorum, In capita quædam Ezechielis, De Pascha, Adversus omnes hæreses.* Sed et alia plurima apud alios asservata licet reperire.

CAPUT XXIII.

De Origenis studio, et quomodo presbyterii honorem adeptus est.

Ex eo tempore etiam Origenes in divinas Scripturas commentarios cœpit conscribere, Ambrosio innumeris stimulis eum incitante, nec solum verbis atque hortationibus, sed etiam largissimis rerum necessariorum præbitionibus. Quippe septem et amplius notarii dictanti illi præsto aderant, qui præstituto tempore sibi per vices succedebant: nec pauciores antiquarii simul cum puellis elegantius scribere assuetis: quibus omnibus necessarios sumptus copiose subministrabat Ambrosius. Sed et incredibilem quamdam alacritatem in hoc sacrarum litterarum studio ipse pro virili parte conferebat: qua quidem re potissimum Origenes ad scribendos commentarios impellebatur. Hæc dum ita geruntur, Urbanum Ecclesiæ Romanæ pontificatu octennio perfunctum excepit Pontianus: Antiochenam vero Ecclesiam post Philetum Zebinus regendam accepit. Quo tempore Origenes, compellente ipsius necessitate, ob ecclesiastica negotia in Achaïam profectus, cum per Palestinam transiret, presbyterii gradum per impositionem manuum Cæsareæ ab illius regionis episcopis accepit. Porro qui deiaceps motus ejus causa fuerint concitati, et quæ super iisdem motibus a præsulibus Ecclesiarum constituta sint: et quæcunque alia vigens ipse ac dolens in

ἔτος αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει. Τῶν δὲ λοιπῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα, ἐστὶ τὰδε· *Εἰς τὴν Ἐξαήμερον, Εἰς τὰ μετὰ τὴν Ἐξαήμερον* (41), *Πρὸς Μαρκίωνα, Εἰς τὸ Ἄσμα* (42). *Εἰς μέρη τοῦ Ἰεζεκιήλ, Περὶ τοῦ Πάσχα, Πρὸς ἀπάσας τὰς αἰρέσεις* (43). Πλεῖστά τε ἄλλα καὶ παρὰ πολλοῖς εὐροις ἂν σωζόμενα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ΄.

Περὶ τῆς Ὀριγένους σπουδῆς, καὶ ὡς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κρησθελίου ἠξιώθη (Nic. H. E. v, 18).

Ἐξ ἐκείνου (44), δὲ καὶ Ὀριγένει τῶν εἰς τὰς θείας Γραφὰς ὑπομνημάτων ἐγένετο ἀρχή, Ἀμβροσίῳ ἐς τὰ μάλιστα παρορμῶντος αὐτὸν μυρίαὶ δόξασον προτροπαίς (44'), οὐ ταῖς διὰ λόγων καὶ παρακλήσεσιν αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφθονωτάταις τῶν ἐπιτηδείων χορηγίαις. Ταχυγράφοι γὰρ αὐτῷ πλείους ἢ ἐπὶ τὴν ἀριόμῶν παρῆσαν ὑπαγορεύοντι, χρόνοις τεταγμένοις ἀλλήλους ἀμειβόντες· βιβλιογράφοι τε οὐχ ἥττους, ἅμα καὶ κόραις ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἡσχημένοις· ὧν ἀπάντων τὴν δέουσαν τῶν ἐπιτηδείων ἀφθονον περιουσίαν ὁ Ἀμβρόσιος παρεστήσατο· ναὶ μὴν καὶ ἐν τῇ περὶ τὰ θεῖα λόγια ἀσχῆσει τε καὶ σπουδῇ, προθυμίαν ἀπατον αὐτῷ συνεισέφερον, ἥ καὶ μάλιστα αὐτὸν προὔτρειπεν ἐπὶ τὴν τῶν ὑπομνημάτων σύνταξιν. Τούτων δὲ οὕτω, ἐχόντων, Οὐρβανὸν ἐπισκοπεύσαντα τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἔτεσιν ὀκτώ, διαδέχεται Ποντιανὸς, τῆς δ' Ἀντιοχείων μετὰ Φιλητῶν, Ζεβίνος. Καθ' οὗς ὁ Ὀριγένης ἐπειγούσης χρείας ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων (45), ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στελεάμενος τὴν διὰ Παλαιστίνης, πρεσβυτέρῳ χειροθεσίαν ἐν Καισαρείᾳ πρὸς τῶν τῆδε ἐπισκόπων ἀναλαμβάνει. Τὰ μὲν οὖν ἐπὶ τούτῳ περὶ αὐτοῦ κακινημένα, τὰ τε ἐπὶ τοῖς κινηθεῖσι δεδογμένα τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν προεστῶσιν (46), ὅσα τε ἄλλα ἀκμάζων περὶ τὸν θεῖον εἰ-

(41) *Εἰς τὰ μετὰ τὴν Ἐξαήμερον.* Id est, in caput secundum Geneseos, ut notavit Scaliger in libro vii *De emendatione temporum*, pag. 685, ubi tamen immerito reprehendit Hieronymum quasi hoc non intellexerit Hieronymus. Ego vero aliter sentio. Plures enim Hippolyti libros recenset Hieronymus quam Eusebius. Itaque cum Hippolytum scripsisse dicit in Genesim, tam libros in *Hexaemeron* intelligit quam in *Post-hexaemeron*. Exstat Philonis liber eodem titulo, seu potius duo libri, ut est in ms. Augustano.

(42) *Εἰς τὸ Ἄσμα.* Theodoritus in dialogo qui *Eranistes* inscribitur, hunc librum Hippolyti ita citat, *Εἰς τὴν ὁδὴν τὴν μεγάλην.*

(43) *Πρὸς ἀπάσας τὰς αἰρέσεις.* De hoc Hippolyti libello vide Photii *Bibliothecam*, cap. 121. Erat hic liber contra xxxii hæreses, quarum prima erat Dositheanorum, ultima Noelianorum. Quas hæreses cum Irenæus in concionibus refutasset, earum compendium scripsit Hippolytus, ejus discipulus, teste ibidem Photio. Hunc porro Hippolyti libellum sæpe citaverat Stephanus Gobarus, ut patet ex cap. 7, 10 et 13 libri secundi.

(44) *Ἐξ ἐκείνου δέ.* Hæc verba male accepit Hieronymus in *Catalogo*, quasi Origenes æmulatione Hippolyti impulsus, ad scribendum accesserit. Putavit enim ἐξ ἐκείνου referri ad Hippolytum, cum tamen significet *abhinc*, vel *exinde*. Subauditur enim τοῦ χρόνου. Porro ab his verbis cap. 23, in-

cipit in codice Mazarino, cui consentit optimus ille codex Rufini quem sæpius laudavi, nisi quod pro 23 capite scriptum habet 20.

(44') *Vulg. μυρίαὶ δόξασον.* In codice *Maz.* pro οὖν notatur alias scribi οὐ. Sed neutrum placet. Apud Suidam, in voce *Ὀριγένης*, scribitur δόξασον. Quod si retineamus, delendum erit *μυρίαὶ*.

(45) *Ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων.* Rufini versio commentarii loco erit: *Quo in tempore Origenes rogatus est ab Ecclesiis quæ sunt apud Achaïam, ut illo usque pro convincendis hæreticis, qui inibi liberius convalescerant, perveniret.* Idem scribit Hieronymus in *Catalogo*, ubi de Origene.

(46) *Δεδογμένα τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν προεστῶσιν.* At hæc præcipue referre hic debuerat Eusebius, quippe quæ ad historiam ecclesiasticam maxime faciunt. Satis erat omittere alia multa quæ de Origene commemoravit Eusebius; cujusmodi est de legatione ducis Arabiæ, et de Manæa matre imperatoris Alexandri, et alia nonnulla, quæ ad ipsius quidem Origenis gloriam spectant, sed ad historiam rerum ecclesiasticarum parum conferunt. Decreta autem episcoporum in causa Origenis, nequaquam hic erant omittenda. Verum nos immerito de Eusebio querimus. Hic enim, cum omnia quæ ad Origenem causam pertinent, accurate retulisset in secundo *Defensionis* libro quam pro Origene conscripserat, eadem hic repetere superfluum duxit.

ἐνήνεκται (47) λόγον, ἰδίας δεδόμενα συντάξεως, με-
τρίως ἐν τῷ δευτέρῳ ἤς ὑπὲρ αὐτοῦ πεποιηθεῖα
ἀπαλογίας, ἀνεγράψαμεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ΄.

Πῶς ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐξηγήσατο
(Nic. II. E. v, 15).

Ταῦτα δὲ ἐκεῖνοις δέοι ἂν προσεπιθεῖναι (48) δη-
λοῦντας, ὡς ἐν μὲν τῷ ἕκτῳ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάν-
νην Ἐξηγητικῶν, σημαίνει τὰ πρότερα πέντε, ἐπὶ
Ἀλεξανδρείας ἐτ' ὄντα αὐτὸν συντάξει, τῆς δ' εἰς τὸ
πᾶν Εὐαγγέλιον αὐτὸ δὴ τοῦτο πραγματείας, μόνου
δὸο καὶ εἰκοσίν (49) εἰς ἡμᾶς περιήλθον τόμοι. Κα-
τὰ δὲ τὸ ἔννατον τῶν εἰς τὴν Γένεσιν· δώδεκα δὲ ἐστὶ
τὰ πάντα· οὐ μόνον τοὺς πρὸ τοῦ ἔννατου δηλοῖ ἐπὶ
τῆς Ἀλεξανδρείας ὑπερμηματίσθαι, ἀλλὰ καὶ εἰς
τοὺς πρώτους δὲ πέντε καὶ εἰκοσι Ψαλμοῦς· ἐτι τε
τὰ εἰς τοὺς Θρήνους, ὧν εἰς ἡμᾶς ἐληλύθασι τόμοι
πέντε· ἐν οἷς μέμνηται καὶ τῶν *Περὶ ἀναστά-
σεως* (50). Δύο δ' ἐστὶ καὶ ταῦτα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ

Quare non hæc Eusebii culpa est, sed posteriorum, qui nimio adversus Origenem odio, libros illos quos pro Origene defensione Eusebius ac Pamphilus martyr eliderant, nobis inviderunt. Nisi quod Photius exigua quædam eorum fragmenta, tanquam ex naufragio nobis conservavit. Ex cuius *Bibliotheca*, cap. 118, discimus duas adversus Origenem synodos collectas fuisse: quarum prior Originem ex Alexandrina Ecclesia pellendum esse censuit, sed presbyterii honorem non ademit. Secunda vero synodus episcoporum Ægypti a Demetrio congregata, Origenem sacerdotio exiit; cui damnationi totius pene orbis episcopi subscripserunt, ut docet Hieronymus, cuius hæc verba refert Rufinus in *Apologia* II: *Pro hoc sudore quid accepit præmii? Damnantur a Demetrio episcopo. Exceptis Palæstinæ et Arabiæ et Phænices atque Achaïæ sacerdotibus, in damnationem ejus consentit orbis. Roma ipsa contra hunc cogit senatum; non propter dogmatum novitatem, nec propter hæresim, ut nunc adversus eum rabidi canes simulant; sed quia gloriam eloquentiæ ejus et scientiæ ferre non poterant, et illo docente omnes muti putabantur.* Porro hæc Pamphilii ex libro II *Apologetici pro Origene* sunt hæc: Καὶ σύνδοσι ἀπορίζεται ἐπισκόπων, καὶ τινῶν πρεσβυτέρων, κατὰ Ὀριγένους, ἧ τε ὡς ὁ Πάμφιλος φησι, ψηφίζεται μεταστῆναι μὲν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τὸν Ὀριγένην, καὶ μήτε διατρέχειν ἐν αὐτῇ, μήτε διδάσκειν· τῆς μὲντοι τοῦ πρεσβυτέρου τιμῆς οὐδὲ μὴ ἀποκεκινήσθαι· ἀλλ' ὁ γε Δημήτριος ἅμα τισὶν ἐπισκόποις Αἰγυπτίοις, καὶ τῆς ἱερουσάλυμης ἀπεκλήρουξε, συνυπογραψάντων καὶ τῇ ἀποφάσει τῶν συμφήφων αὐτῷ γεγεννημένων. Hieronymus tamen non depositum duntaxat, sed excommunicatum a Demetrio dicit Origenem, et indignum communionem Ecclesiæ judicatum. Verum hæc Demetrii sententia, quamvis tot episcoporum consensu firmata, absque effectu mansit, cum Origenes presbyteri munus semper deinceps retinuerit, et in Ecclesia docere perseveraverit, ut docet Eusebius in hoc libro, et Pamphilus in lib. I *Apologetiæ*. Cur autem irrita fuerit hæc sententia, duplex causa est, primo quia in absentem prolata fuerat absque legitimis citationibus; deinde, quia multorum antistitum, ac præcipue Romani episcopi auctoritate non erat confirmata.

(47) *Εἰσηγήνεκται*. Positum videtur ab Eusebio pro εἰσηγήγεχε, et sic intellexit Nicephorus. At Christophorus interpretatur *pertulit*.

(48) *Ἐκεῖνοις δέοι ἂν προσεπιθεῖναι*. Iis scilicet

A prædicatione verbi divini contulit, cum proprium opus requirant, in secundo libro *Defensionis* quam pro illo conscripsimus, sufficienter a nobis sunt exposita.

225 CAPUT XXIV.

Quænam Alexandriæ interpretatus sit.

Hæc vero supradictis adjungere prorsus necesse est, quinque priores libros *Expositionum in Joannis Evangelium* ab illo dum adhuc Alexandriæ degeret, esse compositos, ut ipsemet in sexto earundem *Expositionum* libro testatur. Ex universo autem opere quod in totum illud Evangelium elaboravit, duo et viginti libri ad nos duntaxat pervenerunt. Sed et in libro nono *Expositionum in Genesim* (sunt autem omnes ejus in Genesim libri numero duodecim) non solum octo priores Alexandriæ lucubratos esse significat, verum etiam commentarios in primos quinque et viginti psalmos, ac præterea in *Lamentationes* Jeremiæ, ex quibus quinque tomi ad nos

quæ in secundo libro *Apologiæ pro Origene* diximus, quod non intellexit Christophorus. Porro ex quatuor nostris codicibus hic addidimus vocem δηλοῦντας, quæ deerat in Regio exemplari, et in editione Stephani. Contra vero particula ἂν, quæ habetur in Regio, abest a nostris codicibus Mazarino, Mediceo et Fiketiano.

(49) *Μόροι δύο καὶ εἰκοσιν*. Ex triginta quatuor tomis seu libris quos in Evangelium Joannis scripserat Origenes, teste Hieronymo in præfatione ad Paulam de interpretatione sua Homiliarum in Lucam. Hodie vero novem duntaxat supersunt tomῶν *Explanatum* Origenis in Joannis Evangelium, a Peronio Latine primum editi. Sed in vulgatis editionibus hi novem tomi male in triginta quatuor tomos distributi sunt, ut in præfatione sua recto movit doctissimus Genebrardus.

(50) *Τῶν Περὶ ἀναστάσεως*. Hieronymus in libro quodam qui citatur a Rufino in *Apologia* II adversus Hieronymum, indiculum texens librorum Origenis, ita ait: *Scriptis in Genesim libros XIII, Mysticarum Homiliarum libros duos, in Exodum excerpta, in Leviticum excerpta.* Et post multa: *Item monobiblia, Περὶ ἀρχῶν libros IV, De resurrectione libros duos; et alios De resurrectione dialogos duos.* Contra hos Origenis libros De resurrectione, scripsit Methodius episcopus insignem librum *De resurrectione ecclesiasticis*, et Maximo in scholis ad librum *Ecclesiasticæ Hierarchie* Dionysii, cap. 7. Sed locum Maximi qui in vulgatis editionibus mendosissimus est, opera pretium erit hic apponere prout legi debet: *Ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος, καὶ Ὀλύμπου Ἀδριανπόλεως ἐπισκόπου τῆς Λυκίας, τὰ κατ' αὐτοῦ Περὶ ἀναστάσεως γραφέντα.* Id est: *Lege que adversus Origenem de resurrectione scripsit Methodius, sanctissimus martyr et episcopus Olympi urbis Lyciæ, que etiam Adrianopolis dicta est.* Ex hoc Methodii libro seu potius dialogo *Περὶ ἀναστάσεως*, egregia fragmenta habentur apud Epiphanium in hæresi Origenistarum, et apud Photium in *Bibliotheca*. Nec alia mihi videtur esse causa cur Eusebius in *Ecclesiastica historia* nullam Methodii mentionem fecerit, cum tamen plures alios commemoret ecclesiasticos scriptores, qui Methodio longe inferiores fuerant. Sed cum Methodio styli aciem strinxisset adversus Origenem, Eusebius, qui Origenis erat studiosissimus, illum, utpote Origenis inimicum, ne nominare quidem in *Historia* sua sustinuit. Eamdem ob causam in libro

venerunt. In his tomis mentionem facit librorum quos scripserat *De resurrectione*: sunt autem ejus argumenti libri duo. Libros item *De principiis*, antequam ab urbe Alexandria migraret, composuit. Sed et libros qui *Στρωματεῖς* inscribuntur, numero decem, in eadem civitate Alexandri imperatoris temporibus conscripsit, sicut notationes manu ipsius perscriptæ ac libris ipsis præfixæ testantur.

CAPUT XXV.

Qualiter libros utriusque Testamenti recenset.

Cæterum in expositione primi psalmi, librorum Veteris Testamenti indicem exhibet, ita scribens ad verbum: « Sciendum est, Veteris Testamenti libros duos esse ac viginti, sicut ab Hebræis traditur: qui numerus etiam litterarum apud eos habetur. » Et paulo post subdit: « Sunt autem viginti duo libri juxta Hebræos hi: primus qui a nobis Genesis dicitur, ab Hebræis autem ex ipsius libri initio desumpta appellatione vocatur Bresith, quod idem est ac *in principio*. Exodus deinde, Hebræis Vellesmoth, id est *hæc sunt nomina*. Tertius, Leviticus, Hebræis Vaicra, id est *et vocavit*. Quartus, Numeri, Hebræis Hammisphcodim. Quintus, Deuteronomium, Hebræis Ellehabdabarim, id est, *hæc sunt verba*. Sextus, Jesus filius Nave, Hebraice *Jehosue ben Nun*. Septimus, Judices et Ruth, unico volumine

De scriptoribus ecclesiasticis, Hieronymus Rufinum, quocum similtates exercuerat, de industria præterminisit. Cæterum Eusebius in hoc capite duodecim tantum agnoscit libros *Expositionum* in *Genesis*, non tredecim, ut Hieronymus in loco supra citato.

(51) *Στρωματεῖς*. Hieronymus in epistola ad Magnum oratorem Romanum, docet quod argumentum fuerit horum librorum Origenis. *Clementem*, inquit, *imitatus Origenes, decem scripsit Stromateas, Christianorum et philosophorum inter se sententias comparans et omnia nostræ religionis dogmata de Platone et Aristotele, Numero Cornutoque confirmans*. Ex sexto hujus operis libro fragmentum profert idem Hieronymus in *Apologia adversus Rufinum*, non longe ab initio. Idem in epistola ad Augustinum: *Scriptis, inquit, Origenes in Epistolam Pauli ad Galatas quinque proprie volumina: et decimum Stromatum suorum librum, conmatica super explanationem ejus sermone complevit*.

(52) *Ὀλόγραφοι... ἐπισημειώσεις*. Quid essent *ὀλόγραφοι* ἐπισημειώσεις. Jurisconsulti *ὀλόγραφον* vocant testamentum quod testatoris manu perscriptum est, non autem sola subscriptione firmatum. Eodem modo Eusebius *ὀλόγραφους* ἐπισημειώσεις vocat, notationes manu ipsius Origenis præfixas aut subjunctas singulis tomis. Solebant enim auctores vel initio, vel in fine librorum suorum, quædam sua manu adnotare. Talis est σημειώσεις Irenæi quam in fine librorum suorum ascripserat, teste Eusebio, lib. v, cap. 29. Ejusdem generis est adnotatio illa quæ legitur in fine præcathechesis Cyrilli, quæ meo quidem judicio, melius ascriberetur ante primæ catechesis initium. *Ὀλόγραφοι* igitur hoc loco idem sunt quod *ἰδιόγραφοι*. Sic apud Hilarium in fragmento *De synoio*: *Exemplum epistolæ qua Athanasium reum non esse olographa manu Valens scripsit, et Arsacium subscripsit*. Julius papa in epistola ad synodum Antiochenam: *Καὶ κατηγοροῦ ἰσχύρα προεκόμισε χεῖρα ὀλόγραφον αὐθεντικῆν, etc.* Denique Hieronymus in *Apology*. ἢ *adversus Rufinum*: *Quæ epistola olographa tenetur ab iis ad quos perlata est*.

(53) *Ὀὐκ ἀγνοητέον*. Locus Origenis integer ex-

τὰ Περὶ ἀρχῶν πρὸ τῆς ἀπ' Ἀλεξανδρείας μεταναστάσεως γράφει, καὶ τοὺς ἐπιγεγραμμένους *Στρωματεῖς* (51), ὄντας τὸν ἀριθμὸν δέκα, ἐπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου συντάττει βασιλείαν, ὡς καὶ τοῦτο ὀλόγραφοι δηλοῦσιν αὐτοῦ πρὸ τῶν τῶν ἐπισημειώσεις (52).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ὅπως τῶν ἐνδιαθηκῶν Γραφῶν ἐμνημόνευσεν (Nic. H. E. v, 16).

Τὸν μέντοιγε πρῶτον ἐξηγούμενος ψαλμὸν, ἐκθεσιν πεποιήται τοῦ τῶν ἱερῶν Γραφῶν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης καταλόγου, ὧς πῶς γράφων κατὰ λέξιν. « Οὐκ ἀγνοητέον (53) δ' εἶναι τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους, ὡς Ἑβραῖοι παραδιδάσιν, δύο καὶ εἰκοσι. ὅσος ὁ ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων ἐστίν. » Εἶτα μετὰ τινα ἐπιφέρει λέγων. « Εἰσι δὲ αἱ εἰκοσι δύο (54) βίβλοι καθ' Ἑβραίους αἶθε ἢ παρ' ἡμῖν Γένεσις ἐπιγεγραμμένη, παρὰ δὲ Ἑβραίοις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς βίβλου, Βρησιθ, ὅπερ ἐστίν ἐν ἀρχῇ. Ἐξοδος, Οὐαλεσμῶθ, ὅπερ ἐστὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα Ἀευτικῶν, Οὐτικρά, καὶ ἐκδέσεν. Ἀριθμοί, Ἀμμεσφεκωδεῖμ (55). Δευτερονόμιον, Ἐλλε Ἀδδεβαρίμ, οὗτοι οἱ λόγοι. Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ. Ἰωσοῦς βὲν Νουῦ. Κριταί, Ρουθ, παρ' αὐτοῖς ἐν ἐνὶ Σωφετεῖμ (56).

stat in cap. 3 *Philocaliæ*. Sed *Philocalia* ex hoc vicissim loco emendanda est. Nam ubi legitur *εἰκοσιν, οὗς ὁ ἴσος ἀριθμὸς, etc.*, scribendum est *εἰκοσιν, ὅσος ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων ἐστίν*, sicut in nostris codicibus habetur, et apud Suidam in voce *Ὀριγένης*. Solemus est hic error omnium editionum, ut *εἰκοσιν* scribant, quoties verbum sequens incipit a vocali. In optimis tamen exemplaribus semper *εἰκοσι* scribitur, etiamsi sequatur vocalis.

(54) *Εἰκοσι δύο*. Victorinus in Apocalypsim: *Sunt autem, inquit, viginti quatuor libri Veteris Testamenti, viginti duos in Excerptis Theodotii invenies*. Quæ sint *Excerpta* illa Theodoti, superius adnotavi, libri scilicet *Hypotyposeon* Clementis Alexandrini. Porro quod alii viginti quatuor Veteris Testamenti libros, alii duos tantum et viginti numerabant, id ex ea causa profectum est, quod librum Ruth et librum Lamentationum Jeremias quidam seorsum in Scripturarum catalogo numerabant, ut docet Hieronymus in *Præfatione ad libros Regum*, ubi sine dubio alludit ad Victorini locum, cum ait: *Quæquam nonnulli Ruth et Kinoth inter hagiographa scripserint, et hos libros in suo putent numero supputandos: ac per hoc esse præcæ legis viginti quatuor, quos sub numero xiv seniorum Apocalypsis Joannis inducit*. Quidam vero non Ruth et Lamentationum libros, sed Tobiam et Judith reliquis addentes, viginti quatuor libros Veteris Testamenti numerabant, ut docet Epiphanius in libro I *Adversus hæreses*, et in libro *De ponderibus*.

(55) *Ἀμμεσφεκωδεῖμ*. Ἀμμεσπαρίμ ἢ πεκουδῖμ legit Itob. Stephanus, nescio quos codices secutus. Nam in Regio exemplari perinde ac in Maz., Med. et Fuk. legitur tantum Ἀμμεσφεκωδεῖμ. Christophorus vero addidit *Vaidabber* ex Hieronymo in præfatione supra citata.

(56) *Σωφετεῖμ*. Quatuor nostri codices, Regius scilicet ac Maz., cum Med. ac Fuk., habent *Σοφετεῖμ*. Paulò post pro *Σέφερ* Θάλλμ., iidem codices scriptum habent *Ἐφερωθ* αἰλλεῖμ. Item *Μελῶθ* πρὸν *Μελῶθ*, et *Κωέθ* πρὸ *Κωέθ*. Denique *Σαρβαναῖδμ*, non *Σαρβα*ν ἐλ ut Stephanus excudit.

Βασιλειῶν πρώτη, δευτέρα, παρ' αὐτοῖς ἐν Σαμουήλ, ὁ θεόκλητος· Βασιλειῶν τρίτη, τετάρτη, ἐν ἐνὶ Οὐαμ-
μέλεχ Δαβὶδ, ὅπερ ἐστὶ βασιλεῖα Δαβίδ. Παραλειπο-
μένων πρώτη, δευτέρα, ἐν ἐνὶ Διβρῆ Ἰαταμίμ, ὅπερ
ἐστὶ λόγοι ἡμερῶν· Ἐσδρας πρῶτος καὶ δεύτερος,
ἐν ἐνὶ Ἐζρά, ὅ ἐστι βοηθός. Βίβλος Ψαλμῶν, Σέφερ
Θαλλίμ. Σολομῶντος Παραοιμίαι, Μισλώθ. Ἐκκλη-
σιαστής, Κωέλεθ. Ἄσμα ἄσματων, (οὐ γὰρ ὡς ὑπο-
λαμβάνουσι τινες Ἄσματα ἄσματων [57]), Σηρ Ἄσ-
σιρίμ· Ἡσαίας (58), Ἰεσαΐά. Ἰερεμίας σὺν Θρηγίος
καὶ τῆ ἐπιστολῆ, ἐν ἐνὶ Ἰρμία· Δανιήλ, Δανιήλ· Ἰεζε-
κιήλ, Ἰεζεκίηλ· Ἰωβ, Ἰωβ· Ἐσθῆρ, Ἐσθῆρ. Ἐξω δὲ
τούτων ἐστὶ τὰ Μακκαβαϊκά, ἅπερ ἐπιγράφεται Σαρ-
βῆθ Σαρβανὲ Ἐλ. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ προσηρη-
μένῳ τίθησι συγγράμματι. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν
εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, τὸν ἐκκλησιαστι-
κὸν φυλάττων κανόνα, μόνα τέσσαρα εἶδέναι Εὐαγ-
γελία μαρτύρεται, ὧδὲ πως γράφων· « Ἐς ἐν παρα-
δόσει μαθῶν (59) περὶ τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων, ἃ
καὶ μόνα ἀναντιρρήτὰ ἐστὶν ἐν τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν
Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ· ὅτι πρῶτον μὲν γέγραπται τὸ
κατὰ τὸν ποτε τελώνην, ὕστερον δὲ ἀπόστολον Ἰη-
σοῦ Χριστοῦ Ματθαῖον, ἐκδεδωκότα αὐτὸ τοῖς ἀπὸ
Ἰουδαϊσμοῦ πιστεύουσι, γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς συν-
τεταγμένον· δεύτερον δὲ τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς Πέ-
τρος ὑφηγήσατο αὐτῷ, ποιήσαντα. Ὁ καὶ οὖν ἐν
τῇ καθολικῇ ἐπιστολῇ διὰ τούτων ὠμολόγησε φάσκων·
« Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἢ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτῇ, καὶ
Μάρκος ὁ υἱὸς μου. » Καὶ τρίτον τὸ κατὰ Λουκᾶν,
τὸ ὑπὸ Παύλου ἐπαινούμενον Εὐαγγέλιον, τοῖς ἀπὸ
τῶν ἔθνῶν πεποιηκότα· ἐπὶ πᾶσι τὸ κατὰ Ἰωάν-
νην. » Καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ δὲ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάν-
νην Ἐξηγητικῶν (60), ὁ αὐτὸς ταῦτα περὶ τῶν ἐπι-
στολῶν τῶν ἀποστόλων φησὶν· « Ὁ δὲ ἰκανῶθεις
διάκονος γενέσθαι τῆς Καινῆς Διαθήκης, οὐ γράμ-

apud Hebræos comprehensi, quod appellant Sophetim.
Octavus, Regnorum liber primus 226 et secundus :
qui apud eos unicum volumen constituunt quod dicitur
Sanuel, hoc est *vocatus a Deo*. Nonus Regnorum liber
tertius et quartus, quos ipsi etiam in unum volumen
redigunt, et Vammelech David indignant, hoc est *et
rex David*. Decimus, Paralipomenon liber primus et
secundus, uno apud illos contenti volumine, quod ve-
cant Dibre Haiamim, hoc est *verba dierum*. Undecimus,
Esdras primus et secundus, qui apud eos unicum confi-
ciunt librum quem vocant Esra, id est, *adjutor*. Duode-
cimus liber Psalmorum, Hebræis Sepher Tebillim. De-
cimus tertius Proverbia Salomonis, Hebræis Misloth.
Decimus quartus, Ecclesiastes, Hebræis Cobeletth. De-
cimus quintus, Canticum canticorum, Hebræis Sirha-
sirim. Decimus sextus, Esaias, Hebræis Iesaiā. Deci-
mus septimus, Jeremias cum Lamentationibus et Epi-
stola, in unum compactus volumen, quod ipsi vocant
Irmia. Decimus octavus, Daniel, Hebræis Daniel. Deci-
mus nonus, Ezechiel, apud Hebræos Ieechel. Vicesi-
mus, Job, eodem apud Hebræos nomine insignitus. Vi-
cesimus primus, Esther, quomodo etiam Hebræi vo-
cant. Extra horum censum sunt libri Machabæorum,
qui inscribuntur *Sarbet Sarbaneel*. Et hæc quidem in
libro superius memorato scribit Origenes. In primo
autem libro *Expositionum in Evangelium Matthæi*, eccle-
siastico insistens canonis, quatuor duntaxat Evan-
gelia esse testatur his verbis : « Sicut ex traditione, in-
quit, accepi de quatuor Evangeliiis, quæ sola in uni-
versa Dei Ecclesia quæ sub celo est, citra controversi-
am admittuntur : primum scilicet Evangelium scri-
ptum esse a Matthæo, prius quidem publicano, postea
vero apostolo Jesu Christi, qui illud Hebraico
sermone conscriptum, Judæis ad fidem conversis
publicavit. Secundum fuisse accepimus Evangelium

(57) Οὐ γὰρ ὡς ὑπολαμβάνουσι τινες Ἄσματα ἄσματων. Tota hæc pericope abest a nostris codicibus Maz., Med. et Fik. Habetur tamen in Regio exemplari. Rufinus quoque in versione hujus loci habet *Cantica canticorum*.

(58) Ἡσαΐας. Omissus est in hoc catalogo liber duodecim prophetarum. Quo factum est, ut cum viginti duos libros se numeratum promiserit Origenes, unus duntaxat et viginti reperiantur. In Rufini versione recensetur hic liber statim post Canticum canticorum. Nec aliter Hilaricus in prologo *Enarrationis in Psalmos*, et Cyrillus Hierosolymitanus. Cæterum sacræ Scripturæ libri longe alio ordine hic recensentur quam ab Epiphano et Hieronymo et Melitone, cujus locum supra retulit Eusebius in fine lib. iv. Hilaricus vero in prologo *Commentariorum in Psalmos* cum Origene prorsus consentit. Nec id mirum, cum totus fere prologus ille Hilarici translatus sit ex *Commentariis in Psalmos*, ut testatur Hieronymus.

(59) Ὡς ἐν παραδόσει μαθῶν. Verba hæc sunt Origenis, ut apparet. Atque ita Rufinus et Langus, et Musculus interpretati sunt. Solut Christophorus hæc Eusebii verba esse censuit, cui non assentior. Quamvis in codice Maz. et Med. post vocem μαθῶν apposita sit analis distinctio. In Regio autem exemplari totus hic locus absque ulla distinctione continetur, ὧδὲ πως γράφων ὡς ἐν παραδόσει μαθῶν περὶ τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων. Et post ultimam hæc vocem apposita est media distinctio seu

mora, quasi locus Origenis incipiat a verbis quæ proxime sequuntur. Verum, ut jam dixi, magis placeat Rufini distinctio. Porro de quatuor Evangeliiis quæ sola ab Ecclesia catholica admittuntur, non solum in suis in *Matthæum Commentariis* testatus fuerat Origenes, sed etiam in principio *Commentariorum in Lucam*. Quem locum, quia ab Eusebio prætermisus est, hic apponam : *Ecclesia quatuor habet Evangelia, hæreses plurima. E quibus quoddam inscribitur secundum Ægyptios : aliud juxta duodecim apostolos. Ausus sui et Basilides scribere Evangelium et suo illud nomine titolare, etc.*

(60) Ἐν τῷ πέμπτῳ δὲ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην. Locus Origenis quem hic adducit Eusebius, est e proœmio libri quinti *Explanationum in Joannis Evangelium*, cujus proœmii pars maxima exstat in cap. 5 *Philocaliæ*. Cum illo igitur fragmento jungendus est hic locus qui ab Eusebio nostro adducitur. Porro in eo proœmio disputat Origenes, an de rebus divinis multi scribendi sint libri. Ac primum affert locum ex Ecclesiaste, qui vetat multitudinem conficere librorum. Deinde adducit exemplum sanctorum virorum, prophetarum scilicet et apostolorum, qui omnes pauca scripsere. Sed collector *Philocaliæ* cuncta hæc exempla de industria prætermisit, ut ipsemet fatetur pag. 69 editionis Græco-Latinæ. Proinde hic Origenis locus quem adducit Eusebius, inseri debet pag. 69 supradictæ editionis, ante illa verba διγγιζῶν μοι, etc.

Marci, qui prout Petrus ipsi exposuerat, in litteras A retulit. Atque ideo Petrus in Epistola Catholica eum filium suum agnoscit his verbis: « Salutat vos electa Dei Ecclesia quæ est Babylone, et Marcus filius meus. » Tertium Evangelium Lucæ, quod a Paulo commendatur, in gratiam gentilium conscriptum. Postremum vero Evangelium Joannis. Idem porro in libro quinto *Expositionum in Evangelium Joannis* de epistolis apostolorum ita scribit: « Is vero quem Deus idoneum reddidit qui Novi Testamenti minister esset non littera et verbis tenus, sed spiritu ipsius, Paulus scilicet, qui ab Hierosolymis et finitimis locis usque ad Illyricum, Evangelium adimplevit, non omnibus Ecclesiis quas docuerat scripsit. Sed et iis quibus scripsit, paucas admodum lineas exaravit. »

227 Petrus autem, cui tanquam fundamento superstructa est Ecclesia Christi, adversus quam nec ipsæ inferorum portæ prævalituræ sunt, unam duntaxat omnium consensu receptam reliquit Epistolam. Concedamus vero et secundam ejus esse. De hac enim ambigitur. Jam vero quid dicendum est de eo qui in sinu Christi recubuit, Joanne? Qui quidem unum reliquit Evangelium, tametsi fateatur tot se libros scribere potuisse, quot nec orbis ipse terrarum posset continere. Scripsit præterea Revelationem, jussus silere, nec septem tonitruum voces perscribere. Scripsit etiam epistolam admodum brevem. Sed concedamus, si placet, et secundam et tertiam ab illo scriptas esse. Neque enim has genuinas illius esse omnes consentiunt. Ambæ tamen vix centum versus continent. Denique de Epistola ad Hebræos in homiliis quas in eandem epistolam conscripsit, ita sentit: « Stylus epistolæ quæ inscribitur ad Hebræos, carere illa sermonis rusticitate quæ propria est Apostoli, quippe qui rudem atque imperitum sese constitetur in sermone, id est in forma ac ratione dicendi. Verum epistola illa et in verborum compositione

ματος, ἀλλὰ πνεύματος, Παῦλος, ὁ πεπληρωκὴς τὸ Εὐαγγέλιον ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικῆς, οὐδὲ πάσαις ἔγραψεν αἷς ἐδίδαξεν Ἐκκλησίαις· ἀλλὰ καὶ αἷς ἔγραψεν, ὀλίγους στίχους ἐπέστειλε. Πέτρος δὲ ἐφ' ᾧ οὐκ οἰκοδομεῖται ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία, ἤς πύλαι ἄδου οὐ κατισχύσουσι, μίαν ἐπιστολὴν ὁμολογουμένην καταλέλοιπεν. Ἔστω δὲ καὶ δευτέραν· ἀμφιβάλλεται γάρ. Τί δεῖ περὶ τοῦ ἀναπετόντος λέγειν ἐπὶ τὸ στήθος τοῦ Ἰησοῦ, Ἰωάννου, ὃς Εὐαγγέλιον ἐν καταλέλοιπεν, ὁμολογῶν δύνασθαι τὸσαῦτα ποιῆσειν ἅ οὐδὲ ὁ κόσμος χωρῆσαι ἐδύνατο; Ἐγράψεν δὲ καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν, κελυσθεὶς σιωπῆσαι καὶ μὴ γράφαι τὰς τῶν ἐπτά βροντῶν φωνάς. Καταλέλοιπε δὲ καὶ ἐπιστολὴν πᾶσω ὀλίγων στίχων. Ἔστω δὲ καὶ δευτέραν καὶ τρίτην· ἐπεὶ οὐ πάντες φασὶ γνησίους εἶναι ταύτας· πλὴν οὐκ εἰσὶ στίχων ἀμφοτέραι ἑκατόν. » Ἐτι πρὸς τοῦτους περὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς ἐν ταῖς εἰς αὐτὴν Ὁμιλίαις ταῦτα διαλαμβάνει· « Ὅτι ὁ χαρακτήρ τῆς λέξεως τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιγεγραμμένης ἐπιστολῆς, οὐκ ἔχει τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικὸν τοῦ Ἀποστόλου, ὁμολογήσαντος ἑαυτὸν ἰδιώτην εἶναι τῷ λόγῳ, τουτέστι τῇ φράσει· ἀλλὰ ἐστὶν ἡ ἐπιστολὴ συνθέσει τῆς λέξεως Ἑλληνικωτέρα, πᾶς ὁ ἐπιστάμενος κρίνειν φράσεων διαφορὰς, ὁμολογήσαι ἂν. Πάλιν τε αὖ ὅτι τὰ νοήματα τῆς ἐπιστολῆς θαυμάσια ἐστὶ, καὶ οὐ δεύτερα τῶν ἀποστολικῶν ὁμολογουμένων γραμμάτων, καὶ τοῦτο ἂν συμφῆσαι εἶναι ἀληθές, πᾶς ὁ προσέχων τῇ ἀναγνώσει τῇ ἀποστολικῇ. »

Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων· « Ἐγὼ δὲ ἀποφανόμενος εἶπομ' ἂν ὅτι τὰ μὲν νοήματα τοῦ Ἀποστόλου ἐστὶν, ἡ δὲ φράσις καὶ ἡ σύνθεσις ἀπομνημονεύσαντός τινος τὰ ἀποστολικὰ, καὶ ὡς περὶ σχολιογραφῆσαντος (61) τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ διδασκάλου. Εἴ τις οὖν Ἐκκλησία ἔχει ταύτην τὴν ἐπιστολὴν ὡς Παύλου, αὕτη εὐδοκίμεται καὶ ἐπὶ τούτῳ (62). Οὐ γὰρ εἰκὴ οἱ ἀρχαῖοι ἄνδρες ὡς Παύλου αὕτη παραδεδώκασι. Τίς δὲ ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν, τὸ μὲν ἀληθές Θεὸς ὶδεν. Ἡ δὲ εἰς ἡμᾶς φθάσασα ἱστορία,

(61) Ἀπομνημονεύσαντος... καὶ ὡς περὶ σχολιογραφῆσαντος. Jam supra monuimus, ἀπομνημονεύειν idem esse ac *reminisci* et *memoriter recitare*, quemadmodum solent discipuli, cum magistrorum dictata recitant. Σχολιογραφεῖν vero est brevibus scholiis illustrare; quod sit cum obscuras voces aliis vocibus magis usitatis explicamus. Interpretes ac præcipue Christophorsonum nihil hic vidisse, ex eorum versione apparet. Nam primum ἀπομνημονεύσαντος Christophorsonus vertit, in *commentarios redigere*. Putavit scilicet ἀπομνημονεύματα idem esse ac *commentarios*, quem errorem jam antea refutavi. Vocem autem σχολιογραφῆσαντος interpretatur, *dictata ex præceptoris ore scribere*, quo nihil dici potuit absurdius. Aut enim Origenes sententias Epistolæ ad Hebræos esse ipsius Apostoli; verba autem et compositionem totius orationis, esse alterius cujuscumque, qui verba Apostoli memoriæ mandaverit, eaque elegantius tanquam scholiastes exposuerit. Quod si σχολιογραφεῖν idem esset ac dictata ex præceptoris ore scribere, ipsa verba jam essent Apostoli, quod tamen negat Origenes. Sed nimirum ignoravit Christophorsonus quid essent scholia. Amelius philosophus,

Plotini auditor, scripsit scholiorum libros centum, in quibus ea quæ a Plotino in familiari colloquio strictius erant tradita, ipse uberius exponerebat, ut testatur Porphyrius in *Vita Plotini*. Quare de Amelio dici potest, eum ἀπομνημονεύσαι καὶ σχολιογραφῆσαι τὰ Πλωτίνου. Eodem sensu Longinus in lib. *De sine adversus Plotinum*, de Annio et Medio philosophis loquens ita dicit: Οἱ δὲ μικρὰ κομιδῇ πράγματα τῆς τῶν παλαιῶν ἱστορίας ἀπομνημονεύσαντες, εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἐκείνους ἐπεχέρισαν συντιθένα βιβλία. Id est, alii vero exigua quaedam excerpta ex veterum libris commemorantes, de iisdem quibus illi argumentis ac locis scribere instituerunt. Vide quæ supra annotavi ad caput 47, lib. IV.

(62) Εὐδοκίμεται ἐπὶ τούτῳ. Pessimè hæc Origenis verba verterunt Musculus et Christophorsonus. Quod ideo monendum duxi, non quo de illorum laude quidquam detraham, sed ut ostendam, non sine causa novam Eusebii versionem a nobis susceptam fuisse. Nec tamen omnes illorum lapsus notare institui; sed sicubi locus difficilis et ambiguus occurret, tum illorum versionem non pigebit adducere.

ὕπὸ τινῶν μὲν λεγόντων, ὅτι Κλήμης ὁ γενόμενος Ἀπίσκοπος Ῥωμαίων ἔγραψε τὴν ἐπιστολὴν, ὑπὸ τινῶν δὲ, ὅτι Λουκᾶς ὁ γράφας τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὰς Πράξεις. » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδε ἔχεται.

Atque id verissimum esse assentientur, quicunque apostolorum scripta attente perlegerint. » Paucis deinde interpositis hæc subiungit : « Ego vero, inquit, ita censeo : sententias quidem ipsas Apostoli, dictionem autem et compositionem verborum esse alterius cujusdam, qui dicta Apostoli commemorare, et quasi in commentarios redigere voluerit ea quæ a magistro audiverat. Proinde si quæ Ecclesia hanc epistolam pro Paulina habet, eo nomine laudetur. Neque enim temere majores eam Pauli esse tradiderunt. Quis autem revera illam scripserit, soli Deo notum esse opinor. Sed scriptores quorum monumenta ad nos usque pervenerunt, partim Clementi Romanæ urbis episcopo eam ascribunt, partim Lucæ qui Evangelium et Actus apostolorum litteris prodidit. » Verum de his haec tenent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὡς Ἡρακλᾶς τὴν Ἀλεξανδρέων ἐπισκοπὴν διεδέξατο (Nic. H. E. v, 18).

Ἔτος δ' ἦν τοῦτο δέκατον (63) τῆς δηλουμένης ἡγεμονίας, καθ' ὃ τὴν ἀπ' Ἀλεξανδρείας μετανάστασιν ἐπὶ τὴν Καισάρειαν Ὁριγένους ποιησάμενος, Ἡρακλᾶς τὸ τῆς κατηχήσεως τῶν αὐτῶν διδασκαλεῖον καταλείπει (64). Οὐκ εἰς μακρὸν δὲ καὶ Δημήτριος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος τελευτᾷ, ἐφ' ὅλοις ἔτεσι τρισὶ καὶ τεσσαράκοντα τῇ λειτουργίᾳ διαρκέσας· διαδέχεται δ' αὐτὸν ὁ Ἡρακλᾶς. Διέπρεπε δὲ ἐν τούτῳ Φιρμιλιανὸς Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὡπως αὐτῶν ἑσάρων οἱ ἐπίσκοποι.

Τοσαύτην εἰσάγων περὶ τὸν Ὁριγένην σπουδῆν, C ὡς τοτὲ μὲν αὐτὸν ἀμφὶ τὰ κατ' αὐτὸν κλίματα εἰς τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν ὠφέλειαν ἐκκαλεῖσθαι, τοτὲ δὲ ὡς αὐτὸν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν στέλλεσθαι, καὶ τινὰς αὐτῷ συνδιατριβεῖν χρόνους, τῆς εἰς τὰ θεῖα βελτιώσεως ἕνεκα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς Ἱεροσολύμων προσετώς Ἀλέξανδρος, Θεόκτιστός τε ὁ κατὰ Καισάρειαν, τὸν πάντα χρόνον (65), ὡς ἔπος εἰπεῖν, προσ-

(63) Ἔτος δ' ἦν τοῦτο δέκατον. In codd. Maz., Fuk. et Savil., et apud Nicephorum legitur δωδέκατον. In Chronico Eusebii hæc Origenis migratio ab urbe Alexandria ad Cæsariensem, in quibusdam codicibus refertur anno xii Alexandri, ut testis est Pontacus. Sed mira est Eusebii a seipso dissensio, qui in Chronico eam migrationem commemorat anno vel biennio post mortem Demetrii. Hic vero Origenem Alexandria migrasse scribit paulo antequam Demetrius ultimum diem obiisset. Quod quidem verius puto. Nam post Demetrii interitum, nihil jam causæ erat cur Origenes Alexandria discederet, cum præsertim Demetrio successisset Heraclæ, unus ex discipulis Origenis. Accedit quod hic refert Eusebius, Origenem ex urbe Alexandria discedentem, munus suum et catechizandi officium Heraclæ tradidisse. Ex quo apparet, Origenem paulo ante prolatam a Demetrio adversus ipsum excommunicationis sententiam, Alexandria discessisse. Neque enim post illam sententiam magisterium suum in Alexandria Ecclesia Origenes retinere potuit. Recte igitur Baronius Eusebii Chronicon emendat, et Origenis quidem migrationem ab urbe Alexandria confert in annum x Alexandri, mortem vero Demetrii in annum sequentem. Sed in eo labitur, quod sententiam excommunicationis a Demetrio latam esse dicit anno antequam Alexandria migraret Origenes, quod refutavimus. Cum enim magisterium suum

B

228 CAPUT XXVI.

Quomodo Heraclæ Alexandrinum suscepit episcopatum.

Decimus hic erat annus jam dicti imperatoris Alexandri, cum Origenes ab urbe Alexandria Cæsaream migraturus, scholam ad discipulos ejus loci institutos Heraclæ dereliquit. Nec multo post Demetrius Alexandrinorum episcopus fato functus est, cum per tres et quadraginta annos Ecclesiam administrasset. In hujus locum successit Heraclæ. Florebat tunc temporis Firmilianus Cæsareæ apud Cappadocas episcopus.

CAPUT XXVII.

Qualiter episcopi Originem suspiciebant.

Qui tam propenso erga Origenem animo fuit, ut modo illum in suam provinciam ad Ecclesiarum utilitatem evocaret, modo ad ipsum visendum in Judæam usque proficisceretur, et una cum ipso aliquandiu maneret, ut majorem rerum divinarum notitiam perciperet. Sed et Alexander Hierosolymorum, et Theoctistus Cæsareæ apud Palæstinam episcopus, ipsum perpetuo tanquam magistrum

Origenes semper Alexandria retinuerit, apparet ipsum ante damnationem illinc discessisse. Porro cum Origenes se a Demetrio in synodo episcoporum damnatum esse comperisset, epistolam scripsit ad amicos suos qui erant Alexandria, qua in Demetrium et reliquos episcopos invehabatur. Ejus partem citat Hieronymus in lib. ii Adversus Rufinum. Porro jam semel Origenes Cæsaream se receperat, Antonini Caracallæ temporibus : sed a Demetrio honorifice revocatus brevi Alexandriam redierat, ut supra notatum est. Postea vero cum in Achaïam proficisceretur, per Cæsaream Palæstinæ transiens, ibidem presbyter est ordinatus.

(64) Διδασκαλεῖον καταλείπει. Antea Heraclæ adjutor duntaxat Origenis fuerat in docendo, et quasi prosculus, ut refertur supra cap. 15. Post discessum autem Origenis, catechetes fuit. Hæc Baronius cum minime distinxisset, Eusebium hic falli putavit.

(65) Τὸν πάντα χρόνον. Codex Medicæus addit ὡς ἔπος εἰπεῖν. Quod confirmare videtur Rufinus. Eadem verba reperi etiam in codd. Maz., Fuk. et Sav. Cæterum in hujus loci distinctione variant nostri codices. Nam Regius quidem uno tempore scribit προσανέγοντες αὐτῷ ὡς διδασκάλῳ, et sic Nicephorus. Reliqui codices post vocem αὐτῷ moram adhibent.

auscultantes, soli interpretationem sacræ Scripturæ, ac reliquum omne ecclesiasticæ doctrinæ officium permiserunt.

CAPUT XXVIII.

De persecutione sub Maximino.

Interea cæso Alexandro imperatore, qui tredecim annis regnaverat, in ejus locum succedit Maximinus. Qui, gravi odio succensus adversus familiam Alexandri in qua plerique erant Christiani, persecutione excitata solos Ecclesiarum antistites, utpote evangelicæ prædicationis auctores, interfici jussit. Quo tempore Origenes librum *De martyrio* composuit, quem Ambrosio et Protocletio Cæsariensis Ecclesiæ presbytero dedicavit, eo quod uterque in ea persecutione non mediocri discrimen subierat. Unde et maximam gloriam ob confessionem nominis Christi ambo retulisse perhibentur, cum Maximinus non plus quam 229 triennii spatium perdurasset. Hujus porro persecutionis tempus indicat Origenes tum in primo et vicesimo libro *Expositionum in Joannis Evangelium*, tum in diversis epistolis.

CAPUT XXIX.

De Fabiano, qualiter Romanorum episcopus divinitus designatus est.

Interim cum Gordianus in Maximino locum successisset, mortuo Pontiano qui sex annis episcopatum tenuerat, Ecclesiæ Romanæ administrationem suscepit Anteros. Hic intra unius mensis spatium sacerdotio perfunctus, Fabianum successorem reliquit. Hunc Fabianum post Anterotis mortem una cum aliis familiaribus suis Romam ex agro venisse dicunt, atque illic degentem, opitulante Dei gratia, præter omnium expectationem ad pontificatus sortem pervenisse. Nam cum fratres omnes successoris ordinandi causa in ecclesia essent congregati, ac plerique jam illustres aliquot et nobiles viros eligendos esse conjicerent, de Fabiano quidem qui tum præsens aderat, nemo ne tantisper quidem cogitabat. Columbam tamen repente e sublimi delapsam capiti illius insedissem narrant, quæ Spiritus sancti qui olim sub columbæ specie in Servatorem descenderat, imaginem referre videbatur. Quo spectaculo permotus populus a divino Spiritu incitatus, summa cum alacritate uno consensu simul omnis exclamare cœpit dignum esse,

(66) *Ἐκκλησιαστικοῦ λόγου.* Id est officium docendi in Ecclesia, de quo supra adnotavi.

(67) *Ὁ ἄξιός ἡ τρίτους χρόνους.* Hujus loci sensum Christophorus minime intellexit, qui Ambrosium et Protocletum sub finem imperii Maximini ob nomen Christi vexatos fuisse censuit. Verum id non dicit Eusebius, sed hoc tantum sibi vult, toto Maximini imperii tempore persecutionem duravisse, sed dies illius breviores fuisse, ut de Antichristo Scriptura loquitur. Porro persecutio illa sub Maximino imp. post diuturnam Ecclesiæ pacem repente oborta est ob frequentes et gravissimos terræ motus, quos more suo gentiles Christianis imputabant, ut testis est Firmilianus in epistola ad Cyprianum. Vide Baronium ad annum Christi 237.

ἀνεχόντες αὐτῷ, οἷα διδασκάλῳ μόνῳ τὰ τῆς τῶν θεῶν Γραφῶν ἑρμηνείας καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου (66) πράττειν συνεχώρουν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Περὶ τοῦ κατὰ Μαξιμίον διωγμοῦ (Nic. H. E. v, 20).

Τὸν γε μὴν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα Ἀλέξανδρον τρισὶν ἔτεσιν ἐπὶ δέκα τὴν ἀρχὴν διανύσαντα, Μαξιμίνος Καίσαρ διαδέχεται· ὅς δὲ κατὰ κότον τὸν πρὸς τὸν Ἀλέξανδρου οἶκον ἐκ πλείονων πιστῶν συνεστῶτα, διωγμὸν ἐγείρας, τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν ἀρχοντας μόνους, ὡς αἰτίους τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον διδασκαλίας ἀναιρεῖσθαι προστάττει. Τότε καὶ Ὀριγένης τὸν *Περὶ μωρτυρίου* συντάττει, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκλήτῳ πρεσβυτέρῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας, ἀναθεὶς τὸ σύγγραμμά· ὅτι δὲ ἄμφω περιστασις οὐχ ἢ τυχούσα ἐν τῷ διωγμῷ κατελήφθη. Ἐν ἧ καὶ διαπρέψαι κατέχει λόγος ἐν ὁμολογίᾳ τοὺς ἄνδρας, οὐ πλείονος ἢ τριετοῦς χρόνου (67) τῷ Μαξιμίνῳ διαγενομένου. Σησημειῖται δὲ τοῦτον τοῦ διωγμοῦ τὸν καιρὸν ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ εἰκοστῷ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐξηγητικῶν, καὶ ἐν διαφόροις ἐπιστολαῖς ὁ Ὀριγένης.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Περὶ Φαβιανῶς, ὡς Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ἐκ Θεοῦ παραδόξως ἀνεδέλχθη (Nic. H. E. v, 26).

Γορδιανῶς δὲ (68) μετὰ Μαξιμίον τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν διαδεξαμένου, τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας Ποντιανὸν ἔτεσιν ἐξ ἐπισκοπεύσαντα, δικόχεται Ἀντέρως, καὶ τοῦτον Φαβιανὸς ἐπὶ μῆνα τῆς λειτουργίᾳ διακονησάμενον. Ἐξ ἀγροῦ φασὶ τὸν Φαβιανὸν μετὰ τὴν Ἀντέρωτος τελευτὴν ἅμ' ἑτέροις (69) συνελθόντα, ἐπιχωριάζειν τῇ Ῥώμῃ, ἐνθα παραδόξοτα πρὸς τῆς θείας καὶ οὐρανίου χάριτος ἐπὶ τὸν κλῆρον παρεληλυθέναι. Τῶν γὰρ ἀδελφῶν ἀπάντων χειροτονίας ἔνεκεν τῆς τοῦ μέλλοντος διαδέξεσθαι τὴν ἐπισκοπὴν, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας συγκεκορημένων, πλειστον τε ἐπιφανῶν καὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν τοῖς πολλοῖς ἐν ὑπονοίᾳ (70) ὑπαρχόντων, ὁ Φαβιανὸς παρῶν οὐδενὸς μὲν ἀνθρώπων εἰς διάνοιαν ἦει· ὅμως δ' οὖν ἄθρόον ἐκ μετεώρου περιστερὰν καταπτῶσαν ἐπικαθεσθῆναι τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ μνημονέουσι, μίμημα ἐνδεικνυμένην τῆς ἐπὶ τὸν Σωτῆρα τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν εἰδῇ περιστερᾶς καθόδου. Ἐφ' ᾧ τὸν πάντα λαὸν ὡσπερ ὕψ' ἐνὸς πνεύματος θεοῦ κινήθητα ὁμοσε, προθυμίᾳ πάση καὶ μίᾳ ψυχῇ, ἄξιον ἐπιδοῆσαι (71), καὶ ἀμελλήτως ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς ἐπισκο-

(68) *Γορδιανῶς δέ.* Ah his verbis caput 29 incipit in codd. Maz. et Fuk. et Reg.

(69) Ἄμ' ἑτέροις. Lego ἅμ' ἑταίροις, ut legisse videtur Rufinus. Mox ubi legitur, συνελθόντα ἐπιχωριάζειν, ita potest accipi quasi scriptum sibi ἔνεκα τοῦ ἐπιχωριάζειν. Atque ita sensus non erit absolutus nisi post vocem παρεληλυθέναι.

(70) Ἐν ὑπονοίᾳ. Musculus cumque secutus Christophorus, hunc locum ita verterunt: *Et multi de compluribus illustribus et nobilibus viris eligendis cogitantur.*

(71) Ἄξιον ἐπιδοῆσαι. Fuit enim hæc solemnis acclamatio in electionibus episcoporum, cujus rei plurima passim occurrunt exempla, ut apud Philostorgium in libro ix, cap. 10. Et in *Actis* designationis Eradii quæ inter epistolas Augustini leguntur,

πῆς λαβόντας αὐτὸν ἐπιθεῖναι. Τότε δὴ καὶ τοῦ κατ' Ἀντιόχειαν ἐπισκόπου Ζεβίνου τὸν βίον μεταλλάξαντος, Βαβύλας τὴν ἀρχὴν διαδέχεται, ἔν τε Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ Δημήτριον (72) [ἐπὶ τρισὶ καὶ τεσσαράκοντα ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν ἐκτελέσαντα], Ἡρακλᾶς τὴν λειτουργίαν παρελήφεν· τῆς δὲ τῶν αὐτόθι κατηχήσεως τὴν διατριβὴν διαδέχεται Διονύσιος, εἰς καὶ οὗτος τῶν Ὀριγένους γενόμενος φοιτητῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Ὅσοι γενόμενοι Ὀριγένους φοιτηταὶ (Nic. II. E. v, 20).

Τῶν δὲ Ὀριγένει ἐπὶ τῆς Καισαρείας τὰ συνήθη πράττοντι, πολλοὶ προσήεσαν οὐ μόνον τῶν ἐπιχωρίων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀλλοδαπῆς μυριοὶ φοιτηταὶ τὰς πατρίδας ἀπολιπόντες· ὧν ἐπισήμους μάλιστα ἔγνωμεν, Θεόδωρον, ὃς ἦν αὐτὸς οὗτος ὁ καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων διαδόχτος Γρηγόριος, τὸν τε αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἀθηνόδωρον· οὗς ἀμφὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα (73) δεινῶς ἐπτοημένους, φιλοσοφίας αὐτοῖς ἐνθεὶς ἔρωτα, τῆς προτέρας σπουδῆς τὴν θείαν ἄσκησιν ἀντικαταλλάξασθαι προὔτρεψατο. Πέντε δὲ ὄλοις ἔτεσιν αὐτῶ συγγενόμενοι, τοσαύτην ἀπηνέγκαντο περὶ τὰ θεῖα βελτίωσιν, ὡς ἔτι νέους ἀμφω ἐπισκοπῆς τῶν κατὰ Πόντον Ἐκκλησιῶν ἀξιοθῆναι. Divinis eloquiis profecerunt, ut ambo adhuc admodum juvenes, Ecclesiarum in Ponto episcopi fuerint constituti.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Περὶ Ἀφρικανοῦ (Nic. II. E. v, 21).

Ἐν τούτῳ καὶ Ἀφρικανὸς, ὁ τῶν ἐπιγεγραμμένων Κεστῶν συγγραφεὺς (74) ἐγνωρίζετο. Ἐπιστολὴ τούτου Ὀριγένει γραφείσα φέρεται, ἀποροῦντος ὡς ἀν νόθου καὶ πεπλασμένης οὐσίας τῆς ἐν τῷ Δανιήλ κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας· πρὸς ἣν Ὀριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα. Τοῦ δ' αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ καὶ ἄλλα τῶν ἀριθμῶν πέντε Χρονογραφῶν ἤλθεν εἰς ἡμᾶς ἐπ' ἀκριβὲς πεπονημένα σπουδάσματα· ἐν οἷς φησιν ἑαυτὸν πορεῖαν στελεασθαι ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν,

eadem acclamationes leguntur: *Dignus et justus est, dictum est vicies. Bene meritis, bene dignus, dictum est quinquies.*

(72) *Μετὰ Δημήτριον.* Post hæc verba (odd. Med., Maz. et Fuk. hæc addunt: ἐπὶ τρισὶ καὶ τεσσαράκοντα ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν ἐκτελέσαντα, quæ nec Regius codex nec Rufinus agnoscunt.

(73) *Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα.* Romanorum disciplinas Eusebius appellat jus civile, quod Gregorius in urbe Beryto discobat, tunc cum ab Origene ad altiora studia est excitatus, ut ipse scribit in *oratione ad Origenem*. Idem testatur Origenes in epistola ad Gregorium, cap. 13 *Philocalie*.

(74) *Ὁ τῶν ἐπιγεγραμμένων Κεστῶν συγγραφεύς.* Hæc verba delenda esse existimo. Primum, quia nec in versione Rufini, nec apud Hieronymum habentur. Deinde cum de scriptore ecclesiastico hic agatur, ridiculum foret ante omnia mentionem facere librorum, qui nihil præter medicinas ex herbis et metallicis, ac magicis figuris atque incantationibus continebant. Nam ejusmodi erant *Κεστῶν* libri, ut testis est et Suidas et Georgius Syncellus a Veneris cesto ita dicti, eo quod amatoris præcipue complecterentur. Postremo Africanus is

statimque comprehensum sacerdotali cathedræ imposuit. Per idem tempus mortuo Zebino Antiochenorum episcopo, subrogatus est Babylas. Alexandria vero cum post mortem Demetrii, qui annos tres et quadraginta sacerdotio perfunctus fuerat, Heraclas ministerium suscepisset Ecclesiæ, scholam ad cives in fide instituendos obtinuit Dionysius, qui et ipse unus e discipulis fuerat Origenis

CAPUT XXX.

Qui fuerint Origenis discipuli.

Interim dum Origenes apud Cæsaream consuetudo docendi munere fungeretur, non solum regionis illius incolæ, sed etiam plurimi ex remotissimis provinciis discipuli relicta patria ad eum concurrebant. Quorum præcipuos fuisse cognovimus Theodorum, qui et Gregorius dictus est, episcoporum nostra ætate celeberrimus; et fratrem ejus Athenodorum. Quos Origenes Græcis Romanisque disciplinis nimium deditos cum vidisset, in eorum animos instillans philosophiæ amorem, abjectis prioribus studiis ad rerum divinarum meditationem traduxit. Igitur cum quinquennio integro in ejus auditorio versati fuissent, tantopere in divinis eloquiis profecerunt, ut ambo adhuc admodum juvenes, Ecclesiarum in Ponto episcopi fuerint constituti.

CAPUT XXXI.

De Africano temporum scriptore.

Claruit iisdem temporibus Africanus, qui libros *Κεστῶν* titulo inscriptos composuit. Hujus exstat epistola ad Origenem scripta, in qua historiam Susannæ quæ in Danielis libro legitur, spuriam et commentitiam esse suspicatur. Ad quam epistolam Origenes copiosissime respondit. Ejusdem Africani quinque *De chronographia* libri accuratissime compositi ad nos etiam pervenerunt, in quibus se Alexandriam profectum esse testatur, ob maximam

qui *Κεστῶν* composuit, alius omnino esse videtur ab Africano Chronographo, de quo hic loquitur Eusebius. Nam ille quidem *Cestorum* scriptor oriundus fuit ex Libya, ut testatur Suidas, et *Σέκτος* vocabatur teste eodem Suida. Scaliger tamen in animadversionibus Eusebianis Sextum Africanum eum appellat. Sed forte apud Suidam *Κέστος* emendandum est pro *Σέκτος*, ut Africanus ille *Cestus* cognominatus sit, perinde ac Clemens Stromateus. Africanus vero Chronographus oriundus fuit ex Palæstina, oppido Emmaunte, ut docet Eusebius in *Chronico*, qui et Julium Africanum eum appellat. Præterea Christianus fuit, cum alter *Cestorum* scriptor gentilis fuerit, ut ex argumento ejus librorum satis apparet. Fuit etiam alter Julius Africanus, qui librum *De bellico apparatu* conscripsit. Qui quidem liber in manuscripto codice bibliothecæ Regiæ *Κεστῶν* inscribitur, atque ita citatur a Politiano in *Miscellaneis*. Sane Græci in præfigendis librorum titulis ambitiosi fuerunt. *Κεστῶν* itaque videntur vocasse libros, qui multiplici variarum rerum cognitione referti essent, instar *cesti*, qui apud Græcos *balleum variegatum* significat. Ab eadem causa dicti sunt Clementis *Στροματεῖς*.

omnium famam atque existimationem de Heracla, quem in philosophia aliisque Græcorum disciplinis excellentem, ad episcopatum Alexandrinæ Ecclesiæ proVectum fuisse supra docuimus. Altera quoque ejusdem Africani exstat epistolâ ad Aristidem, de dissensione quæ videtur esse inter Matthæum et Lucam in stirpe Christi referenda. In qua evangelistarum consensum apertissime demonstrat ex narratione quadam quam a majoribus acceperat: quam et nos jam antea in primo hujus operis libro, suo loco inseruimus.

CAPUT XXXII.

Quot et quos Origenes Cæsareæ in Palæstina Commentarios scripsit.

Per hæc tempora Origenes in Isaiam simul et Ezechielem *Commentarios* composuit. Ex quibus in tertiam quidem partem Isaiæ, usque ad visionem illam quadrupedum in solitudine, triginta ad nos volumina pervenerunt: in Ezechielem vero quinque et viginti, præter quæ **231** in universum hunc prophetam nihil scripsit. Interea cum Athenis moraretur, commentarios quidem in *Ezechielem* absolvit: inchoavit autem expositionem in *Canticum canticorum*, quam ad quintum usque librum ibidem agens produxit. Deinde Cæsaream reversus, opus illud decem omnino libris comprehensum ad exitum perduxit. Verum quid attinet hoc loco omnium hujus viri librorum accuratum indicem texere? cum id proprium opus desideret, jamque a nobis præstitum sit in libro quem *De Pamphili*, qui nostra ætate presbyter idem ac martyr fuit, *vita* conscripsimus. Ubi cum probare vellemus quantum Pamphili studium erga divinas litteras fuisset, indices librorum tum Origenis, tum aliorum Ecclesiæ scriptorum quos ille undecunq; collegerat, exhibuimus. Ex quibus quicumque voluerit, certissime poterit cognoscere quænam ex Origenis operibus ad nos usque pervenerint. Nunc vero ad historię seriem redeamus.

(75) *Ὁν καὶ ἀνεγράψαμεν ἐπὶ τῆς τοῦ Παμφίλου βίου.* Tres libros *De vita Pamphili martyris* scripsit Eusebius, et quidem elegantissimos, ut testatur Hieronymus in *Apologetico* *adversus Rufinum*, ubi etiam fragmentum ex tertio ejus operis libro adducit. Eorumdem librorum meminit in epistola ad Marcellam. Porro in tertio libro *De vita Pamphili martyris*, indicem Origenis librorum retulerat Eusebius. Hieronymus in *Apologetico* *adversus Rufinum*: *Numera, inquit, librorum ejus indices, qui in tertio volumine Eusebii, in quo scribit vitam Pamphili, continentur: et non dico sex millia, sed tertiam partem non reperies.*

(76) *Ἱεροῦ μάρτυρος.* Recte, meo quidem iudicio, codd. Medicæus et Fuk. scribunt una voce *ισρομάρτυρος*. Sic autem Græci vocant eos qui sacerdotes simul et martyres fuerunt, ut patet ex Græcorum *Menologiis*. Cum ergo Pamphilus presbyter idem et martyr fuerit, merito *ισρομάρτυρος* appellatur. Sic etiam in sequenti capite scriptum habent codd. Med. et Fuk. Græci quatuor habent martyrum genera, ut

διὰ πολλὴν τοῦ Ἡρακλᾶ φήμη· ὃν ἐπὶ λόγους φιλοσόφους καὶ τοὺς ἄλλοις Ἑλλήνων μαθήμασιν εὖ μάλα διαπρέψαντα, τὴν ἐπισκοπὴν τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας ἐγγχειρισθῆναι ἐδηλώσαμεν. Καὶ ἑτέρα δὲ τοῦ αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ φέρεται ἐπιστολὴ πρὸς Ἀριστίδην, περὶ τῆς νομιζομένης διαφωνίας τῶν παρὰ Ματθαίου τε καὶ Λουκᾶ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογικῶν ἐν ἧ σαφέστατα τὴν συμφωνίαν τῶν εὐαγγελιστῶν παρίστησιν, ἐξ ἱστορίας εἰς αὐτὸν καταελθούσης, ἣν κατὰ καιρὸν ἐν τῷ πρώτῳ τῆς μετὰ χεῖρας ὑποθέσεως προλαβὼν ἐξεθέμην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΔΒ΄.

Τίτρα Ὀριγένης ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐξηγήσατο (Nic. H. E. v, 19).

Καὶ Ὀριγένει δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον τὰ εἰς τὸν Ἡσαίαν, ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τὰ εἰς τὸν Ἰεζεκιήλ συνετάττετο· ὃν εἰς μὲν τὸ τρίτον μέρος τοῦ Ἡσαίου μέχρι τῆς ὁράσεως τῶν τετραπόδων τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τριάκοντα εἰς ἡμᾶς περιήλθον τόμοι. Εἰς δὲ τὸν Ἰεζεκιήλ πέντε καὶ εἰκοσιν, οὗς καὶ μόνους εἰς τὸν πάντα πεποιήται προφήτην. Γενόμενος δὲ τῆν:κάδς ἐν Ἀθήναις, περαινεί μὲν τὰ εἰς τὸν Ἰεζεκιήλ, τῶν δὲ εἰς τὸ Ἄσμα τῶν ὁσμῶν ἄρχεται, καὶ πρόσεισι γε αὐτόθι μέχρι πέμπτου συγγράμματος. Ἐπανελθὼν δὲ ἐπὶ τὴν Καισαρείαν, καὶ ταῦτα εἰς πέρας δέκα ὄντα τὸν ἀριθμὸν ἄγει. Τί δεῖ τῶν λόγων τάνδρὸς ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸν ἀκριβῆ κατάλογον ποιέσθαι, ἰδίας δεόμενον σχολῆς; Ὅν καὶ ἀνεγράψαμεν ἐπὶ τῆς τοῦ Παμφίλου βίου (75) τοῦ καθ' ἡμᾶς ἱεροῦ μάρτυρος (76) ἀναγραφῆς, ἐν ἧ τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδὴν τοῦ Παμφίλου ὁπόση τις γέγονει, παριστῶντες, τῆς συναχθείσης αὐτῷ τῶν τε Ὀριγένους καὶ τῶν ἄλλων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων βιβλιοθήκης τοὺς πίνακας παρεθέμην. Ἐξ ὧν ὅτω φίλον πάρεστιν ἐντελέστατα (77) τῶν Ὀριγένους πόνων τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα διαγινῶναι. Νυνὶ δὲ πορευτέον ἐπὶ τῆς ἱστορίας ἀκολουθίαν.

Ex eorum *Menologiis* colligitur. Quosdam enim μεγαλομάρτυρας vocant, id est, *magno martyres*, qualis est Demetrius, Georgius ac Theodorus. Alios vocant ὀσιομάρτυρας, verbi gratia Nicodem et alios. Alii vocantur ἱερομάρτυρες, martyres scilicet qui episcopali apice decorati sunt. Interdum tamen presbyteros sic appellant. Certe in *Typico* sancti Sabæ, die 22 Marti adnotatur festum τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Βασιλείου πρεσβυτέρου. Reliqui simpliciter *martyres* dicuntur a Græcis. Est etiam apud eos titulus πρωτομάρτυρος, qui communis est Stephano ac Theclæ. Nam ut inter viros primus Stephanus, sic prima inter feminas Thecla martyrio coronata est. Cæterum quanto sint elegantiores Latinis Græci, vel ex hoc apparet, quod apud Græcos singuli sancti sua habent epitheta, quibus quasi titulis ornantur ac distinguuntur.

(77) *Ἐντελέστατα.* Adverbialiter positum est more Græcorum, quod tamen nec Musculus nec Christophorus animadvertenterunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΓ'.

A

CAPUT XXXIII.

De errore Berylli.

Περὶ τῆς Βηρύλλου παρατροπῆς (Nic. H. E. v. 22).

Βηρύλλος ὁ μικρῶ πρόθεν δεδηλωμένος Βοστρῶν τῆς Ἀραβίας ἐπίσκοπος, τὸν ἐκκλησιαστικὸν παρεκτρέπων κανόνα, ξένα τινὰ τῆς πίστεως παρεισφέρειν ἐπειράτο, τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν λέγειν τολμῶν μὴ προὔφεσθαι κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν (78), πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας, μηδὲ μὴν θεότηα ἰδίαν ἔχειν, ἀλλ' ἐμπολιτευομένην αὐτῷ μόνῃ τὴν πατρικὴν. Ἐπὶ τούτῳ πλείστον ἐπισκόπων ζητήσεις καὶ διαλόγους πρὸς τὸν ἀνδρα πεποιημένων, μεθ' ἑτέρων παρακληθεὶς Ὀριγένους, κάτσει μὲν εἰς ὀμίλιαν ταπρῶτα τῷ ἀνδρὶ, τίνα νοῦν ἔχοι, ἀποπειρώμενος, ὡς δ' ἔγνω ὅ τι καὶ λέγει (79), εὐθύνας μὴ ὀρθοδοξοῦντα, λυγισμῶ τε πείσας καὶ ἀποδείξει ἀναλαβὼν αὐτὸν (80), τῇ περὶ τοῦ δόγματος ἐφίστησιν ἀληθεία, ἐπὶ τε τὴν προτέραν ὑγιῆ δόξαν ἀποκαθίστησι. Καὶ φέρεται γε εἰσέτι νῦν ἔγγραφα τοῦ τε Βηρύλλου καὶ τῆς δι' αὐτὸν γενομένης συνόδου, ὁμοῦ τὰς Ὀριγένους πρὸς αὐτὸν ζητήσεις, καὶ τὰς λεχθεῖσας ἐπὶ τῆς αὐτοῦ παροικίας διαλέξεις, ἕκαστά τε τῶν τότε πεπραγμένων περιέχοντα. Καὶ ἄλλα μὲν οὖν μνησθέντα Ὀριγένους περὶ μνήμη (81) παραδίδασαι τῶν καθ' ἡμᾶς ὁ πρεσβύτερος· ἃ καὶ παρήσσειν μοι δοκῶ, οὐ τῆς ἐνεστώσης ἐχόμενα πραγματείας. Ὅσα δὲ ἀναγκαῖα τῶν περὶ αὐτὸν διαγινώσκειν, ταῦτα καὶ ἐκ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ πεποιημένης ἡμῖν τε καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς ἱερῷ μάρτυρι Παμφίλῳ Ἀπολογίας (82), πάρεστιν ἀναλέξασθαι· ἦν τῶν φιλα-

B

nus adverbium esse existimarunt, cum tamen legendum sit disjunctim ὃ τι, quemadmodum in codice Regio diserte scriptum inveni. In Maz. et Med. scriptum est λέγοι, perinde ac in Savilli libro.

(80) Ἀναλαβὼν αὐτόν. Hujus verbi vim optime exposuit Nicephorus in lib. v. cap. 22, cujus verba scholii vicem præstabant: ἡρέμα τε καὶ ἡπίως προσανακτώμενος. At Musculus et Christophorsonus verbum ἀναλαβὼν conjungunt cum voce ἀποδείξει.

(81) Vulg. περὶ μνήμη. Dudum conjeceram scribendum esse Ὀριγένους περὶ μνήμη παραδίδασαι. Tandem vero in Medicæ ac Maz., Fuk. et Savil. codicibus ita distincte scriptum inveni.

(82) Ἐκ τῆς Ἀπολογίας. Scripserat Eusebius sex libros Ἀπολογίας ὑπὲρ Ὀριγένους, ut scribit Hieronymus tum in *Catalogo*, tum in *Apologetico* ἢ *adversus Rufinum*. Horum primum librum interpretatus est Rufinus, et sub nomine Pamphili martyris edidit. Quo quidem nomine gravissime reprehenditur ab Hieronymo, quod librum Eusebii, quem Hieronymus semper hæreticum nominat, præfixo Pamphili martyris titulo evulgasset. Sed respondere potuit Rufinus id quod hic ab Eusebio dicitur, *Apologiam* illam pro Origene ab utroque simul elaboratam fuisse, tam a Pamphilo martyre, quam ab Eusebio. Quod testatur etiam Photius in *Bibliotheca*, cap. 120, ubi ait Pamphilum, cum esset in carcere, quinque libros pro Origene una cum Eusebio scripsisse ad confessores qui in metallis erant: sextum vero post mortem Pamphili ab Eusebio adjectum esse. Cæterum ex hoc Eusebii libro quem pro defensione Origenis conscripsit, colligere est jam tum existisse multos, qui Origenem reprehenderent ob dogmatum novitatem. Inter quos præcipuus fuit Methodius, qui et librum *De resurrectione* scripsit

(78) Κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν. Musculus vertit, secundum propriæ ac separatæ substantiæ circumscriptionem non existisse; male, ut apparet. Itaque Christophorsonus vocem illam separatæ exprimit; cætera autem retinuit. Οὐσίας περιγραφὴ nihil est aliud quam substantiæ differentia. Unde Gregorius Nyssenus in libro *De differentia essentiali et subsistentiæ*, subsistentiam ita definit: Ἡ τὸ κοινὸν τε καὶ ἀπερίγραφτον ἐν τῷ τινι πράγματι, διὰ τῶν ἐπιφανομένων ἰδιωμάτων ὑφιστάται καὶ περιγράφουσα. Et paulo ante dixerat: Τὰ δὲ τῶν καθ' ἕκαστον ἰδιωμάτων ἐστὶ σημαντικά· δι' ὧν οὐχ ἡ κοινότης τῆς φύσεως ἐνθεωρεῖται τῷ ῥήματι, ἀλλὰ πράγματός τινος περιγραφὴ, etc. Et initio libri *De Ariana* ita scribit: Διὰ τὴν τῶν ὑποστάσεων διαφορὰν, καὶ τὴν κατὰ τὰς οὐσίας περιγραφὴν εἰσαγόντων. Eadem verba leguntur in epistola 43 Basilii ad Gregorium Nyssenum. Quam quidem epistolam Gregorius Nyssenus in eo quem dixi libro totam fere transcripsit. Porro videtur Beryllus οὐσίαν accepisse pro *persona*, more sæculi sui, quo οὐσία et ὑπόστασις inter se confundebantur. Errabat igitur Beryllus, qui Christum ante incarnationem, nullam propriæ personæ differentiam habuisse dicebat. Sed quod idem aiebat, Dominum nostrum non habere propriam deitatem, sed tantum paternam in ipso inhabitantem, in eo quidem recte sentiebat. Neque enim propria est divinitas Patris, propria Filii, sed una eademque est trium personarum divinitas. Alioqui tres essent dii, non unus Deus. Ita si sensit, excusari potest Beryllus. Quod si existimavit Filium non esse propriæ Deum, sed tantum appellativè ac participativè, in eo hallucinatus est. Certe cum ante incarnationem Filium personaliter non substituisse dixerit, sequitur ut divinitatem ei quoque abrogaverit.

(79) Ὅ τι καὶ λέγει. Musculus et Christophorson-

peti possunt ex *Apologético* qui a nobis et a sacro- A τίων ἕνεκα συμπονήσαντες ἀλλήλοις, διὰ σπουδῆς
sancto nostri temporis martyre Pamphilo pro πεποιτήμεθα.
illius defensione conscriptus est : quem quidem nos propter malevolos quosdam accusatores, communi
studio atque opere junctim elaboravimus.

CAPUT XXXIV.

De Philippo Cæsare.

Interea cum Gordianus sex totis annis Romanum Imperium administrasset, Philippus una cum Philippo filio in ejus locum successit. Hunc, utpote Christianum, fama est in postrema Paschæ vigilia precationum in ecclesia participem simul cum reliquo populo fieri voluisse : sed episcopum qui tunc Ecclesiæ præerat, non prius illi aditum permisisse quam confessionem scelerum fecisset, iisque qui humanitus lapsi fuerant, et in pœnitentium ordine stabant, sese adjunxisset. Quippe ob multa quæ commiserat crimina, nunquam omnino ab episcopo fuisset admissus, nisi id prius fecisset. Et imperator quidem libenter obtemperasse dicitur, B sincerumque ac religiosum affectum timoris Dei, operibus ipsis declarasse.

CAPUT XXXV.

Quomodo Dionysius Heraclæ in episcopatu successit.

Anno autem hujus imperii tertio cum Heraclus post sexdecim episcopatus annos diem extremum obiisset, pontificatum Alexandrinæ Ecclesiæ suscepit Dionysius.

CAPUT XXXVI.

Quot præterea libri ab Origene lucubrati sint.

Quo tempore cum fides nostra, ut parerat, auge- retur in dies, et doctrina Christianorum summa ubique libertate frueretur, Origenes, jam sexagenario C major, utpote qui ex diuturna exercitatione maximum dicendi usum sibi comparasset, conciones quas habebat ad populum, a notariis excipi permisit, cum id antea fieri nunquam concessisset. **233** Sub idem tempus octo libros composuit adversus librum quemdam Celsi Epicurei contra

adversus Origenem, teste Hieronymo et Epiphano. Atque hæc causa mihi videtur fuisse cur Eusebius in his *Historiæ ecclesiasticæ* libris nullam Methodii mentionem fecerit. Nam cum omnes ecclesiasticos scriptores in hoc opere accurate commemoraverit, Methodium tamen de industria prætermisit, eo quod Origenem quem ipse præcipue mirabatur, impugnavisset. Hinc etiam est quod contra Porphyrii libros post eundem Methodium scripsit, quasi æmulatione quadam et odio adversus Methodium incitatus. Certe Eusebius in libro vi *Apologiæ suæ pro Origene*, respondebat objectionibus Methodii : *Quomodo, inquit, avus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc et hæc de Origenis locutus est dogmatibus* ? Citantur hæc verba ab Hieronymo in lib. i adversus Rufinum.

(83, 84) *Μετῶσχῆν ἑθελῆσαι*. In eodd. Fuk. et Sav. legitur *συμμετασχῆν*, quod est elegantius.

(85) *Τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις*. Musculus vertit : *Qui propter peccata inquirebantur, et sic sere interpres Nicephori; male, ut sentio. Nam ἐξεταζοῦσθαι nihil aliud est hic quam censeri, versari, in peccatorum ordine collocari. Sic τάξεις τῶν παραπτωμάτων dicit Dionysius in cap. 46 hujus*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΔ'.

Τὰ κατὰ Φίλιππον Καίσαρα (Nic. H. E. v, 25).

"Ἐτεσι δὲ ὄλοις ἐξ Γορδιανοῦ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἀνύσαντος, Φίλιππος ἄμα παῖδι Φιλίππῳ τὴν ἀρχὴν διαδέχεται. Τοῦτον κατέχει λόγος Χριστιανὸν ὄντα, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ Πάτχα παννουχίδος, τῶν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας εὐχῶν τῷ πλήθει μετασχῆν ἑθελῆσαι (83-84), οὐ πρότερον δὲ ὑπὸ τοῦ ττηνικάδε προσετώτος ἐπιτραπήναι εἰσβαλεῖν, ἢ ἐξομολογήσασθαι, καὶ τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις (85) μετανοίας τε χῶραν ἰσχυοῦσιν ἑαυτὸν καταλέξει· ἄλλως γὰρ μὴ ἂν ποτε πρὸς αὐτοῦ, μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαντα, διὰ πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἰτίας παραδεχθῆναι. Καὶ πειθαρχῆσαι γε (86) προθύμως λέγεται, τὸ γνηστὸν καὶ εὐλαβὲς τῆς περὶ τὸν θεῖον φόβον διαθέσεως ἔργοις ἐπιδεικνύμενον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΕ'.

Ὡς Διονύσιος Ἡρακλᾶ τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξατο (Nic. H. E. v, 26).

Τρίτον δὲ τοῦτω ἔτος ἦν, καθ' ὃ μεταλλάξαντος Ἡρακλᾶ τὸν βίον ἐπὶ ἔκκαλιθεα ἔτεσι τῆς προστασίας, τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν Ἐκκλησιῶν τὴν ἐπισκοπὴν Διονύσιος ὑπολαμβάνει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΓ'.

"Ὅσα ἄλλα ἐσπούδασαι τῷ Ὀριγέει (Nic. H. E. v, 19).

Τότε δῆτα, οἷα καὶ εἰκὸς ἦν, πληθοῦστος τῆς πίστεως, πεπαρρησιασμένου τε τοῦ καθ' ἡμᾶς παρὰ πᾶσι λόγου, ὑπὲρ τὰ ἐξήκοντά φασιν ἔτη τὸν Ὀριγέην γενόμενον, ἅτε μεγίστην ἦδη συλλεξάμενον ἐκ τῆς μακρᾶς παρασκευῆς ἕξιν, τὰς ἐπὶ τοῦ κοινού λεγομένας αὐτῷ διαλέξεις ταχυγράφοις μεταλαβεῖν ἐπιτρέψαι (87), οὐ πρότερόν ποτε τοῦτο γενέσθαι συγκεχωρηκότα. Ἐν τοῦτω καὶ τὰ πρὸς τὸν ἐπιγεγραμμένον καθ' ἡμῶν Κέλσου τοῦ Ἐπικουρείου (88)

libri.

(86) *Καὶ πειθαρχῆσαι γε*. Historiam hanc de Philippo imperatore, quem Babylas episcopus ab Ecclesiæ aditu repulit, refert auctor *Chronici Alexandrini* ex narratione Leontii episcopi Antiocheni, qui sub Constantio imp. vixit. Eadem sere narrat Chrysostomus in oratione *de sancto Babyla, contra gentiles*, nisi quod imperatorem ipsum non nominat.

(87) *Διαλέξεις ταχυγράφοις μεταλαβεῖν ἐπιτρέψαι*. Idem testatur Pamphilus martyr in lib. i *Apologiæ pro Origene*, his verbis : *Quodque puræ religionis observaverit disciplinam, et præ cæteris verbo Dei et doctrinæ operam dederit, dubium non est ex his quæ ad nos laboris et studii ejus certissima designantur indicia : præcipue vero per eos tractatus quos pæne quotidie in Ecclesia habebat ex tempore ; quos et describentes Notarii ad monumentum posteritatis tradebant.*

(88) *Κέλσου τοῦ Ἐπικουρείου*. Dno suere Celsi Epicureæ sectæ philosophi, quorum alter Neronis ætate vixit, alter circa Antonini tempora, ut scribit Origenes in libro i *contra Celsum*. Adversus hunc posteriorem Celsum scripsit Origenes octo elegau-

Ἀληθῆ λόγον, ὅτι τῶν ἀριθμῶν συγγράμματα συντάττει, καὶ τοὺς εἰς εἰκοτὰ Ματθαίον Εὐαγγελίον εἰκοσι πέντε τόμους, τοὺς τε εἰς τοὺς δώδεκα προφήτας, ἀφ' ὧν μόνους εὐρομεν πάντε καὶ εἰκοσι. Φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ πρὸς αὐτὸν βασιλέα Φιλίππον ἐπιστολή· καὶ ἄλλη πρὸς τὴν τούτου γαμετὴν Σεβήραν, διάφοροι τε ἄλλαι πρὸς διαφόρους, ὧν ὁπώρας σποράδην παρὰ διαφοροῖς σθεθεῖται· συναγαγεῖν δεδυνήμεθα, ἐν ἰδίαις τόμων περιγραφαῖς, ὡς ἂν μηκέτι διαβρίπτοιτο, κατελέξαμεν, τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν ὑπερβαίνουσας. Γράφει δὲ καὶ Φαβιανῷ (89) τῷ κατὰ Ῥώμην ἐπισκόπῳ, ἑτέροις τε πλείστοις ἄρχουσιν ἐκκλησιῶν, περὶ τῆς κατ' αὐτὸν ὀρθοδοξίας. Ἔχεις καὶ τούτων τὰς ἀποδείξεις, ἐν ἕκτῳ τῆς γραφείσης ἡμῖν περὶ τοῦ ἀνδρὸς Ἀπολογία.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΖ'.

Περὶ τῆς τῶν Ἀράβων διαστάσεως (Nic. H. E. v, 25).

« Sed et alii complures per oppida et vicos a gentilibus discerpti sunt : ex quibus unum exempli gratia commemorabo. Ischyriion mercede conductus procurator erat cuiusdam magistratum generitis. Hic ab eo cujus rem procurabat, jussus idolis immolare, cum minime obtemperaret, primum injuria affectus est. Postea cum in eadem sententia perstaret, variis ab eodem vexatus est contumeliis. Quæ omnia cum patienter sustineret, ille prægrandi sude correpta transfixum per media viscera hominem interfecit. Jam quid opus est commemorare multitudinem eorum, qui in montibus ac per solitudinem oberrantes, fame et siti, frigore ac morbis, et latronum aut bestiarum incursu oppressi interiere? Ex quibus hi qui superfuerunt incolumes, testes 241 sunt electionis illorum atque victoriae. Unicum duntaxat facinus ad declarandam rei veritatem hic adjiciam. Chæremon erat quidam grandævus, Nili urbis episcopus. Hic una cum conjuge in Arabicum montem fuga delatus, non ulterius reversus est. Et fratres quamvis accurate omnia perscrutati, nec ipsos posthac, nec ipsorum cadavera reperire potuerunt. Porro multi in Arabico illo monte a barbaris Saracenis capti, et in servitutem redacti sunt. Ex quibus alii soluto ingenti pretio vix tandem redempti, alii nondum hactenus redimi potuerunt. Atque hæc non frustra, frater charissime, a me commemorata sunt, sed ut scias quæ et quam gravia nobis mala contigerint. Quæ profecto melius intelligunt ii, qui magis experti sunt. » Et paucis interpositis hæc subjungit : « Cæterum, inquit, hi divini martyres, qui nunc assessores sunt Christi et regni illius consortes, ac iudicii participes una cum ipso iudicaturi, dum hic apud nos essent, quosdam e fratribus lapsos, et

(24) Εἰς τὸ Ἀράβιον ὄρος. Mons est ita dictus enjus meminit Herodotus, quem Ptolemæus et alii Troicum vocant. Male ergo Christophoronus montem Arabiæ vertit. Paulo post Arabicus dicitur, ob vicinitatem Arabum ita nominatus.

(25) Οὐτε τὰ σώματα εὔρον. Ultima vox deest in codice Regio, prorsusque otiosa est ac superflua. Syncellus quoque eam vocem non habet, sed ejus loco αὐτῶν, non male.

(26) Σαρακηνῶν. Hic locus vel ob id unum notandus est, quod mentio sit Saracenorum. Nam ex scriptoribus quorum opera ad nos pervenerunt, nullus, ut puto, Dionysio Alexandrino antiquior Saracenos nominavit. Amm. quidem Marcellinus in libro xiv scribit se mentionem fecisse Saracenorum in Actibus principis Marci. Spartianus quoque in Nigro Saracenorum mentionem facit, et ab iis Romanos milites victos esse dicit; quod in tempora divi Marci conferri potest.

(27) Συνήγαγον καὶ συνέστησαν. Eadem Dionysii verba referi Nicephorus cap. 4, quæ Langus ita vertit : Explorata patientia atque comprobata, in Ecclesiam eos admiserunt, et ad hunc modum receptis locum suum dederunt. Eodem modo Christo-

phoronus interpretatus est, recipiunt in Ecclesiam, conventus cum illis celebrant, ineunt societatem, etc. Sed hanc interpretationem equidem probare non possum. Quomodo enim martyres qui in carcere tenebantur astricti, lapsos in Ecclesiam admittere poterant? Adde quod non id juris competeat martyribus, sed soli episcopo cuius officium erat pœnitentes reconciliare. Martyribus vero intercedere tantum pro lapsis, et commendatitias litteras scribere licebat. Apparet igitur ita vertendum esse hunc locum ut vertimus. Quanquam vox συνέστησαν aliter etiam explicari potest, passive scilicet pro simul consistere. Sic Dionysius apud Eusebium in lib. vii, cap. 9, μόλις παραχλοῦμενος συνεστάναι ταῖς προσευχαῖς ἀνέχεται. Et Eusebius in libro vi, cap. 3, de Origene, οὐδὲ πρόποτε προὔτραπη κατὰ τὴν εὐχὴν αὐτῷ συστήναι.

(28) Καὶ προσευχῶν αὐτοῖς... ἐκοινώνησαν. Duplex erat communio in Ecclesia : alia orationis, alia sacramentorum. Et orationum quidem communio pœnitentibus post certum temporis spatium indulgebatur. Communio vero corporis Christi, non nisi reconciliatis post longas pœnitentiæ moras tandem impertiebatur. Vides canones 11, 12 et 13

idolis sacrificasse convictos, susceperunt: et conversionem illorum ac pœnitentiam cernentes, cum judicassent eam placere posse illi qui peccatoris pœnitentiam mavult quam mortem, eos admiserunt et collegerunt, atque in cœtum suum receperunt, et in orationibus ac cibo cum iisdem communicaverunt. Quid ergo nobis, fratres, de his suadetis? Quid nos agere debemus? Utrum sententiæ martyrum accedemus, et rem ab illis judicatam seu potius gratiam concessam tuebimur, et cum iis quos illi miseratione persecuti sunt benigne agemus? que ipsi sententiæ illorum discussores ac iudices ordinem constitutum evertemus, Dei ipsius indignationem provocabimus? Atque hæc Dionysius consulto videtur adjecisse, loquens de iis qui persecutionis tempore præ iudicamento animi lapsi fuerant.

CAPUT XLIII.

De Novato, cuiusmodi moribus fuerit, et de ejus hæresi.

Etenim Novatus, Ecclesiæ Romanæ presbyter, arrogantia adversus eos elatus, quasi nulla spes salutis ipsis posthac superesset, tametsi omnia experient 242 quæ ad sinceram conversionem puramque confessionem pertinent, propriæ cuiusdam sectæ eorum qui tumore mentis elati seipsos Catharos cognominarunt, auctor exstitit. Ob quam rem cum Romæ congregata esset synodus, in qua sexaginta quidem episcopi, presbyteri vero ac diaconi multo plures convenerunt; cumque in provinciis antistites quid agendum esset seorsum consultassent, huiusmodi decretum cunctis promulgatum est: Novatum quidem et eos qui una cum ipso sese insolentiam extulerant, et quicumque inhumanissimæ et a fraternâ charitate alienæ ejus opinionioni consentire præsumperant, alienos ab Ecclesia habendos esse; fratres vero qui in calamitatem inciderant, pœnitentiæ remediis curandos esse et confovendos. Exstant adhuc epistolæ Cornelii Romanorum episcopi ad Fabium Antiochensis Ecclesiæ præsulem missæ: in quibus et Romanæ synodi gesta, et omnium per Italiam et Africam aliasque locorum illorum provincias sententiæ declarantur. Aliæ præterea Latino sermone conscriptæ exstant

concilii Nicæni. Ex quibus apparet, communionem orationis pœnitentibus fuisse ultimum ac proximum gradum ad communionem sacrorum mysteriorum. Et hæc quidem de communionem publicam intelligenda sunt, qua concedebatur pœnitentibus, ut palam cum omni populo in ecclesia orarent. Sed in hoc Dionysii loco de privata communionem sermo est, quam video a nonnullis confundi cum publica. Privatam autem communionem voco, quæ a privatis, non autem ab episcopo, cuius id jus pontificiumque erat, certæ personæ concedebatur. Exempli gratia, quando confessores et martyres, lapsos intercessionem ac misericordiam ipsorum implorantes benigne excipiebant, et ut una secum Deum orarent, permittebant. Hæc communio licet a martyribus et presbyteris (plerique enim martyrum erant ex clero) lapsis fuisset indulta, nihil juris illis dabat: sed tantum instar præiudicii erat, ut ab episcopo postea admitterentur ad publicam in ecclesia orationis communionem. De eiusmodi privata com-

ήμιν, ἀδελφοί, περὶ τούτων συμβουλευέτε; τί ἡμῖν πρακτέον; Σύμφηγο: καὶ δομογῶμονες αὐτοῖς καταστῶμεν, καὶ τὴν κρίσιν αὐτῶν καὶ τὴν χάριν φυλάξωμεν, καὶ τοῖς ἐλεηθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν χρηστευώμεθα, ἢ τὴν κρίσιν αὐτῶν ἀδικῶν ποιησώμεθα (29), καὶ δοκιμαστάς αὐτοὺς τῆς ἐκείνων γνώμης ἐπιστήσωμεν, καὶ τὴν χρηστότητα λυπήσωμεν, καὶ τὴν τάξιν ἀνασκευάσωμεν; Ἐ Ταῦτα δὲ εἰκότως ὁ Διονύσιος παρατίθεται, τὸν περὶ τῶν ἐξησθενηκότων κατὰ τὸν τοῦ διωγμοῦ καιρὸν ἀνακινῶν λόγον.

An contra iudicium illorum irritum faciemus, nos constituemus; clementiam dolore afficiemus, ordinem constitutum evertemus, Dei ipsius indignationem provocabimus? Atque hæc Dionysius consulto videtur adjecisse, loquens de iis qui persecutionis tempore præ iudicamento animi lapsi fuerant.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

Περὶ Νοουάτου, οὗτος τις ἦν τὸν τρόπον, καὶ περὶ τῆς κατ' αὐτὸν αἰρέσεως (Nic. II. E. vi, 5).

Ἐπειδὴ περὶ τῆ κατὰ τούτων ἀρθεῖς ὑπερφηανίᾳ Νοουάτου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ὡς μῆκετ' οὔσης αὐτοῖς σωτηρίας ἐλπίδος, μηδ' εἰ πάντα τὰ εἰς ἐπιστροφὴν γνησίαν καὶ καθαρὰν ἐξομολόγησιν ἐπιτελοῖσιν, ἰδίᾳ αἰρέσεως τῶν κατὰ λογισμῶν φυσίωσιν Καθαροῦς ἑαυτοὺς ἀποφηνάντων, ἀρχηγῶς καθίσταται. Ἐφ' ᾧ συνόδου μεγίστης ἐπὶ Ῥώμης συγκροτηθείσης, ἐξήκοντα μὲν τὸν ἀριθμὸν ἐπισκόπων, πλείονων δ' ἔτι: μᾶλλον πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, ἰδίως τε κατὰ τὰς λοιπὰς ἐπαρχίας τῶν κατὰ κύραν ποιμένων περὶ τοῦ πρακτέου διασκεψαμένων, δόγμα παρίσταται τοῖς πᾶσι (30), τὸν μὲν Νοουάτον ἅμα τοῖς αὐτῶ συνεπαρθεῖσι, τοὺς τε συνευδοκεῖν τῇ μισαδέλφῳ καὶ ἀπανθρωποτάτῃ γνώμῃ τάνδρῳ προαιρουμένους, ἐν ἄλλοις τῆς Ἐκκλησίας ἡγεῖσθαι, τοὺς δὲ τῆ συμφορᾷ περιπεπωκότας τῶν ἀδελφῶν, ἴσθαι καὶ θεραπεύειν τοὺς τῆς μετανοίας φαρμάκοις. Ἦλθον δ' οὖν εἰς ἡμᾶς ἐπιστολαὶ Κορυνηίου Ῥωμαίων ἐπισκόπου πρὸς τὸν τῆς Ἀντιοχείων Ἐκκλησίας Φάβιον, δηλοῦσαι τὰ περὶ τῆς Ῥωμαίων συνόδου καὶ τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἀφρικὴν καὶ τὰς αὐτῆς χώρας καὶ ἄλλαι πάλιν Ῥωμαϊκῆ φωνῆ συνεταγμέναι, Κυπριανοῦ καὶ τῶν ἄμ' αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀφρικὴν, δι' ὧν τὸ καὶ αὐτοὺς συνευ-

munione intelligendus est Eusebii locus in lib vi, cap. 5, de Origene, quem paulo ante citavi; et alter in lib. iv, cap. 14; item locus ex epistola Cornelii papa, infra cap. 43, ubi de Moyse presbytero, qui Novatianum a communionem sua repulit. Item locus Sulpicii Severi in lib. iii *De vita Martini*. Vide F. Florentem ad titulum 7, *De translatione episcopi*.

(29) Ἐδικῶν ποιησώμεθα. Sic codd. Maz., Med., Fuk. et Savil., quobusmodi etiam legitur in *Chronico* Georgii Syncelli; quam scripturam meliorem puto. Textus vulgatus, ἀδεχτόν. Mox verba illa καὶ τὸν θεὸν παροξύνουμεν exprunximus, quippe quæ nec in nostris codicibus Maz., Med. et Fuk., nec apud Syncellum legerentur.

(30) Δόγμα παρίσταται τοῖς πᾶσι. Rufinus vertit: *Decretis significatur quid factu opus esset*. Reliqui tamen interpretes, Langum dico, Musculum et Christophorsonum, vertunt, *decernitur ab omnibus, rectius, ni fallor*. Sequitur enim paulo post τὰ δόξαντα πᾶσι, etc.

δοκεῖν τῷ δεῖν τυγχάνειν ἐπικουρίας τοὺς πεπειρα-
σμένους ἐνεφαίνετο· καὶ τῷ χρῆναι εὐλόγως τῆς καθ-
ολικῆς Ἐκκλησίας ἐκκέρυκτον ποιήσασθαι τὸν τῆς αἰ-
ρέσεως ἀρχηγὸν, πάντας τε ὁμοίως τοὺς συναπαγο-
μένους αὐτῷ. Ταύταις ἄλλη τις ἐπιστολὴ (31) συνήπτο
τοῦ Κορνηλίου, περὶ τῶν κατὰ τὴν σύνοδον ἀρεσάν-
των, καὶ πάλιν ἕτερα, περὶ τῶν κατὰ Νοουάτου πρ-
αχθέντων· ἀφ' ἧς καὶ μέρη παραθέσθαι οὐδὲν ἄν κωλύοι,
ὥπως εἰδεῖεν τὰ κατ' αὐτὸν οἱ τῆδε ἐντυγχάνοντες τῆ
γραφή. Τὸν δὲ εὐφρόδιον ἀναδιδάσκων ὁμοίως τις ὁ Νο-
ουάτος ἐγεγόνει τὸν τρόπον, αὐτὰ δὲ ταῦτα γράφει ὁ
Κορνήλιος· « Ἴνα δὲ γινῶς ὅτι πρόπαιλαι ὀρεγόμενος τῆς
ἐπισκοπῆς ὁ θαυμαστός οὗτος, καὶ κρύπτων ἐν ἑαυτῷ τὴν
προπετὴ ταύτην αὐτοῦ ἐπιθυμίαν ἐλάβανεν, ἐπικα-
λύμματι τῆς αὐτοῦ ἀπονοίας τῷ καταρχὰς σὺν αὐτῷ
τοὺς ὁμολογητὰς ἐσχηκέναι χρώμενος, εἰπεῖν βούλο-
μαι. Μάξιμος πρεσβύτερος (32) τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ
Οὐρβανός, δις τὴν ἐξ ὁμολογίας δόξαν ἀρίστην καρ-
πωσάμενοι, Σιδωνίος τε καὶ Κελερίνος, ἀνὴρ δὲ πάσας
βασάνους διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ ἔλεον καρτερικώτατα δι-
ενέγκας (33), καὶ τῆ βώμῃ τῆς αὐτοῦ πίστεως, τὸ
ἀσθενὲς τῆς σαρκὸς ἐπιβρόσας, κατὰ κράτος νενίκη-
κε τὸν ἀντικείμενον· οὗτοι δὲ οὐν οἱ ἄνδρες κατανοή-
σαντες αὐτὸν, καὶ καταφωράσαντες τὴν ἐν αὐτῷ παν-
ουργίαν τε καὶ παλιμβολίαν, τὰς τε ἐπιτοκίας καὶ
ψευδολογίας, καὶ τὴν ἀκοινωνήσιαν αὐτοῦ καὶ λυκο-
φιλίαν, ἐπανῆλθον εἰς τὴν ἀγίαν Ἐκκλησίαν, καὶ
ἅπαντα αὐτοῦ τὰ τεχνάσματα καὶ πονηρεύματα ἃ
ἐκ πολλοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὑπεστέλλετο, παρόντων
ἱκανῶν τοῦτο μὲν ἐπισκόπων, τοῦτο δὲ πρεσβυτέρων
καὶ λαϊκῶν ἀνδρῶν παμπόλλων, ἐξηγγεῖλαν ἀποδουρ-
μενοι καὶ μεταγινώσκοντες, ἐφ' οἷς πεισθέντες τῷ
δολερῷ καὶ κακοῦθι θηρίῳ, πρὸς ὀλίγον χρόνον τῆς
Ἐκκλησίας ἀπελείφθησαν. » Ἐτα μετὰ βραχεῖα φη-
σίν· « Ἀμήχανον ὄσσην, ἀδελφεὲ ἀγαπητῆ, τροπὴν καὶ
μεταβολὴν ἐν βραχεῖ καιρῷ ἔθεασάμεθα ἐπ' αὐτοῦ
γεγενημένην. Ὁ γὰρ τοι λαμπρότατος, καὶ δι' ὄρκων
φοβερῶν τιῶν πιστούμενος τὸ μηδ' ὄλως ἐπισκοπῆς
ὀρέγεσθαι, αἰφνίδιον ἐπίσκοπος ὥσπερ ἐκ μαγγάνου
τινὸς (34) εἰς τὸ μέσον βίφθεις ἀναφαίνεται. Οὗτος

(31) Ἄλλη τις ἐπιστολή. Hanc Cornelii episto-
lam, cum priore illa cuius supra mentio ab Eusebio
facta est, confundere videtur Rufinus, qui duas tantum
Cornelii epistolas agnoscit. At Hieronymus in
libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, quatuor nume-
rat. Verum Eusebius hoc loco tres duntaxat Cor-
nelii recenset epistolas : primam ad Fabium Antio-
chensem episcopum de Romana synodo, deque Ita-
liæ et Africæ episcoporum consensu ; secundam de
decretis synodi ; tertiam de facinoribus Novatiani
ad eundem Fabium Antiochenæ urbis episcopum :
ex qua luculentissimum testimonium hic profert
Eusebius. Et prima quidem ac tertia, Græco ser-
mone a Cornelio scriptæ videntur : idque multis
argumentis probari potest. Cum enim Eusebius ex
tertia epistola plurima adducat testimonia, nusquam
dicit ea ex Latino sermone in Græcum fuisse trans-
lata, quod tamen perpetuo monere consuevit, quo-
lies Latini scriptoris testimonium citat : exempli
gratia, cum locos profert ex Tertulliani *Apologetico*,
aut cum epistolas principum Romanorum. Deinde
Eusebius ipse in hoc capite satis innuit, primam il-
lam Cornelii ad Fabium epistolam scriptam fuisse
Græco sermone. Postquam enim de illa commemo-

PATROL. GR. XX.

A epistolæ Cypriani et aliorum antistitum qui cum
ipso in Africa congregati sunt. Ex quibus colligi-
tur, ipsis etiam placuisse ut subveniretur iis qui in
tentationem inciderant, utque auctor nefariæ opi-
nionis simul cum iis qui ad partes ipsius descive-
rant, ab Ecclesiæ catholicæ consortio merito abdi-
cicaretur. His adjuncta erat alia ejusdem Cornelii
epistola, de his quæ in synodo decreta fuerant : et
rursus alia de facinoribus Novati ; ex qua nihil ob-
stat quominus hic aliqua inseramus, ut historia:
nostræ lectores ea quæ ad Novatum pertinent per-
spiciant cognoscant. Igitur cornelius Fabium docens
cujusmodi ingenio ac moribus fuisset Novatus, ita
scribit : « Atque ut scias qualiter admirandus ille
vir episcopalis loci cupiditate jampridem incensus,
B et præcipitem illam ambitionem suam tegens, diu
omnes latuerit ; dum confessores quos statim ab
initio sibi sociaverat, velamentum vesaniæ obten-
dit, deinceps tibi edisseram. Maximus Ecclesiæ
nostræ presbyter, et Urbanus : ambo ex fidei
confessione egregiam jam secundo laudem adepti ;
Sidonius etiam et Celerinus, vir qui cuncta
tormentorum genera per Dei misericordiam 243
fortissime sustinuit, et qui fidei suæ constantia
infirmitatem corporis sui roborans, adversarium
penitus debellavit : hi omnes cum illum tandem
cognovissent, et fraudem ejus ac versutiam, per-
juria quoque atque mendacia, et abhorrentem ab
omni societate feritatem, et lupinam quamdam in
eo amicitiam deprehendissent, ad sanctam Eccle-
siam reversi sunt : cunctasque illius prastigias, ac
nequitiam, quam jam pridem intra se occultans,
C sese interim submittebat, præsentibus aliquot epi-
scopis ac presbyteris et laicis compluribus evulga-
runt : ingemiscentes ac dolentes, quod a fraudu-
lenta illa malignaque bestia inducti, aliquanto tem-
poris spatio ab Ecclesia recessissent. » Et paulo
post addit : « Mirabilem quamdam, frater charis-
sime, conversionem in eo mutationemque brevi
temporis articulo factam conspeximus. Nam egre-

ravit, addit conjunctam ei fuisse aliam Latino ser-
mone scriptam epistolam Cypriani. Quod quidem
non adderet, nisi Cornelii epistola superius memo-
rata diverso sermone scripta fuisset.

D (32) Μάξιμος πρεσβύτερος. De hoc Maximo pre-
sbytero, Urbano et Sidonio confessoribus, qualiter
relicto Novatiano ad Ecclesiam catholicam reversi
sint, vide epistolam Cornelii papæ ad Cyprianum.
Fuit etiam eodem tempore alter Maximus presby-
ter Ecclesiæ Romanæ, quem Novatianus legatum in
Africam misit ad Cyprianum una cum Machæo et
aliis : sed Cyprianus eos a communione sua remo-
vit. Postea schismatici Maximum hunc episcopum
in Africa fecere, ut docet Cyprianus in epistola ad
Cornelium.

(33) Καρτερικώτατα διενέγκας. Ita in codice Medi-
cæo pro vulgato διενύσας, scribitur ; apud Georgium
Syncellum, διενεγκῶν. Sed Mazarinus codex asti-
pulator Medicæo ; item Fuketianus et Savilianus.

(34) Ὡσπερ ἐκ μαγγάνου τινός. Hoc loco ἐξ μαγ-
γάνου idem est quod ἀπὸ μηχανῆς, quæ proverbialis
locutio frequens est apud Græcos. Nam μάγγα-
νον idem est ac *machina*. Quod miror nec a Ma-
sculo, nec a Christophorsono animadversum fuisse.

gius ille vir, qui tremendis quibusdam sacramentis affirmaverat se episcopatum non concupiscere, repente tanquam ex machina quadam in medium projectus, episcopus apparuit. Et is qui se doctorem et ecclesiasticae disciplinae propugnatores ferebat, cum episcopatum sibi a Deo minime concessum rapere ac vindicare conaretur, duos deploratae salutis homines sibi socios adjunxit, ut eos in exiguam ac vilissimam Italiae partem mitteret, atque illinc accitos tres episcopos, homines plane rudes ac simplices, fraudulenta quadam molitione deciperet; constantissime affirmans ipsos quamprimum Romam proficisci oportere, ut omnis undecunque orta discordia, ipsorum una cum aliis episcopis interventu atque arbitrio sedaretur. Qui cum adventissent, homines, ut jam diximus, simplicioris ingenii, nec in his perditorum hominum artibus ac fallacis satis triti: eos ille a quibusdam sui similibus quos ad id comparaverat, inclusos hora decima, temulentos et crapula oppressos, adumbrata quadam et inani manuum impositione episcopatum sibi tradere per vim cogit: eumque nullo sibi jure competentem per fraudem atque insidias vindicat.

(35) *Ὁδὸς παραγενομένων.* Theodoretus in libro in *Hæreticarum fabul.*, c. p. 5, scribit, Novatianum ipsum in Italiam profectum esse, ut episcopos illos Romam adduceret: deinde cum in vicum quemdam una cum tribus illis episcopis pervenisset, coegisset eos ut sibi manum imponerent: idque illos conquestos esse, cum Romam venissent. Sed hanc narrationem refellit Cornelii epistola.

(36) *Ἐκτορικῆ τινι καὶ ματαίᾳ χειροπιθεσίᾳ.* Adumbratam et cassam illam Novatiani ordinationem vocat Cornelius, quod facta esset ab alterius provinciae episcopis, non ab iis qui consecrandi pontificis Romani jus habebant, cujusmodi erant Ostiensis, Tiburtinus et alii: quod a temulentis facta, quod per vim, quod hora diei decima, quod non praesente populo nec clero, quod denique alio jam episcopo legitime ordinato. Porro cum Cornelius ipse, tum hic, tum in epistola ad Cyprianum testetur, Novatianum a tribus episcopis consecratum fuisse, miror quod scribit Pacianus in epistola 2 ad Sempronianum: *An Novatianus, quem absentem epistola episcopum finxit? quem consecrante nullo linteata sedes accepit.* Et paulo post de eodem ita loquitur: *Sine consecratione legitimum episcopum factum, ideoque nec factum, per epistolam eorum qui se confessores esse simularent.* Ex quibus Paciani verbis colligi videtur, Novatianum absentem fuisse ordinatum episcopum per epistolam quorundam confessorum, eodem modo quo magistratus a principe mandari solebant per epistolam. Linteatam vero sedem appellat Pacianus pontificalem cathedram, eo quod linteis sterneretur. Quod etiam testatur Augustinus, epist. 205, in futuro Dei judicio, nec absides gradatæ, nec cathedra velatæ. Idem testatur epistola synodica episcoporum Aegypti quam refert Athanasius in *Apolo-gia*: Πῶς ἔειπεν τῶν ὁρίων τῶν ἐστολισμένων ἐπισκοπικῶς οὐδὲρμένοι, etc. Ceterum Pacianus ita cum Cornelio conciliari potest, si dicamus Novatianum, primo quidem a confessoribus in carcere positus episcopum per epistolam designatum fuisse: postea vero a tribus illis episcopis ordinatum.

(37) *Ὁ ἐκοινωνήσαμεν λαϊκῶ.* Optime Rufinus vertit hunc locum, et in communionem laicam, populo etiam pro hoc interveniente, susceptus est. Quibus verbis innuit Cornelius, episcopum illum

ἄγρ τοι ὁ δογματιστής, ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑπερασπιστής, ὁ πῆναικα παρασπᾶσθαι τε καὶ ὑφαρπάζειν τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἀνωθεν ἐπισκοπὴν ἐπεχειρεῖ, δύο αὐτῷ κοινωνοὺς ἀπεγνωκότας τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἐπελέξατο: ὡς ἂν εἰς βραχὺ τι μέρος καὶ ἐλάχιστον τῆς Ἰταλίας ἀποστείλῃ, κάκειθεν ἐπισκόπους τρεῖς, ἀνθρώπους ἀγροίκους καὶ ἀπλουστάτους, πλαστῆ τινι ἐπιχειρήσει ἐξαπατήσῃ, διαβεβαιούμενος καὶ δισυγχριζόμενος δέν αὐτοὺς ἐν τάξει παραγενέσθαι εἰς Ῥώμην, ὡς δῆθεν πᾶσα ἡττιοδηποτοῦν διχοστασία γεγονοῖα, σὺν καὶ ἐτέροις ἐπισκόποις καὶ αὐτῶν μεσιτευόντων, διαλυθῆ. Οὐδὲ παραγενομένων (35), ἅτε δὲ, ὡς ἐφθόμεν λέγοντες, ἀνορθῶντος ἀπλουστέρους περὶ τὰς τῶν ποτηρῶν μηχανάς: τε καὶ βραβουργίαν, συγκλεισθέντας ὑπὸ τινων ὁμοίων αὐτῷ τεταγμένων ἀνθρώπων, ὡρᾶ δεκάτῃ μεθυσότητας καὶ κραυγαλώτως, μετὰ βίας ἠγάγασαν εἰκονική τινι καὶ ματαίᾳ χειροπιθεσίᾳ (36) ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι: ἦν ἐνέδρα καὶ πανουργία, μὴ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ ἐκδικεῖ. Ἐξ ὧν εἰς μετ' οὐ πολὺ ἐπανήλθεν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, ἀποδουρόμενος καὶ ἐξομολογούμενος τὸ ἑαυτοῦ ἀμάρτημα: ᾧ καὶ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῶ (37), ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος

qui Novatianum cum aliis duobus collegis ordinaverat, a se depositum esse, et in laicorum ordinem redactum. Cum enim excommunicare illum vellet, utpote nefarii schismatis auctorem, a populo rogatus idem Cornelius, laicam ei communionem indulisit, id est, ut inter laicos communicaret, permisit. Reliqui vero episcopi qui Novatianum ordinarant, non solum depositi, verum etiam a communionem totius Ecclesiae separati sunt. Ita Cyprianus in epistola ad Antonianum de Trophimo loquens episcopo, qui cum schisma fecisset in Ecclesia Romana, postea confessus errorem, et turbam fratrum quos abduxerat secum, in Ecclesiam reducens, a Cornelio susceptus est. Sic tamen, inquit, *admissus est Trophimus, in laicis communicet, non quasi locum sacerdotis usurpet.* Hunc Trophimum illum ipsum esse existimo de quo in hac epistola loquitur Cornelius, unum ex iis qui Novatianum ordinarant. Nam Cyprianus illum sacerdotem, id est episcopum, vocat; et fraternitatem prius ab Ecclesia abstraxisse testatur; deinde reversum cum humilitate veniam petiisse, et a Cornelio ad laicam communionem susceptum. Porro alter ex episcopis qui Novatianum ordinarunt, Evaristus fuisse videtur, ut colligo ex epistola Cornelii papae, quae inter Cypriani epistolae 48 habetur. In Actis supplicis martirii Novatiani quae citantur ab Eulogio in lib. vi, Novatianus episcopus Romae factus esse dicitur a duobus episcopis, Marcello Aquileiensi et Agamemnone Trevirensi. Ceterum in codice Maz., Mel., Fuk. et Savilii legitur ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῶ: quam scripturam amplexus est Christophorus. — Mos olim fuit, ut laici post Eucharistiam ab episcopo acceptam, ei osculum darent. Hieronymus in epistola 62, adversus Joannem Hierosolymitanum: *Quisquamne tibi inuitus communis car? Quisquamne extenta manu verit faciem, et inter sacras epulas Judae osculum porrigit? Paulus Diaconus De vitis PP. Emeritensium, cap. 7, de Fidei episcopo loquens: Vade, inquit, communica, et da nobis osculum. Vale sic omnibus, quia iturus es tamen, et domi tuae sub omni festinatione dispone; et si desideres remedium poenitentiae percipe. Qui mox accepta poenitentia, dispositaque domo sua, valedicens cunctis, sequenti nocte migravit a corpore.*

λαοῦ (38). Καὶ τῶν λοιπῶν δὲ ἐπισκόπων διαδόχους ἄλλους εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς ἦσαν χειροτονήσαντες, ἀπεστάλαξαμεν. Ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ Εὐαγγελίου (39), οὐκ ἠπίστατο ἓνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ (40)· ἐν ἧ οὐκ ἤγνόει, πῶς γάρ; πρεσβυτέρους εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ (41), διακόνους ἑπτὰ, ὑποδιακόνους ἑπτὰ, ἀκολουθούς δύο καὶ τεσσαράκοντα, ἐξορκιστάς δὲ καὶ ἀναγνώστας ἅμα πωλωροῖς, δύο καὶ πενήκοντα, χήρας σὺν θλιβομένοις (42) ὑπὲρ τῆς χιλίας πεντακοσίας, οὓς πάντας ἡ τοῦ Δεσπότου χάρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει. Ὅν οὐδὲ τοσοῦτο πλῆθος καὶ οὕτως ἀναγκαῖον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας πλοσύσός τε καὶ πληθύνων ἀριθμῶς μετὰ μεγίστου καὶ ἀναριθμήτου λαοῦ, ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀπογνώσεώς τε καὶ ἀπαγορεύσεως ἐνέτρεψέ (43) τε καὶ ἀνεκαλέσατο εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. Καὶ αὖθις μεθ' ἑτέρα τούτοις προσέθησι ταῦτα· «Φέρε δὴ ἐξῆς εἰπόμεν, τίσιν ἔργοις ἢ τίσι πολιτείαις τεταρβήκως, ἀντεποιήθη τῆς ἐπισκοπῆς ἄρα γε διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀνεστράφαι, καὶ πολλοὺς ἀγῶνας ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίσασθαι, καὶ ἐν κινδύνοις πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις ἐνεκα τῆς θεοσεβείας γεγονέναι; ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Ὡ γὰρ ἀφορμὴ τοῦ πιστεῦσαι γέγονεν ὁ Σατανᾶς, φοιτήσας εἰς αὐτὸν καὶ οὐκ ἔχσας ἐν αὐτῷ χρόνον ἱκανόν. Ὅς βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐπορχιστῶν, νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ, καὶ ἀποθανεῖσθαι ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίτῃ ἧ ἔκειτο, περιχυθεὶς (44) ἔλαβεν· εἴ γε χρὴ λέγειν τὸν

Nec multo post unus ex illis episcopis ad Ecclesiam rediit, delictum suum cum lamentis ac fletibus confitens. Quem nos, cum universus populus pro ille intercessisset, ad communionem **244** laicam suscepimus. Reliquis etiam duobus episcopis successores ordinavimus, eosque in loca illorum direximus. Ergo ille Evangelii vindex, ignorabat unum episcopum esse oportere in Ecclesia catholica. In qua tamen sciebat (quomodo enim illud nescire potuisset?) presbyteros quidem esse quatuor et quadraginta; septem autem diaconos totidemque subdiaconos: acoluthos duos et quadraginta: exorcistas et lectores cum ostiariis quinquaginta duos: viduas denique cum infirmis et egentibus plusquam mille et quingentas. Quibus universis gratia et benignitas Dei alimenta suppeditat. Et tamen tanta tamque necessaria in Ecclesia multitudo: cœtus ille divinæ Providentiæ copiis opulentus et numerosus, cum immenso ac pene innumerabili populo, ab huiusmodi desperatione et audacia illum deterere et ad Ecclesiam revocare non potuit. Paucis deinde interjectis, hæc addit: «Agedum, inquit, exponamus deinceps, quibus operibus et cuiusmodi conversatione confusus, ad episcopalem locum aspiraverit. An ideo fortasse quod ab initio in Ecclesia versatus est, et multa pro ejus defensione certamina subivit, nullisque et gravissimis periculis religionis causa conflictatus est? Minime id quidem.

(38) *Ἡ τὸς τοῦ παρόντος λαοῦ.* Sic in codd. Maz., Med., Fuk. et Sav., necnon apud Syncellum legitur. Editi om. παρόντος.

(39) *Ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ Εὐαγγελίου.* Hæc ironice dicuntur de Novatiano, qui se assertorem Evangelii Christi esse jactabat, ut docet Cyprianus in epistola prima ad Cornelium. Exstat hodie liber Novatiani *De cibis Judaicis*, quem ille sic inscripsit, plebi in Evangelio persistenti.

(40) *Ἐνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ.* Eadem verba leguntur in epistola Cornelii papæ ad Cyprianum, ubi confessores, relicto Novatiano ad Ecclesiam redeuntés, his verbis usi esse dicuntur: *Nec enim ignoramus unum Deum esse; unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus; unum Spiritum sanctum: unum episcopum in catholica Ecclesia esse debere.* Ubi Ecclesia catholica specialiter appellatur Romana, eo quod radix sit et matrix Ecclesiæ catholicæ, ut ait Cyprianus in epistola ad Cornelium. Sic catholicam Ecclesiam idem Cyprianus in epistola ad Antonianum initio vocat Romanam, *ut jam sciret te secum, hoc est, cum catholica Ecclesia communicare.*

(41) *Πρεσβυτέρους εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ.* Ex hoc loco colligi potest, quot basilicas tunc Romæ habuerint Christiani. Cum enim singuli presbyteri suas regerent basilicas, si 46 fuerunt presbyteri, totidem basilicas fuisse dicendum est. Certe Optatus in lib. II Romæ 40 et amplius fuisse testatur basilicas sub tempora persecutionis Diocletiani. *Non enim, inquit, græci aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter 40 et quod excurrit basilicas, locum ubi colligerent non habebant.* Ubi Optatus loquitur de basilicis quæ Romæ erant tempore persecutionis Diocletiani, id est, annis circiter quinquaginta post epistolam Cornelii papæ; non autem de basilicis quæ Romæ erant sua ætate, id est, anno Christi 578, ut scripsit Blondellus in *Apolo-*

gia, pag. 225. Vide Baronium ad annum Christi 57, quem frustra refellere conatur Blondellus loco laudato.

(42) *Χήρας σὺν θλιβομένοις.* Occurrit hæc vox in epistola cleri Romani ad clerum Carthaginensium de secessu Cypriani: *Sive vidua, sive thlibomeni qui se exhibere non possunt, sive hi qui in carceribus sunt, sive exclusi a sedibus suis, utique habere debent qui eis ministrent.* Male vulgo editum est *clydomeni*, pejusque ab aliis emendatum *elinomeni*. Scribendum enim procul dubio est *thlibomeni*, id est *indigentes*, ut vertit Rufinus, vel ii qui se exhibere non possunt, ut explicat clerus Romanus. Cyprianus in epist. 4 vocat pauperes et indigentes qui laborant. Joannes Chryostomus in Homilia 67 in Matthæum, ait Ecclesiam Antiochenam sua ætate, tametsi mediocres redditus possideret, plusquam tria millia viduarum et virginum aluisse quotidie, præter hospites, leprosos et victos; præter clericos, quibus vestem ac cibaria suppeditabat.

(43) *Ἐνέτρεψε.* Apud Georgium Syncellum legitur ἐπέστρεψε, minus recte. Codex Fuk. habet ἀνέτρεψε.

(44) *Περιχυθεὶς.* Recte Rufinus *perfusum* vertit. Nam qui ægri in lecto baptizabantur, cum mergi a sacerdote non possent, aqua duntaxat perfundebantur. Itaque huiusmodi baptismus parum solemnis ac minus perfectus habebatur, quippe qui non sponte, sed mortis metu susceptus videretur ab hominibus delirio laborantibus, et nullo amplius sensu preditis. Accedit quod, cum baptismus proprie meritionem significet, ejusmodi perfusio vix baptismus dici poterat. Quamobrem clinici (sic enim vocabantur qui ejusmodi baptismum acceptant) ad presbyterii gradum promovendi veteri canonice 12 concilii Neocæsariensis. Huiusmodi baptismum hominis in lecto decubantis et animam

Quippe cui causam atque initium credendi præbuit Satanus in ipsum ingressus, atque in ipso aliquandiu commoratus. Cumque ab exorcistis foveretur, in morbum gravissimum collapsus, dum jamjamque moriturus creditur, in ipso in quo jacebat lectulo perfusus, baptismum suscepit, si tamen hujuscemodi baptismum suscipere dicendus est. Sed neque postquam liberatus esse morbo, reliqua percepti quæ juxta ecclesiasticam regulam percipi debent, neque ab episcopo consignatus est. Hoc autem signaculo minime percepto, quo tandem modo Spiritum sanctum potuit accipere? » Et aliquanto post: « Qui persecutionis, inquit, tempore præ metu ac nimia vivendi cupiditate presbyterum se esse negavit. Admonitus enim et rogatus a diaconis, ut ex cubiculo in quo seipsum incluserat, egressus, fratribus auxilio indigentibus succurreret, tantum absuit, ut hortantibus diaconis morem gere-ret. Quin potius ira et indignatione percitus, abiit ac desessit. Neque enim presbyterum se amplius velle esse respondit, **245** sed alterius philosophiæ desiderio teneri. » Paucis deinde transcurtis, hæc iterum subjungit: « Nam cum egregius ille vir

agentis, luculente describit Joannes Chrysostomus in homilia 60 *Ad catechumenos*, tomo II. Cyprianus tamen in epistola 76 baptismum hunc plenum ac legitimum esse censet, et clinicos nihilo inferiores esse ait iis qui sani baptismum in Ecclesia susceperunt.

(45) Κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας κανόνα. Qui in lecto decumbentes baptismum acceperant, postquam ex morbo convalescent, episcopo adire necesse habebant, ut ea quæ ipsorum baptismi de-fuerant, suppleret. Vetus auctor de hæreticis non rebaptizandis, quem nuper una cum Cypriano edidit Nic. Rigaltius: *Aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit baptisma, eventum exspectemus, ut aut suppleatur a nobis, aut a Domino suppleendum reservetur*. Novatianus itaque hic arguitur a Cornelio, quod cum urgente morbi necessitate in lecto baptizatus fuisset ab exorcistis qui illum curabant (hoc enim indicant verba ejus epistolæ), postea recuperata valetudine non adisset episcopum, ut reliqua baptismi solemnia suppleret, quod ecclesiastica regula præcipiebat. Certe in canone 47 concilii Laodicensis id diserte præcipitur, et in capite tricesimo octavo concilii Eliberitani.

(46) Τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. Rufinus hæc verba de signaculo chrismatis interpretatus est. Ego impositionem manuum intelligo, qua episcopi Spiritum sanctum baptizatis conferebant; quod sequentia manifeste declarant. Subdit enim Cornelius: Τοῦτον δὲ μὴ τυχῶν, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔτυχε; Quamquam in manuscriptis codicibus Maz., Med. et Fuk. legitur τούτων δὲ μὴ τυχῶν. Interpretationem nostram confirmat Cyprianus ad Jubaianum his verbis: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, præpositis Ecclesie offerantur, et per nostram orationem et manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, et signaculo Dominico consummentur*. Σφραγίζεσθαι proprie est consignare. Consignare autem et manus imponere idem est, ut docet epistola Innocentii ad Decentium, cap. 5 et 6. Idem confirmat Marcus in *Vita Porphyrii* Gæzensis episcopi, cujus locum inferius adducemus. Ambrosius seu quis alius auctor est eorum librorum, in caput IV Epistolæ Pauli ad Ephesios: *Denique apud Ægyptum presbyteri consignant, si*

α τοιοῦτον εἰληφέναι. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε. διαφυγῶν τὴν νόσον, ὧν χρῆ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας κανόνα (45), τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου (46). Τοῦτον δὲ μὴ τυχῶν, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔτυχε; » Καὶ πάλιν μετὰ βραχέα φησὶν: « Ὁ δὲ δειλίαν καὶ φιλοζῶϊαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς διώξεως πρεσβύτερος εἶναι ἐαυτὸν ἀρηγόρευσε. Ἀξιούμενος γὰρ καὶ παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν διακόνων, ἐν' ἐξελθῶν τοῦ οἰκίσκου ἐν ᾧ καθεῖρξεν ἐαυτὸν, βοήθησεν τοῖς ἀδελφοῖς (47), ὅσα θέμις καὶ ὅσα δυνατόν πρεσβυτέρῳ, κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας δεομένοις βοηθεῖν, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πειθαρχῆσαι παρακαλοῦσαι τοῖς διακόνοις, ὡς καὶ χαλεπαίνοντα ἀπιέναι καὶ ἀπαλλάττεσθαι: μὴ γὰρ εἶ βούλεσθαι πρεσβύτερος εἶναι ἔφη. Ἐτέρας γὰρ εἶναι φιλοσοφίας ἔραστῆς. » Ὑπερβάς δ' ὀλίγα, τοῦτοις πάλιν ἐπιφέρει λέγων: « Καταλίπον γὰρ ὁ λαμπρὸς οὗτος τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου (48) κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλήρον. ὅς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν (49), ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐπὶ κλήτης διὰ νότον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλήρον τὸν

præsens non fuerit episcopus. Eadem habet auctor *Questionum Veteris et Novi Testamenti* inter Augustini opera editus, questione 101: *Nam in Alexandria et per totam Ægyptum, si desit episcopus, consecrat presbyter*. Scribe *consignat presbyter*, ut in supra citato Ambrosii loco. Porro hæc baptizatorum consignatio interdum fiebat cum chrismate, quoties scilicet aliquis, urgente morbi necessitate, baptizatus fuerat a minoribus clericis, nec chrismatus. Tunc enim episcopus, qui baptismi solemnia postmodum supplebat, chrismare simul et manus imponere necesse habebat. Qui vero perfectum baptismum acceperant, iis manus tantum imponebatur ab episcopo sine chrismatione, ut docet canon Aurasicanus. Quo pertinet vetus epigramma apud Gruterum pag. 1177, de Marca.

*Tuque sacerdotes docuisti chrismate sum-to
Tangere bis nullum iudice posse Deo.*

C Porro ut ad Novatiani baptismum redeamus, hinc manasse mihi videtur mos Novatianorum, qui in baptismi sacrum chrisma non adhibebant, teste Theodoro in lib. III *Hæret. fabularum*, eo quod scilicet auctor ipsorum Novatianus baptismum sine chrismatione accepisset.

(47) Βοήθησεν τοῖς ἀδελφοῖς. Post has voces, in codicibus nostris Maz., Med., Fuk. et Saviliano, et apud Syncellum hæc adduntur: *ὅσα θέμις, καὶ ὅσα δυνατόν πρεσβυτέρῳ κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας δεομένοις βοηθεῖν*. Quæ Rufinus legisse videtur in suo codice; vertit enim: *Scribit etiam de ipso, quod persecutionis tempore, cum in cellula quadam lateret, et a diaconis, ut moris est, subvenire in exitu catechumenis rogaretur*, etc. Paulo ante ubi legebatur ἐξελθῶν τοῦ οἴκου restitutus obvictorum, auctoribus iisdem codicibus et Georgio Syncello. Rufinus *cellulam* vertit.

(48) Πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου. Hinc apparet Novatianum prono gradu presbyterum fuisse ordinatum, omissis diaconatus et subdiaconatus ordinibus: qui mostum fecit in Ecclesia, ut docet exemplum Origenis, Paulini Nolani et aliorum. Nota sunt etiam exempla Ambrosii Mediolanensis, et Nectarii Constantinopolitani, qui ex uncophytis ordinati sunt episcopi.

(49) Διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν. Presbyteri olim ab e, i corp or-

γενέσθαι (50), ἔξλωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. » Εἴτι' ἄλλο τι τούτοις χειρίστον προστίθεται τῶν τοῦ ἀνδρός ἀτοπημάτων, λέγων οὕτως : « Ποίησας γὰρ τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἑκάστῳ τὸ μέρος, καὶ ἐπιδιδοῦς τοῦτο (51), ἠμύνειν, ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν, τοὺς τάλαιπύρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος, καὶ μὴ ἀφείς ἔστ' ἂν ἠμύνοντες εἴπωσι :

dinari non poterant sine consensu cleri et populi. Ac de populi quidem suffragio in electione presbyterorum, testantur Patres concilii Nicæni in epistola synodica ad episcopos Ægypti, ubi de clericis qui se a Meletii schismate puros atque integros servaverant, ita præcipiunt : Εἰ δὲ τίνα ποτε συμβαίη ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῆνικαῦτα συναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος τοῦς ἄσπι προσληφθέντας, μόνον εἰ ἄξιοι γίνονται, καὶ ὁ λαὸς αἰροῖτο συνεπιψηφίζοντος αὐτοῖς καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Quæ verba Sozomenus de clericis intellexit, cum tamen de episcopis potius accipienda esse videantur. Nam cum Patres synodi Nicænæ contemplatione pacis statuissent, ut episcopi a Meletio schismatico ordinati in suo gradu remaneret, sed sine ulla functione episcopalis officii, nunc præcipiunt, ut si forte catholicis episcopis ab Alexandrinæ urbis episcopo ordinatus obierit, tum Meletianus, qui a synodo sub ea conditione quam dixi susceptus est, in locum mortui succedat, dummodo plebs eum elegerit, et episcopus Alexandrinus electionem ejus confirmaverit. Sed et ex aliis locis ejusdem epistolæ satis colligitur, necessarium fuisse populi suffragium in ordinatione clericorum. Vetant enim eadem epistola sanctissimi Patres, ne episcopi qui Meletio adhererant, jus fasque sit proponendi nomina eorum qui ad ecclesiasticos ordines sunt promovendi : sed solis catholicæ Ecclesiæ episcopis, qui ab omni schismate integri semper fuissent, illud competere pronuntiant. Pontifices quippe annuntiabant populo nomina eorum qui ordinandi essent presbyteri vel diaconi, ut si quis forte haberet quod ordinandis objiceret, illud palam testaretur, sicut legitur in *Sacramentario Gregorii Magni*. Quam in rem singularis est locus B. Chrysostomi in homilia 18 in *Epistolam II ad Corinthios* : *Audi*, inquit, *quemadmodum apostolorum tempore, ipsi persæpe eos quibus præerant, consiliorum suorum socios adhibebant. Nam et cum septem diaconos crearent, ad plebem prius retulerunt : et cum Matthiam eligerent, de ea re cum omnibus qui tunc aderant tum viris quam mulieribus Petrus agitavit. Neque enim hoc imperium, in præsidium fastu et arrogantia, nec in subjacentium servili quadam demissione consistit, sed spirituale est : hoc præcipue excellens, quod pro vestra salutis cura plures labores suscipiat, non autem quod plus honoris requirat. Omnes enim tanquam domum unam, Ecclesiam habitare ; omnes ut unum corpus affectos esse convenit. Denique adeo necessarium fuit plebis suffragium in electione presbyterorum, ut sæpenumero in Ecclesia plebs tumultuosus vociferationibus presbyterum aliquem fieri postularet et cogeret. Quod quidem Barcione sibi evenisse testatur Paulinus in epistola sexta ad Severum. Idem de Piniano, Albinæ filio, refert Augustinus in epist. 225, ad Albinam. Jam vero cleri quocunque consensum ad hoc fuisse necessarium docet vetus auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, cap. 101, ubi scribit presbyterum qui ordinandus est, perducii a diacono et offerri episcopo ; et sub testimonio diaconi ordinari. *Sed testimonio*, inquit, *diaconi fit presbyter. Et paulo post : Perducuntur enim qui ordinandi sunt, ut dum lateri**

Ecclesiam Dei reliquisset, in qua post susceptum baptismum presbyteri gradum fuerat consecutus, idque per gratiam episcopi, qui manus illi imponens eum ad presbyterorum ordinem evertit. Cui cum universus clerus multique ex populo refragarentur, eo quod non liceret quemquam ex iis qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille, perfusi fuissent, in clerum assumi ; postulavit ab iis epi-

*eorum septi sunt, honore digni videantur. Fateor facti eorum esse, sed quasi officialis. Ab episcopo enim mittitur ut obsequium præbeat ordinando. Totum vero hunc ritum optime descriptum habemus in *Sacramentario Gregorii Magni*, pag. 256, ad quem locum vide quæ notavit Hugo Menardus, vir doctissimus.*

B (50) *Εἰς κλήρον τινα γενέσθαι.* Κλήρος ordinem seu gradum significat ministerii ecclesiastici. Ita κλήρον presbyterίου paulo ante Cornelius dixit, et κλήρον ἐπισκοπῆς non semel vocat Eusebius et Irenæus, Epiphanius in hæresi Meletianorum : Οἱ δὲ ἀπὸ κληρικῶν ὑπάρχοντες διαφόρου κλήρου, presbyterίου τε καὶ διακονίας καὶ ἄλλων. Itaque hoc loco εἰς κλήρον τινα, id est, in quocunque clero. Sic certe loquitur vetus auctor *De hæreticis non rebaptizandis* : *Quod cum nullum sanæ mentis fidelium clero constitutum, ac multo magis episcoporum audere deceat. Rursus in eodem libro : Imo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus, aut in clero aliquo constitutus. Idem scriptor clerum distinguit in majorem et minorem. Et minorem quidem clerum appellat diaconos et reliquos inferiores ordines. Ut cum dicit, pag. 129 : Aut si dicis hujusmodi hominem salvum non posse fieri, omnibus episcopis salutem adimimus, quos in periculis quam certissimis astringis, ut hominibus omnibus qui sub cura eorum agunt, et hac atque illac dispersis regionibus infirmantur, per semetipsos subvenire deberent ; quia cæteri homines minoris cleri iis qui periclitantur, hoc idem præstare non possunt. Et multo clarius, pag. 134 : Et ideo cum salus nostra in baptisate spiritus, quod plerumque cum baptismate aquæ conjunctum est, sit constituta, si quidem per nos baptisma tradetur, integre et solemniter et per omnia quæ scripta sunt assignetur, atque sine ullius rei separatione tradatur : aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit, eventum expectemus, etc.* ubi vides presbyteros ab hominibus minoris cleri aperte distingui. Aut enim minoris cleri homines ingruente tantum necessitate baptismata conferre, quod presbyteris nequaquam convenit.

(51) *Καὶ ἐπιδιδοῦς τοῦτο.* Proprium erat presbyteri officium, Eucharistiam et calicem fidelibus in manus tradere, idque ἐπιδιδόναι proprie dicebatur. D Chrysostomus, homilia 46 in *Matthæum* : Οὐχ ὁρᾷς ὅτι τῷ ἱερεὶ μόνῳ θίμω τὸ τοῦ αἵματος ἐπιδιδόναι ποτήριον. Id est, Non vides qualiter soli sacerdoti licet calicem Domini sanguinis præbere. Ex qua ita argumentatur Chrysostomus : Tu ergo sacerdos es, cum panem et calicem præbes pauperi. In quibusdam tamen Ecclesiis diaconi Eucharistiam populo dividebant. Idque immere videtur auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, cap. 101, his verbis : *Diaconi ergo ordo est accipere a sacerdote, et sic dare plebi. Hieronymus* seu quis alius in libro *De septem gradibus Ecclesiæ* : *Sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro est sacramenti dispensatio. Ille oblata sanctificat, hic sanctificata dispensat.* Et in concilio Arelatensi II, cap. 15, cavetur ut diaconus præsentem presbytero corpus Christi fidelibus tradere non præsumat.

scopus, ut hunc solum ordinari a se paterentur. Post hæc facinus quoddam subjungit omnium quæ ab illo commissa sunt longe gravissimum, ita scribens: « Etenim oblatione facta, portionem singulis dividens, dum eam tradit, miseros homines benedictionis loco jurare cogit, manus ejus qui portionem accepit, ambabus suis manibus comprehensas retinens, nec prius dimittens quam jurati ista dixerint: ipsis enim utar illius verbis: Jura mihi per corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, te nunquam meas partes deserturum, nec ad Cornelium esse rediturum. Ita miser ille non prius gustare sinitur, quam sibi ipse malum imprecatus sit. Et cum panem illum accipiens dicere debuisset Amen, ejus loco dicit: Non revertar deinceps ad Cornelium. » Et post alia rursus hæc addit: « Scias

A ταῦτα· τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσασθαι λόγοις· Ὁμοσέν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μηδέποτε με καταλιπεῖν καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορνήλιον. Καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γέυεται, εἰ μὴ πρότερον αὐτῷ καταράσεται (52). Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον, τὸ Ἄμην (53), οὐκέτι ἀνήξω πρὸς Κορνήλιον, λέγει. » Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν ταῦτά φησιν· « Ἦδη δὲ ἴσθι γεγυμνώσασθαι καὶ ἔργμον γεγονέναι, καταλιμπανόντων αὐτὸν καθ' ἡμέραν ἐκάστην τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιναεχομένων. Ὁν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος (54) μάρτυς, ὁ παρ' ἡμῖν ἑναγχος μαρτυρήσας καλὴν τινα καὶ θαυμαστὴν μαρτυρίαν, ἐτι ὢν ἐν κότμῳ, κατιδὼν αὐτοῦ τὴν θρασύτητα καὶ τὴν ἀπόνοιαν, ἀκοινώνητον ἐποίησε (55) σὺν τοῖς ἄλλοις πρεσβυτέροις (56) τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποσχίσασιν

(52) Ἀντὶ καταράσεται. Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit: *Et miser homo non degustavit, nisi primum se illi devovisset.* Christophorsonus vero, quasi Musculi insistens vestigiis, vertit hoc modo: *Atque infelix non ante degustavit, quam ita se illi devovisset.* Quasi vox αὐτῷ referretur ad Novatianum. Ego ἑαυτῷ malim legere cum Georgio Syncello, apud quem totus hic locus ita scribitur: Καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γέυεται, εἰ μὴ πρότερον ἑαυτῷ καταράσεται. Id est: *Atque ille miser non prius gustare sinitur, quam semetipse diris devoverit.* Quippe omne jusjurandum adjunctam habet imprecationem. Quæ licet in hoc sacramento quo Novatianus homines miseros adigebat, diserte expressa non sit, tacite tamen subintelligitur, ut notavi ad Amm. Marcellinum. Porro in quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Saviliano legitur etiam καταράσεται, perinde ac apud Syncellum.

(53) Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν... τὸ Ἄμην. Hoc est quod paulo ante dixit Cornelius, ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν. Fideles enim cum Eucharistiam de manu sacerdotis acciperent, postquam presbyter inter tradendum dixerat, *Corpus Domini*, responderent *Amen*, ut testatur B. Ambrosius in lib. IV *De sacramentis*, cap. 5: *Ergo non otiose cum accipis, tu dicis Amen, jam in spiritu confitens quod accipias corpus Christi. Dicit ubi sacerdos: Corpus Christi. Et tu dicis Amen, id est verum.* Cyrillus Hierosolymitanus in *Catechesi* ultima: Καὶ κοιλίαν τὴν παλάμην, δέχου τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ, Ἄμην. Augustinus in libro XII *Contra Faustum*, cap. 10: *Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terra, cum eo accepto ab omnibus respondeatur Amen.* Sæpius autem fideles inter missarum solemniam dicebant *Amen*. Nam et cum sacerdos panem et vinum consecraret, respondebant *Amen*, ut pluribus dicitur infra ad caput 9 lib. VIII, et post lectionem Evangelii et prophetarum, *Amen* dicere seque ipsos signare consueverant, teste Augustino in epistola 166.

(54) Ὁν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος. De hoc Moyse, Romanæ urbis presbytero, Cyprianus in epistolis loquitur sæpius. Hic post passionem Fabiani Rom. urbis episcopi, Decio II et Grato Coss., anno Christi 250, comprehensus est una cum Maximo presbytero et Nicostrato diacono, et conjectus in carcerem, ibi defunctus est, cum mansisset in carcere menses 11, dies 11, ut legitur in veteri libro *De pontificibus Romanis*. Quod confirmat etiam Cyprianus in epistola 15 ad Moysen et Maximum presbyteros et cæteros confessores, ubi inter cætera hæc dicit: *Eant nunc magistratus et consules sive proconsules annuæ dignitatis insignibus et duodecim fascibus gloriuntur. Ecce dignitas cælestis in vobis honoris annuæ claritate signata est, et jam vertentis anni*

volubilem circumum victricis gloriæ diuturnitate transgressa est.

(55) Ἀκοινώνητον ἐποίησε. Musculus vertit *excommunicavit*. Christophorsonus vero, *Fidelium societate et communionione interdixit*, quod idem est. Ego vero hanc interpretationem probare non possum. Neque enim Moyses presbyter jus habuit excommunicandi presbyteros collegas suos; sed quod unum potuit, se a communionione illorum separavit, cum scilicet illi videndi ejus causa venirent in carcerem. Solent porro antiqui scriptores ita loqui de sacerdotibus qui ab aliorum communicatione abstinent, quasi ipsi eos a communionione sua separant. Paulinus presbyter in *Vita B. Ambrosii: Ipsum vero Maximum a communionione consortio segregavit, admonens ut effusi sanguinis Domini sui ageret pœnitentiam.* Qui Paulini locus ita intelligendus est ut dixi. Neque enim Ambrosius Maximum imperatorem a communionione totius Ecclesiæ sejunxit, cum nullum jus in eum haberet, sed tantum a Maximi et episcoporum ejus communionione abstinuit, ut ipse testatur in relatione sua ad Valentinianum. Vide quæ supra notavi de privata communionione et excommunicatione. Cæterum quod hic scribit Cornelius de Novatiano Moysis præjudicio condemnato, id a Moyse paulo ante obitum mihi factum videtur. Nam initio quidem Moyses confessor cum Novatiano communicabat. Et cum clerus Romanus epistolam illam ad Cyprianum scripsit quæ inter Cypriani epistolæ prima ac tricesima numeratur, adhuc Moyses pacem cum Novatiano servabat. Ambo enim illi epistolæ subscripserunt. Quin etiam Novatianus ipse epistolam eam composuerat, sicut testatur Cyprianus in epistola ad Antonianum. Ex qua ingenium et eloquentiam Novatiani obiter licet cognoscere. Et enim epistola illa, ut fatendum est, elegantissima. Scripta est autem, cum jam Moyses annum in carcere exegisset, quod ex Cypriani epistolis ad Moysen prius datis aperte colligitur.

(56) Σὺν τοῖς ἄλλοις πρεσβυτέροις. Quinam fuerint quinque illi presbyteri qui cum Novatiano schisma fecerant, mihi quidem incomperturn est. Neque enim puto esse Maximum presbyterum et confessorem, qui cum Urbano, Sidonio ac Nicostrato ac reliquis confessoribus a Novatiano deceptus, ejus partes aliquandiu fovit. Quippe Maximus et reliqui confessores, mortuo demum Moyse, Novatiani partibus sese adjuverunt, ut testatur vetus auctor *De pontificibus Romanis: Eo tempore, inquit, supervenit Novatus ex Africa, et separavit ab Ecclesia Novatianum et quosdam confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est.* Novatianus quidem ante Moysis obitum qui contigit mense Februarii, Decio III et Etrusco Coss., se ab Ecclesia sejunxerunt

his verbis: *Modo vobiscum, a quibus legatos episcopos patienter satis et leniter suscepit; ut eos nec ad certamen saltem colloquii communis admitteret; adhuc insuper præciperet fraternitati universæ, ne quis eos in domum suam reciperet; ut venientibus non solum pax et communio, sed et tecum et hospitium negaretur.* Hæc Firmilianii verba rem quidem ipsam magno opere exaggerant. Sed nego in illis verbis ullum excommunicationis a Stephano prolatae iudicium reperiri. Gravior quidem commotus est Stephanus, et indigne tulit quod Africanæ synodus adversus receptam totius Ecclesiæ consuetudinem hæreticos rebaptizandos esse statuisset, remque tanti ponderis ac momenti prius non consulto prius Romanæ urbis episcopo decernere ausa esset. Hæc episcopos quos Cyprianus et reliqui collegæ ad ipsum miseram una cum decretis illius synodi, primo quidem admittere noluit, ut docet Firmilianus. Postea vero eos admisit, et ad litteras Cypriani rescripit, sicut colligitur ex epistola Cypriani ad Pompeium. Quæ quidem Stephani litteræ, licet paulo acerbiores et iniquiores visæ tunc fuerint Cypriano, nihilominus tamen pacem inter se ambobus retinuerunt. Cyprianus certe etiam post illas Stephani litteras, eum fratrem nominat in epistola ad Pompeium sub initium. Denique Afri post illas Stephani PP. litteras, hæreticos nihilominus rebaptizaverunt usque ad Constantini Magni tempora, ut patet ex concilio Arelatensi.

Ecclesiæ unitatem tuentes abstinendos putat?

(88) Ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν ἐπισκόπων συνόδοις. In synodo scilicet Iconiensi, de qua Firmilianus in epistola ad Cyprianum, et in conciliis Africæ, partim sub Agripino, partim sub Cypriano. Item in concilio Synnadeni, ut dicitur infra in capite 7 hujus libri. Et in synodo quidem Carthaginiensi sub Cypriano, quæ hodie inter Cypriani opera exstat, octoginta et amplius episcopi sententiam dixerunt, inter quos quidam fuerunt confessores et maritres. In Iconiensi autem concilio quinquaginta episcopi convenerunt, ut testatur Augustinus in lib. III *Contra Cresconium*, cap. 3, his verbis: *Proinde si omnino jam credendum sit, quinquaginta episcopi Orientalium id esse visum, quod septuaginta Afris vel aliquanto etiam pluribus, contra tot millia episcoporum quibus hic error in toto orbe displicuit, cur non potius etiam paucos ipsos Orientales suum iudicium correxisse dicamus.* Ceterum Orientales ac præsertim Cappadoces, morem suum in rebaptizandis hæreticis constantissime retinuerunt, ut patet ex Basilii ad Amphiloichium canonicis epistolis prima et secunda. Mansitque mos iste apud illos usque ad primam synodum Constantinopolitanam.

(86) Καὶ Γαλατίας. Καὶ δηλονότι Γαλατίας, col. Reg. et Georgius Syncellus. Verum in reliquis exemplaribus Maz., Med., Fuk. et Savil. deest vox ἐπιπολεζόντι.

(89) Σημάτων δ' ἐν ταῦτῳ. Nostri codices Maz. et Med. cum Fuk. et Savil. hunc locum ita exhibent: *Σημάτων δὲ ἐν ταῦτῳ καὶ περὶ τῶν κατὰ Σαβέλλιον αἰρετικῶν*, recte quidem, quod ad posteriorem partem attinet. Verum illud ἐν ταῦτῳ prorsus rejiciendum est, et scriptura codicis Regii retinenda ἐπ' αὐτῳ, supple κεφαλαίῳ, qua voce paulo ante usus est Eusebius: Ἄλλα ταῦτα μὲν περὶ τοῦ ζητουμένου τούτου καὶ δηλουμένου κεφαλαίου. Sic enim præfert codex Regius et editio Stephani, pro quo in reliquis codicibus legitur, περὶ τοῦ δηλουμένου ζητήματος. Igitur ἐπ' αὐτῳ Latine sonat *post illud capitulum*. Nam epistola Dionysii ad Xystum duo capita continebat: primum de rebaptizandis hæreticis, alterum de dogmate Sabellii. Quod si scribas ἐν ταῦτῳ, suppleendum erit λόγῳ, cum tamen Eusebius non λόγον, sed ἐπιστολὴν dixerit supra.

(87) Ὅς οὐδὲ ἔχειν οὐκ κοινωήσων. Firmilianus in epistola ad Cyprianum de Stephano loquens: *Dum enim putas omnes a te abstinere posse, solum te ab omnibus abstinuisti.* Et paulo ante dixerat: *Ecclesiæ unitatis apostatam fecerit.* Cyprianus quoque in epistola ad Pompeium restatur Stephanum paravi ea voce in suis litteris usum fuisse: *Dat honorem Deo, qui hæreticorum amicus, et inimicus Catholicorum, sacerdotes Dei, veritatem Christi, et*

quod nuper apud Ptolemaidem urbem Pentapóleos commotum est, pleno impietatis ac blasphemix adversus omnipotentem Deum Patrem Domini nostri Jesu Christi: pleno etiam incredulitatis erga unigenitum ejus Filium, Primogenitum omnis creaturæ, Verbum quod inter homines versatum est, pleno denique stuporis adversus Spiritum sanctum: cum ab utraque parte et litteræ ad me allate essent, et 253 fratres mecum disserturi venissent, epistolas quasdam, quantum Deo juvante potui, tractatoris more fusius scripsi. Quarum exemplaria ad te misi. »

CAPUT VII.

De execrando hæreticorum errore, et de visione Dionysio divinitus missa, ac de ecclesiastica regula eidem tradita.

In tertia autem epistola ad Philemonem, Ecclesiæ Romanæ presbyterum *De baptismo* scripta, idem Dionysius hæc refert: « Ego vero, inquit, in libris et traditionibus hæreticorum cognoscendis operam posui; execrandis quidem illorum sententiis animum meum tantisper coinquinans; hanc tamen ex iis utilitatem percipiens, ut illos tacitus apud me refutarem, multoque magis quam antea detestarer. Et cum frater quidam ex presbyterorum ordine, prohiberet me, veritus ne forte nequitix illorum cæno commiscerer: quippe animum meum contaminatum iri aiebat, et quidem verissime, ut ipsemet sentiebam, visione cœlitus missa confirmatus sum. Et vox ad aures meas perlata discrete mihi præcepit hoc modo: *Lege omnia quæcunque in manus venerint. Idoneus namque es qui singula disquiras et examines: hacque primum occasione ad Christi fidem impulsus es. Amplexus sum visionem illam, utpote quæ apostolicæ voci consentiret robustissimos quosque ita compellanti: « Estote periti nummularii. » Pauca deinde de universis hæresibus interlocutus, hæc subdit: « Hanc ego regulam et formam a beatissimo papa nostro Heracla accepi. Eos enim qui ab hæreticis venie-*

(90) *Πρό γραμμάτων.* In codice Regio et apud Nicephorum uno verbo legitur προγραμμάτων. Apud Georgium autem Syncellum scribitur τῶν γραμμάτων, quod magis probo, eamque lectionem in interpretatione mea sum secutus.

(91) *Ἐπέστειλά τινα.* Intelligere videtur epistolam ad Ammonem Berenicensem episcopum, et aliam ad Telesphorum, aliam item ad Euphranorem contra Sabellium scriptas, de quibus loquitur Eusebius in capite 28 hujus libri. Athanasius in *Defensione* quam scripsit pro Dionysio Alexandrinorum episcopo, unam tantum commemorat Dionysii epistolam ad Ammonium et Euphranorem conscriptam. In qua cum quædam de Christo minus recte dixisse videretur Dionysius, accusatus est a quibusdam episcopis Ægypti coram Dionysio Romanæ urbis episcopo.

(92) *Καὶ δεδιττομένου συμφέρεσθαι.* Cum jam dudum conjecissem legendum esse συμφέρεσθαι, pro συμφέρεσθαι, tandem conjecturam meam confirmavit editio Georgii Syncelli, apud quem ita discrete scriptum habetur.

(93) *Ἀποστολικῆ φωνῆ... τῆ λεγούσης, Γίνεσθε δοκιμοὶ τραπεζίται.* Hæc verba non leguntur in

Πτολεμαῖδι τῆς Πενταπόλεως δόγματος, ὄντος ἀπειθοῦς καὶ βλασφημίας πολλὴν ἔχοντος περὶ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ καὶ Πατρὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπιστίας τε πολλὴν ἔχοντος περὶ τοῦ μονογενοῦς Παιδὸς αὐτοῦ, τοῦ Πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Λόγου, ἀναισθησίαν δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐλθόντων ἐκατέρωθεν πρὸς ἐμὲ καὶ πρὸ γραμμάτων (90) καὶ τῶν διαλεγομένων ἀδελφῶν, ἐπέστειλά τινα (91) ὡς ἐδυνήθην, παρασχόντος τοῦ Θεοῦ, διδασκαλικώτερον ὑψηγόμενος. ὣν τὰ ἀντίγραφα ἐπεμψά σοι. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ τῆς κατὰ τῶν αἰρετικῶν παμμιάρου κλήτης, καὶ τῆς θεοπέμπτου δράσεως Διονυσίου, οὗ τὰ παρελήφθη ἐκκλησιαστικῶν κανόνος (Nic. II. c. vi, 8).

Καὶ ἐν τῇ τρίτῃ δὲ τῶν *Περὶ βαπτίσματος*, ἢ φιλήμονι τῷ κατὰ Ῥώμην πρεσβυτέρῳ ὁ αὐτὸς γράζει Διονύσιος, ταῦτα προσηύχεται: « Ἐγὼ δὲ καὶ ταῖς συντάγμασι καὶ ταῖς παραδόσεσι τῶν αἰρετικῶν ἐνέτυχον, χραίνων μὲν μου πρὸς ὄλιγον τὴν ψυχὴν ταῖς παμμιάρους αὐτῶν ἐνθυμήσεσιν, ὄντην δ' οὖν ἀπ' αὐτῶν ταύτην λαμβάνων, τὸ ἐξελέγχειν αὐτοὺς παρ' ἐμαυτῷ, καὶ πολὺ πλέον βδελύττεσθαι. Καὶ δὴ τινος ἀδελφοῦ τῶν πρεσβυτέρων με ἀπειργοντος καὶ δεδιττομένου συμφέρεσθαι (92) τῷ τῆς πονηρίας αὐτῶν βορβόρῳ· λυμανεῖσθαι γὰρ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμαυτοῦ, καὶ ἀληθῆ γε λέγοντος, ὡς ἡσθόμην· ὄραμα θεόπεμπτον προσελθόν, ἐπέβρωσέ με. Καὶ λόγος πρὸς μὲ γενόμενος, προσέταξε διαβρήθην λέγων· Πᾶσιν ἐντύγχανε οἷς ἂν εἰς χεῖρας λάβοις· διευθύνειν γὰρ ἕκαστα καὶ δοκιμάζειν ἱκανὸς εἶ, καὶ σοι γέγονε τοῦτο ἔξαρχῆς καὶ τῆς πίστεως αἰτίου. Ἀπεδέξαμην τὸ ὄραμα, ὡς ἀποστολικῆ φωνῆ συντρέχον τῇ λεγούσῃ πρὸς τοὺς δυνατωτέρους, « Γίνεσθε δοκιμοὶ τραπεζίται (93). » Εἰτά τινα περὶ πασῶν εἰπῶν τῶν αἰρέσεων, ἐπιφέρει λέγων· « Τοῦτον ἐγὼ τὸν κανόνα καὶ τὸν τύπον παρὰ τοῦ μακαρίου πάπα ἡμῶν Ἡρακλᾶ παρέλαθον. Τοὺς γὰρ προσείντας ἀπὸ τῶν αἰρέσεων, καίτοι τῆς Ἐκκλησίας ἀποστάντας (94),

Apostolo. In prima quidem Epistola ad Thessalonicenses, cap. 5, hæc leguntur: *Omnia probate, quod bonum est tenete.* Quæ profecto eandem vim habent ac priora illa: *Estote boni trapezitæ.* Sed

D Origenes, tomo x *In Evangelium Joannis*, et post illum Hieronymus in epistola ad Minervium et Alexandrum, discrete affirmant hoc mandatum: *Estote boni trapezitæ*, a Christo traditum esse, eique consentire doctrinam Pauli in Epistola ad Thessalonicenses. Quare assentior doctissimo viro Jacobo Usserio, qui hoc Christi verbum ex Evangelio secundum Hebræos desumptum esse censuit in Prolegomenis ad Ignatii epistolas, cap. 8. Citatur hæc verba etiam a Cyrillo Hierosolymitano in *Catechesi* sexta, sub finem: *Γίνου δοκιμὸς τραπεζίτης, τὸ καλὸν κατέχων, ἀπὸ παντὸς εἶδους πονηροῦ ἀπεχόμενος.* Porro in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. vox *τραπεζίται* acutum gerit accentum in penultima. Sic paulo ante in capite quinto hujus libri, vocem *ῥῥπον* acuto accentu notatam exhibet codex Maz. et Fuk.

(94) *Καίτοι τῆς Ἐκκλησίας ἀποστάντας.* Duo erant genera eorum qui ab hæreticis ad catholicam Ecclesiam veniebant. Alii erant apostatæ, qui cum

μῆλλον δὲ οὐδὲ ἀποστάντας, ἀλλὰ συνάγεσθαι μὲν ἄποκοῦντας, καταμνησθέντας δὲ ὡς προσφρονητάς τινας τῶν ἑτεροδοξασαμένων, ἀπελάσας τῆς Ἐκκλησίας, δεδμένους οὐ προσήκατο ζῆος δημοσίας πάντα ἴσα ἀκροάσει παρὰ τοῖς ἀντιδιαθεμένοις, ἐξέφρασαν· καὶ τότε συνήγαγεν αὐτοὺς, οὐ δεηθεὶς ἐπ' αὐτῶν ἑτέρου βαπτίσματος. Τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος (95) πρότερον παρ' αὐτοῦ τετυχηέσαν. Ἡ δὲ ἐπιτολὴ γυμνάσας τὸ πρόβλημα, ταῦτα ἐπιλέγει· «Μεμάθηκα καὶ τοῦτο, ὅτι μὴ νῦν οἱ ἐν Ἀφρικῇ μόνον τοῦτο παρεῖσθαγον, ἀλλὰ καὶ πρὸ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους, ἐν ταῖς πολυανθρωποτάταις ἐκκλησίαις καὶ ταῖς συνόδοις τῶν ἀδελφῶν, ἐν Ἰκόνῳ καὶ Συνάδοις (96) καὶ παρὰ πολ-

abant, tametsi defecissent, seu potius non defecissent illi quidem, sed in speciem cum fratribus communicantes, clam perversæ doctrinæ magistros adire delati essent, ab Ecclesia ejectos, post multas tandem preces non prius admisit, quam quæcunque ab adversariis audierant palam exposuissent. Ac tum demum ad communionem eos admittebat, nequaquam existimans iterato baptismo eis opus esse. Quippe jam antea Spiritum sanctum ab ipso acceperant.» Rursus hac quæstione abunde ventilata, concludit in hunc modum: «Illud, inquit, præterea didici, non ab Afris solis hunc morem nunc primum inventum fuisse, sed et multo antea, superiorum episcoporum 254 tem-

in Ecclesia catholica prius tincti fuissent, ad hæreticorum partes postea transfugerant; alii simpliciter hæretici, qui scilicet nunquam in Ecclesia catholica fuerant. Utrosque aperte distinguit Cyprianus in epistola ad Quintum de baptizandis hæreticis. Ac vetus quidem Ecclesiæ consuetudo hæc erat, ut iam apostatæ quam simpliciter hæretici ad Ecclesiam redeuntes, per manus impositionem susciperentur. Cyprianus in dicta epistola: *Quod et nos quoque hodie observamus, ut quos constat hic baptizatos esse et a nobis ad hæreticos transisse; si postmodum peccato suo cognito et errore digesto, ad veritatem et matricem redeant, satis sit inpenitentiam manum imponere.* Vetus auctor *De non rebaptizandis hæreticis*, pag. 436: *Licet negator ille antea vel hæreticus fuerit, vel audiens qui nondum baptizatus sit, vel de hæresi ad veritatem fidei conversus, vel ab Ecclesia digressus ac postea reversus sit, et tunc cum rediret, priusquam ei manus ab episcopo imponeretur, apprehensus confiteri Christum necesse habuerit.* Quid igitur, dicit aliquis, nullumne erat discrimen inter apostatas ac simplices hæreticos? Imo vero apostatæ, utpote gravissimi criminis rei, non nisi post diuturnam penitentiam ab Ecclesia suscipiebantur; cum hæretici qui nunquam antea in Ecclesia fuissent, benignius agebatur, ut docet Augustinus in epistola 48, ad Vincentium, sub finem: *Ecclesia Christi, inquit, aliter tractat eos qui eam deserunt, si hoc ipsum penitendo corrigunt; aliter illos qui in ea nondum fuerunt, et tunc primum ejus pacem accipiunt: illos amplius humiliando, istos lenius suscipiendo.* Ex his apparet qui sit sensus horum Dionysii verborum. Ait enim Dionysius, Heraclam decessorem suum cum apostatis qui hæresi relicta ad Ecclesiam revertebantur ita se gessisse, ut eos ad communionem admitteret, dummodo omnia hæreticorum arcana et impia dogmata coram universa fidelium multitudine divulgasset: nec altero baptismo illos ab eo tinctos fuisse, quippe qui antea in Ecclesia catholica baptismum suscepissent. Et hanc formulam in apostatis recipiendis se ab Heracla accepisse testatur Dionysius. Quanquam illi revera apostatæ non erant, sed potius falsi fratres, qui palam quidem cum Catholicis in Ecclesiam conveniebant, clam vero hæreticorum cœlibus misciebantur. Hic est sensus hujus loci, quem Christophorus et reliqui interpretes, cum non assequerentur, densissimis tenebris involverunt. Quæret hic aliquis utrum Heraclas, cum apostatas illos reciperet, manum eis imposuerit. Id quidem aperte non dicit Dionysius, sed ex ejus verbis satis colligitur, illos per manus impositionem receptos fuisse. Ait enim Dionysius, præcepisse illis Heraclam, antequam eos reciperet, ut cuncta hæreticorum dogmata palam in Ecclesia publicarent; id est, ut exomologesim facerent. Porro exomologesim sequebatur manus impositio, ac deinde communicatio. Sed et illud notandum est,

aliam fuisse manus impositionem qua apostatæ, aliam qua simplices hæretici suscipiebantur. Prior enim manus impositio fiebat ad penitentiam, ut docet Cyprianus in epistola ad Quintum, et in epistola ad Pompeium. Illa vero manus impositio qua recipiebantur simplices hæretici, fiebat ad tradendum Spiritum sanctum, ut docet Cyprianus in epist. ad Stephanum.

(95) Τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος. Ita quidem editit Rob. Stephanus, Medicæi codicis scripturam secutus. Verum in reliquis exemplaribus, Regio scilicet, Mazarino ac Fuketiano, postrema vox illa Πνεύματος non habetur, et recte, meo quidem iudicio. Reddit enim rationem Dionysius, cur in recipiendis illis apostatis Heraclas iterato baptismo minime opus habuerit. Τοῦ γὰρ ἁγίου πρότερον παρ' αὐτοῦ τετυχηέσαν. *Supple βαπτίσματος.* Id est, sanctum enim baptismum jam ab ipso fuerant consecuti. Sanctum baptismum appellat Dionysius baptismum Catholicorum, ad differentiam baptismatis hæreticorum, quod *profanum* passim vocat Cyprianus in epistolis, et Firmilianus, et quicumque alii tunc temporis sententiam illam de hæreticis rebaptizandis tuebantur. Quibus favisse Dionysium Alexandrinum, tum ex ejus epistolis hic ab Eusebio prolatis constat, tum B. Hieronymi testimonio. Sic explicare soleo locum ejusdem Dionysii ex epistola 4, de baptismo, ad Dionysium Ecclesiæ Rom. presbyterum, ubi de Novatiano hæc dicit, τὸ λουτρὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον. Si quis tamen τὸ ἅγιον in his locis perpetuum esse baptismi epithetum contendere, equidem non refragabor. Prior tamen expositio magis arridet. Quod si veterem lectionem hoc loco retinuerimus, τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος, tunc argumentatio Dionysii non procedet. Quæ est enim consequentia? Redeuntes ad Ecclesiam apostatas non iterum baptizabat Heraclas. Quam ob causam? Quia scilicet Spiritum sanctum ab ipso prius acceperant. Nisi per Spiritum sanctum hoc loco intelligamus baptismum, inepta prorsus erit ratiocinatio.

(96) Συνόδοις ἀδελφῶν ἐν Ἰκόνῳ καὶ Συνάδοις. Hæc synodos, Iconiensem et Synnadenensem, jam pridem ante sua tempora collectas fuisse diserte affirmat Dionysius. Ait enim: *Πρὸ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους.* Idem testatur etiam Firmilianus in epistola ad Cyprianum, de Iconiensi synodo ita loquens: *Quod totum nos jam pridem in Iconio qui Phrygiæ locus est, collecti, in unum convenientibus ex Galatia et Cilicia et cæteris proximis regionibus, confirmavimus.* Ubi pronomen nos non de ipsius Firmiliani persona, sed potius de ejus decessoribus accipiendum est. Certe Firmilianus eam synodum jam pridem collectam fuisse diserte affirmat. Sed et in fine ejusdem epistolæ, synodi hujus vetustatem manifestissime indicat. Nam cum Stephanus PP. Cypriano scribens, antiquam Ecclesiæ consuetudinem, in recipiendis hæreticis, adversus assertores novi dogmatis opposuisset, Firmilianus

poribus, in Ecclesiis populosissimis, et in conciliis fratrum apud Iconium et Synnada, et apud alios plurimos idem sancitum fuisse. Quorum sententias et statuta subvertere, eosque ad jurgia et contentiones excitare equidem nolim. Scriptum est enim : « Non commutabis terminos proximi tui quos parentes tui constituerunt »²⁹. » Quarta ejus de baptismo epistola ad Dionysium scripta est, tunc quidem Romanæ urbis presbyterum, sed qui aliquanto post tempore ejusdem urbis episcopus est constitutus. Ex qua hunc ipsum Romanum Dionysium, eruditissimum planeque admirandum virum fuisse, testimonio Dionysii Alexandrini licet cognoscere. Porro in hac ad illum epistola de Novato ita scribit.

CAPUT VIII.
De hæresi Novati.

« Nam Novatianum, inquit, merito aversamur, quippe qui Ecclesiam discidit, et quosdam ex fratribus ad impietatem blasphemiamque pertraxit; qui nefariam de Deo doctrinam invexit, et clementissimum Dominum nostrum Jesum Christum quasi implacabilem calumniatur: qui præterea sacrum lavacrum obliterat: fidemque et confessionem quæ

²⁹ Deut. xix.

hoc argumentum adversus Afros fortasse valere dicit, et quomodo Afri id refutare possint, ibidem docet. Contra Orientales vero nullam vim illud habere demonstrat, apud quos semper rebaptizati fuerint hæretici, jam inde ab Iconiensi synodo quæ ob Montanistas fuerat congregata. Firmilianus verba hæc sunt: « Quod quidem adversus Stephanum vos dicere Afri potestis, cognita veritate errorem vos consuetudinem reliquisse. Cæterum nos veritati et consuetudinem jungimus, et consuetudini Romanorum consuetudinem sed veritatis opponimus, ab initio hoc tenentes, quod a Christo et ab Apostolo traditum est. Nec meminimus, hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper istic observatum sit, ut non nisi unam Dei Ecclesiam nossemus, et sanctum baptismum non nisi sanctæ Ecclesiæ computaremus. Plane quoniam quidam de eorum baptismo dubitabant, qui etsi novos prophetas recipiunt, eosdem tamen Patrem et Filium nosse nobiscum videntur; plurimi simul convenientes in Iconio diligentissime tractavimus, et confirmavimus repudiandum esse omne omnino baptismum quod sit extra Ecclesiam constitutum. » Dicit aliquis Firmilianum utrobique de seipso loqui, ac proinde illum Iconiensi synodo interfuisse. Esto: interfuerit Iconiensi synodo Firmilianus, quando ita placet. Neque enim id negare velim pertinaciter. Illud tamen constanter affirmo, diu ante Stephani papæ tempora Iconiensem hanc synodum fuisse celebratam. Nam et Firmilianus scribens ad Cyprianum adversus Stephanum, qui tunc præerat Ecclesiæ Romanæ, diserte affirmat Iconiensem synodum jam pridem collectam fuisse: et Dionysius Alexandrinus in epistola ad Philemonem, Romanæ urbis presbyterum, quam scripsit sub initia pontificatus Xysti papæ, testatur synodum illam celebratam esse præ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπου. Sub extrema igitur tempora Alexandri Severi collecta esse videtur hæc synodus. Quo quidem tempore, Firmilianus ad Cæsariensis Ecclesiæ sacerdotium recens promotus fuerat, ut docet Eusebius in lib. vi. Quare non possum assentiri Baronio ac Binio, qui Iconiensem synodum contulerunt in annum Christi 258, qui annus est secundus Stephani papæ.

Α λοῖς τοῦτο ἔδοξεν· ὡν τὰς βουλὰς ἀνατρέπων, εἰς ἔριν καὶ φιλονεικίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν οὐχ ὑπομένω. « Οὐ γὰρ μετακινήσεις, φησὶν, ὄρια τοῦ πλησίον σου, & ἔθεντο οἱ πατέρες σου. » Ἡ τετάρτη αὐτοῦ τῶν περὶ βαπτίσματος ἐπιστολῶν, πρὸς τὸν κατὰ Ῥώμην ἐγγράφῃ Διονύσιον, τότε μὲν πρεσβεῖου ἡξιωμένον (97), οὐκ εἰς μακρὸν δὲ καὶ τὴν ἐπισκοπὴν τῶν ἐκεῖσε παρεῖληφθα· ἐξ ἧς γινῶναι πάρεστιν, ὅπως καὶ αὐτὸς οὗτος λόγιός τε καὶ θαυμάσιος πρὸς τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν Διονύσιου μεμαρτύρηται. Γράφει δὲ αὐτῷ μεθ' ἕτερα, τῶν κατὰ τὸν Νοοῦάτον μνημονεύων ἐν τούτοις.

B ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.
Περὶ τῆς κατὰ Νοοῦάτων ἑτεροδοξίας
(Nic. H. E. vi. 9).

« Ναυατιανῷ (98) μὲν γὰρ εὐλόγως ἀπεχθάνομεθα, διακόψαντι τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τινὰς τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀσεβείας καὶ βλασφημίας ἐλύσαντι, καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ διδασκαλίαν ἀνοσιωπάτην ἐπισκοκλήσαντι, καὶ τὸν χρηστότατον Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὡς ἀνηλεῆ συκοφαντοῦντι, ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὸ λουτρὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον (99), καὶ τὴν τε πρὸ αὐτοῦ

(97) *Πρεσβεῖου ἡξιωμένον*. In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Saviliano scribitur *πρεσβυτερίου*. Sed quoniam Eusebius *πρεσβεῖον* frequenter usurpare solet ἀντὶ τοῦ *πρεσβυτερίου*, vulgatam lectionem quam Regius codex tuetur, mutare nolui. Paulo post ubi legitur *ἐπισκοπὴν τῶν ἐκεῖσε παρεῖληφθα* codex Regius scriptum habet τῶν αὐτῶι παρ.

(98) *Ναυατιανῷ*. Ita legitur etiam in *Chronico* Georgii Syncelli et apud Nicephorum in libro vi, cap. 9; sed in vetustissimo codice Mazarino, Med. ac Fuk. scribitur *Νοοῦατιανῷ*, rectius sine dubio. Ac profecto mirum est, in hoc uno Eusebii loco verum illius hæretici nomen esse servatum. Quare graviter fallitur Christophorus, qui, vulgatum errorem secutus, *Novatum* hic pro *Novatiano* substituit. Cæterum cum hoc elogio Novatiani confer alterum quod legitur in epistola 57 Cypriani: *Desertor Ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector penitentiae, doctor superbiæ, veritatis corruptor, perditor charitatis*.

(99) *τὸ λουτρὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον*. In hujus verbi interpretatione mirum est quantopere dissentiant interpretes. Nam Langus quidem vertit, *sacrum abolet lavacrum*. Musculus vero interpretatur, *sacrum lavacrum reprobovit*. At Christophorus ita vertit, *sacrum baptismatis lavacrum abrogavit*. Denique interpres Georgii Syncelli vertit, *sacrum insuper lavacrum irritat*. Et hæc quidem interpretum dissensio ex eo fluxit, quod verbum *ἀθετεῖν* multiplicem habet significationem. Interdum enim significat *reprobare* ac *respuere*, ut cum dicit Origenes de Hellesaitis, *ἀθετεῖ τινα ἀπὸ πάσης γραφῆς*, quæ verba retulit Eusebius in lib. vi, cap. 58. Interdum idem valet ac *probro afficere*. Hesychius: *Ἀθετεῖ, ἀτιμάζει*. Atque ita sumitur apud Clementem Alexandrinum in lib. iv *Stromatei*: *Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἀνθρώπων ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεόν, id est, non hominem, sed Deum spernit ac pro nihilo ducit*. Sunt et aliæ hujus verbi significationes a grammaticis observate. Sed nunc videndum est quamam hujus loco magis conveniat. Enimvero quis melius verba Dionysii interpretari possit quam ipse Dionysius? Hic igitur in libro secundo *De promissioni*.

πίστιν καὶ ὁμολογίαν ἀνατρέποντι (1). τὸ τε Πνεῦμα ἅγιον (2) ἐξ αὐτῶν, εἰ καὶ τις ἦν ἐλπίς τοῦ παραμεῖναι ἢ καὶ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτούς, παντελῶς φυγαδεύονται.»

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τοῦ τῶν αἱρετικῶν ἀθέου βαπτίσματος
(Nic. H. E. vi, 9).

Καὶ ἡ πέμπτη δὲ αὐτῷ πρὸς τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον Εὐστόν ἐγέγραπτο. Ἐν ἧ πολλὰ κατὰ τῶν αἱρετικῶν εἰπών, τοιοῦτόν τι γεγὼνός κατ' αὐτὸν ἐκτίθεται, λέγων· «Καὶ γὰρ ὄντως, ἀδελφε, καὶ συμβουλῆς δέομαι (3), καὶ γνώμην αἰτῶ παρὰ σοῦ, τοιοῦτου τινός μοι προσελθόντος πράγματος, δεδιώς μὴ ἄρα σφάλλωμαι. Τῶν γὰρ συναγομένων ἀδελφῶν (4) πιστὸς νομιζόμενος ἀρχαῖος καὶ πρὸ τῆς ἑμῆς χειροτονίας, οἶμαι δὲ καὶ πρὸ τῆς τοῦ μακαρίου Ἡρακλᾶ καταστάσεως τῆς συναγωγῆς μετασχόν, τοῖς ὑπόγειον βαπτιζομένοις παρατυχόν, καὶ τῶν ἐπερωτήσεων καὶ ἀποκρίσεων ἐπακούσας, προσῆλθέ μοι κλαίων καὶ καταθρηγῶν ἑαυτὸν, καὶ πίπτων πρὸ τῶν ποδῶν μου, ἐξομολογούμενος μὲν καὶ ἐξομνύμενος τὸ βάπτισμα ὃ παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς ἐθεβάπτισ-

baptismum præcedunt evertit; et Spiritum sanctum penitus ab illis fugat, tametsi spes aliqua sub-sit vel quod in illis adhuc manent, vel quod ad eos reversurus sit.

CAPUT IX.

De impio hæreticorum baptismo.

Exstat et quinta ejusdem epistola ad Xystum Romanæ urbis episcopum scripta. In qua postquam adversus hæreticos multa disseruit, hujusmodi quidam sua ætate contigisse narrat. « Nam profecto, inquit, opus habeo, frater, consilio tuo, et sententiam tuam expeto, ne forte ipse halluciner, tali ad me negotio delato. Quidam ex fratribus qui ad ecclesiam conveniunt, jampridem pro fidei habitus, et qui ante meam ordinationem, ac, ni fallor, ante ipsius quoque Heraclæ episcopatum, cœtus fidelium particeps fuerat: cum interfuisset baptismo eorum qui nuper baptizabantur, et interrogationes responsaque illorum audisset: ad me accessit flens et vicem suam **255** ingemiscens. Pedibusque meis advolutus confiteri atque dejerare cœpit, baptismum quo apud

bus, verbum ἀθετεῖν usurpat pro *reprobare* ac *rejicere*, de Joannis Apocalypsi ita scribens: Τινὲς μὲν οὖν τῶν πρὸ ἡμῶν ἠθέτησαν καὶ ἀνεσκεύασαν πάντῃ τὸ βιβλίον. Et paulo post: Ἐγὼ δὲ ἀθετῆσαι μὲν οὐκ ἂν τολμήσαιμι τὸ βιβλίον, πολλῶν αὐτὸ διὰ σπουδῆς ἐχόντων ἀδελφῶν. Citantur hæc loca Dionysii infra in capite 25 hujus libri. Novatianus igitur qui Catholicorum baptismum damnabat ac reprobabat, recte ἀθετεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα dicitur. Quippe Novatianus fideles qui in Ecclesia catholica baptismi sacramenta susceperant, negabat revera baptizatos esse, utpote qui a malis sacerdotibus et lapsorum communionem maculatis tincti fuissent. Aiebat enim Novatianus baptismum prodesse non posse, nisi a probis sanctisque sacerdotibus traderetur. Itaque non omnes qui baptismum acceperant, Christianos esse censebat, sed eos duntaxat qui a Christianis, id est bonæ et Christianæ vitæ sacerdotibus, essent consignati: ut docet vetus auctor *Questionum Veteris et Novi Testamenti*, cap. 102. *In tantum irascitur nobis, ut et Christianos nos neget, cum sciat nos ea fide initiatos, de qua ipse præsumit*, etc. Idem postea senserunt in Africa Donatistæ, qui paganos vocabant eos qui in Ecclesia catholica baptismum suscepissent. Quare merito Epiphanius eos Novatianis accenset. Ambrosius seu quis alius in epistola I ad Corinthios, cap. 1: *Sic enim erant, sicut nunc Novatiani et Donatiani, qui baptismum sibi vindicant; a nostris baptizatos reprobantes, et baptizati ab his gloriantur in personis eorum*. Et ante hos Cyprianus in epistola ad Jubianum de rebaptizandis hæreticis: *Nec nos movet quod litteris tuis complexus es, Novatianenses rebaptizare eos quos a nobis sollicitant*. Vide Baronium ad annum Christi 254, cap. 106.

(1) *Τὴν τε πρὸ αὐτοῦ πίστιν ἀνατρέποντι*. Catechumeni priusquam sacrum lavacrum susciperent, symbolum quod ipsis traditum fuerat, memoriter recitare jubebantur; interrogatique a sacerdote, ad singula capita respondebant: *Credo*. Ultimum caput interrogationis erat hoc: *Credis in vitam æternam et remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam?* ut docet Cyprianus in epist. 70 et 76. Cum igitur Novatianus remissionem peccatorum adimeret, simul etiam fidem quam ante sacrum baptismum catechumeni habere se profitebantur, abolebat. Πρὸ αὐτοῦ igitur supple τοῦ ἁγίου λουτροῦ. Atque ita hunc locum acceperunt Musculus et Christophorus.

Verni interpres Georgii Syncelli hunc locum ita vertit: *Fidem ac professionem aliquot jam retro sæculis superiorem evertit*, quasi scriptum esset πρὸ ἑαυτοῦ, quod non probo.

(2) *Τὸ τε Πνεῦμα τὸ ἅγιον*. Hic locus non caret difficultate. Primo enim obscurum est quid sibi velit Dionysius, cum ait Novatianum fugasse a fratribus Spiritum sanctum, nisi forte per Spiritum sanctum intelligit gratiam quæ dabatur poenitentibus per manus impositionem, tunc cum peracta poenitentia ad communionem admittebantur. Sed major difficultas est in iis quæ proxime sequuntur, et καὶ τις ἦν ἐλπίς τοῦ παραμεῖναι ἢ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτούς. De lapsis enim hic loqui Dionysium satis constat. In lapsis vero quomodo potest remanere Spiritus sanctus? Reverti quidem ad lapsos facile potest, dummodo illos admissi sceleris poenituerit. Verum in lapsis remanere nullo modo potest. *Anima enim quæ peccaverit, ipsa morietur*, ut ait Scriptura. An dicemus in quibusdam lapsis adhuc habitare Spiritum sanctum, iis scilicet qui per imprudentiam ac per infirmitatem lapsi sunt, eujusmodi fuerunt illi qui tunc temporis dicebantur libellatici? Quid enim si quis mente captus aut mirrata potione sopitus, diis sacrificaverit? Is certe Spiritus sancti gratiam non amisit, qui imprudens, et quid ageret nesciens, non sponte, sed per vim coactus deliquit. Quod si hæc interpretatio non placet, omnino dicendum erit, Dionysium hic de lapsis non loqui, sed de fidelibus, quorum alii gratiam Spiritus sancti quam in baptismo acceperant, adhuc retinent, alii vero eam amiserunt. Et ab his quidem Novatianus fugabat Spiritum sanctum, cum poenitentiam et pacem iis denegaret, quibus Spiritus sancti gratia reparatur; ab illis vero qui adhuc gratiam retinent, fugabat Spiritum sanctum dum eis spem omnem adimebat veniæ si forte peccarent, et sinistram de Spiritu sancto opinionem eorum animis insinuabat, quasi is immitis ac crudelis esset, et misericordiæ omnis expertus.

(3) *Συμβουλῆς δέομαι*. Quatuor nostri codices Maz., Med., Fuk. et Savil. particulam addunt hoc modo, καὶ συμβουλῆς δέομαι.

(4) *Συναγομένων ἀδελφῶν*. Apud Nicephorum locus hic una voce auctor legitur hoc modo, συναγομένων ἀδελφῶν τις, etc., quod sine dubio majorem affert perspicuitatem.

hæreticos initiatus fuerat, non hujusmodi esse, nec cum hoc nostro quidquam commune habere. Quippe illum plenum esse blasphemiarum et impietatis. Aiebatque animum suum acerbissimo doloris sensu compungi, ac ne oculos quidem ad Deum attollere se audere: quippe qui scelestis illis verbis ac cæremoniis initiatus fuisset. Proinde orabat, ut hoc purissimo lavacro, verissimaque adoptione et gratia donaretur. Quod equidem facere non sum ausus: sed diuturnam illi communionem ad id sufficere dixi. Nam qui gratiarum actionem frequenter audierit, et qui cum cæteris responderit Amen; qui ad sacram mensam astiterit, et manus ad suscipiendum sacram cibum porrexerit; qui illum exceperit, et corporis ac sanguinis Domini nostri Jesu Christi participans fuerit diutissime, eum ego de integro renovare non ausim. Porro ut bono animo esset, et cum firma fide bonæ spei plenus ac Dominici corporis participationem accederet, jussi. Verum ille nullum lugendi finem facit, et ad mensam accedere penitus exhorrescit: vixque rogatus interesse orationibus sustinet. » Præter supradictas est etiam quinta

στο, μη τοιοῦτον εἶναι, μηδὲ ὄλους ἔχειν τινὰ πρὸς τοῦτο κοινωνίαν· ἀσεβείας γὰρ ἔκεινο καὶ βλασφημιῶν πεπληρωσθαι· λέγων δὲ πάνυ τι τὴν ψυχὴν κατανενύχθαι, καὶ μηδὲ παρήρησιαν ἔχειν ἐπιᾶραι τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸν Θεόν, ἀπὸ τῶν ἀνοσιῶν ἐκείνων βημάτων καὶ πραγμάτων ὀρμώμενος· καὶ διὰ τοῦτο δεόμενος τῆς εὐκρινεστάτης ταύτης καθάρσεως καὶ παραδοχῆς (5) καὶ χάριτος τυχεῖν. Ὅπερ ἐγὼ μὲν οὐκ ἐτόλμησα ποιῆσαι φήσας αὐτάρηκην τὴν πολυχρόνιον αὐτῷ κοινωνίαν εἰς τοῦτο γεγενῆσθαι. Εὐχαριστίας γὰρ ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ Ἀμήν (6), καὶ τραπέζην παραστάντα (7), καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτεινάντα (8), καὶ ταύτην καταδεξάμενον, καὶ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετασχόντα ἰκανῶν χρόνῳ, οὐκ ἂν ἐξ ὑπαρχῆς ἀνασκευάζειν ἔτι τολμήσαιμι· θαρσεῖν δὲ ἐκέλευον, καὶ μετὰ βεβαίας πίστεως καὶ ἀγαθῆς ἐλπιδος (9) τῇ μετοχῇ τῶν ἁγίων προσιέναι. Ὅ δὲ οὐτε πενθῶν παύεται, πέφρικε τε τῇ τραπέζῃ προσιέναι· καὶ μόλις παρακαλούμενος, συνεστάναι ταῖς προσευχαῖς ἀνέχεται. » Ἐπὶ ταῖς προειρημέναις, φέρεται

(5) *Παραδοχῆς*. Christophorus vertit, *suscptione in Ecclesiam*. Musculus vero simpliciter transtulit *suscptione*, quod magis probo. Baptismus enim vocatur *παραδοχῆ*, quod in eo Deus nos suscipiat tanquam filios. Potest etiam *παραδοχῆ* exponi *perceptio*. Sic enim vocabant baptismum. Acta ms. passionis sancti Genesii mimi: *Et dum vult plenus imperatori ex sua arte placere, scrutari per singulos cæpit secretam et venerabilem Dei legem, et cum curiose attentus per singula requireret, venit usque ad baptismum et perceptiorem infantum.*

(6) *Εὐχαριστίας ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ Ἀμήν*. Postquam sacerdos sollemnem Eucharistiæ prececionem absolverat, universus populus vota sua simul conjungens acclamare solebat Amen, quod est *Fiat*. Cujus moris meminit Justinius in *Apologetico* 1: Οὐ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρῶν λαὸς ἐπυφημετ λέγων Ἀμήν. De hoc more intelligendus videtur Pauli locus in Epistola I ad Corinthios, cap. xiv: *Si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicit Amen super tua benedictione, quoniam nascitur quid dicas?* Tangit enim ibi Paulus quosdam ex Hebræis, qui Hebræa aut Syra lingua plerumque in tractatibus aut oblationibus utebantur coram Græcis hominibus, ut docet Ambrosius, seu quis alius auctor *Commentariorum in Epistolam I ad Corinthios*, cap. xiv. Amen vero consensum significat auditorum, et est signaculum veritatis, ut notat Hieronymus in fine *Commentariorum in Epistolam ad Galatas*. Optime Florus magister in *Expositione missæ: Amen autem quod ab omni Ecclesia respondetur, interpretatur verum, non ubicunque et quomodo docunque, sed mystica religione. Hoc ergo ad tanti mysterii consecrationem, sicut et in omni legitima oratione, respondent fideles, et respondendo subscribunt.* Quæ Flori verba desumpta sunt ex libro Alcuini *De divinis officiis*. Hodie quoque idem observatur in Ecclesia. Nam ubi sacerdos sacrum Canonem recitavit, et verba illa protulit, *per omnia sæcula sæculorum*, tunc omnis populus respondet, Amen. Hoc tantum discrimen est hodie, quod sacerdos canonem et solemnes prececiones submissa voce pronuntiat, cum olim tota Eucharistiæ cæremonia clara voce perageretur, ut vel unus hic Dionysii locus ostendit.

(7) *Τραπέζην ... παραστάντα*. Fideles communi-

caturi ad altare accedebant, ibique corpus Christi de manu presbyteri stantes, non, ut hodie, genibus flexis accipiebant. Ideo *παραστάντα* dixit Dionysius, quæ vox proprie de presbyteris et diaconis usurpatur, qui altari ministrabant. Chrysostomus homilia 24 in *Epistolam ad Corinthios*: Σὺ δὲ οὐκ ἐν φάτῃν ὄρᾳς, ἀλλ' ἐν θυσιαστηρίῳ· οὐ γυναῖκα κατέχουσαν, ἀλλ' ἱερέα παραστῶτα· καὶ Ἰνεύμα μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας τοῖς προκειμένοις ἐπιπτώμενον, et homilia 41 in eadem Epistola, ὁ παραστῶς τῷ θυσιαστηρίῳ, sacerdos est. De laico vero qui ad altare accedit, προσιέναι et προσελθεῖν dicit Chrysostomus. Ac olim quidem, ut dixi, fideles ad ipsam sacram mensam accedebant, quemadmodum hoc loco docet Dionysius, et in epist. ad Basilidem, cap. 2, ubi de mulieribus quæ menstruo sanguine fluxu laborant, ita scribit: Οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἶμα πιστὰς οὖσας καὶ εὐλαθεῖς, τολμήσειν οὕτως διακειμένης ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσιέναι, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ προσάψασθαι. Ad quem Dionysii locum recte notat Balsamo: Ὡς εἶοικε δὲ, τὸ παλαιὸν ἐιστήρχον γυναῖκες εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας τραπέζης μετελάμβανον. Id est: *Olim quidem, ut apparet, mulieres ad altare accedebant, et e sacra mensa participabant.* Postea tamen canone 44 concilii Laodiceni vitium est ne mulieres ad altare accederent: viris autem id ipsum interdictum est in synodo Trullana. Quanquam id jam vitium esse videbatur canone 44 concilii Laodiceni, quo decernitur ut solis sacerdotibus communicatis ad altare licet accedere.

(8) *Καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν. . . προτεινάντα*. Fideles qui corpus Domini manu accepturi erant, lotis prius studiose manibus, ad altare accedebant, ut docet Chrysostomus homilia 3 in *Epistolam Pauli ad Ephesios*. Idem scribit in homilia 52 in *Matthæum*. Accepturi autem Eucharistiam, dextram manum modice cavatam porrigebant, sinistram ei substernentes, ne quid ex sacro cibo decideret, ut docet Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi ultima.

(9) *Καὶ ἀγαθῆς ἐλπιδος*. In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Saviliano, et apud Nicephorum legitur ἀγαθῆς συνεδήξεως. Sed Regius codex et Georgius Syncellus in *Chronico* priorem lectionem tuerunt.

τις καὶ ἄλλη τοῦ αὐτοῦ περὶ βαπτίσματος ἐπιστολή, ἢ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἡς ἡγεῖτο παροικίας, εὐστῶ καὶ τῇ κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίᾳ προσπεφωνημένη· ἐν ἣ δὲ μακρᾶς ἀποδείξεως, τὸν περὶ τοῦ ὑποκειμένου ζητήματος παρατείνει λόγον. Καὶ ἄλλη τέ τις αὐτοῦ μετὰ ταύτας φέρεται πρὸς τὸν κατὰ Ῥώμην Διονύσιον, ἡ περὶ Λουκιανοῦ. Καὶ περὶ μὲν τούτων τσαῦτα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Περὶ Οὐαλεριανοῦ καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν διωγμοῦ
(Nic. II. E. vi, 10).

Οἱ γὰρ μὴν ἀμφὶ τὴν Γάλλον οὐδ' ὄλοις ἔτεσι δύο τὴν ἀρχὴν ἐπικατασχόντες, ἐκποδῶν μεθίστανται· Οὐαλεριανὸς δὲ ἅμα Γαλλικῶν παιδὶ διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν. Αὐθις δὴ οὖν ὁ Διονύσιος οἶα καὶ περὶ τούτου διέξεισιν, ἐκ τῆς πρὸς Ἑρμάμμωνα ἐπιστολῆς μαθεῖν ἔστιν, ἐν ἣ τούτων ἱστορεῖ τὸν τρόπον· « Καὶ τῷ Ἰωάννῃ δὲ ὁμοίως ἀποκαλύπτεται. Καὶ ἐδόθη γὰρ αὐτῷ, φησὶ, στόμα λαλοῦν μεγάλη καὶ βλασφημία· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία καὶ μῆνες τεσσαράκοντα δύο (10). Ἀμφότερα δὲ ἔστιν ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ θαυμάσια· καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ, ὡς οὕτως ἔσχε (11), συννοεῖν, ἕως ἡπίος (12) καὶ φιλόφρων ἦν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλος τις οὕτω τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων εὐμενῶς καὶ δεξιῶς πρὸς αὐτοὺς διετέθη, οὐδ' οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι (13), ὡς ἐκεῖνος οἰκειώτατα ἐν ἀρχῇ καὶ προσφιλέστατα φανερός ἦν αὐτοὺς ἀποδεχόμενος. Καὶ πᾶς ὁ ὄλιος αὐτοῦ θεοσεβῶν πεπλήρωτο, καὶ ἦν Ἐκκλησία Θεοῦ. Ἀποσκευάσασθαι δὲ παρέπειθεν αὐτὸν ὁ διδάσκαλος καὶ τῶν ἀπ' Ἀγύπτου μάγων (14) ἀρχισυνάγωγος (15), τοὺς μὲν καθα-

⁴⁰ Ἀποκ. XIII.

(10) *Μῆνες τεσσαράκοντα δύο.* Hunc Dionysii locum optime exposuit Baronius ad annum Christi 257, cap. 7, de spatio scilicet temporis quo duravit persecutio Valeriani. Cum enim Valerianus septem fere annis regnaverit, ut inter omnes constat, priore quidem principatus triennio Christianos benigne complexus est : posteriore vero triennio persecutionem intulit Ecclesiæ. Porro initium principatus Valeriani cœpit anno Christi 253, sub finem, Volusiano II et Maximo coss. Docent id manifeste nummi veteres ab Occone et Goltzio prolati, in quibus Valerianus imperator tribunitiæ potestatis III, consul III, inscribitur. Item trib. pot. V, cos. IV. Idem quoque colligitur ex nummis imp. Gallieni.

(11) *Καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ ὡς οὕτως ἔσχε.* Scribendum puto ὡς οὐχ οὕτως, quamvis reclamantibus libris. Sed et transposita videntur esse vocabula. Lego igitur καὶ αὐτοῦ μάλιστα τὰ πρὸ τούτων, ὡς οὐχ οὕτως ἔσχε, συννοεῖν, ἕως ἡπίος καὶ φιλόφρων ἦν, etc. Ita sensus est apertissimus.

(12) *Ἔως ἡπίος.* Sic in optimis exemplaribus Maz. et Med. scriptum est. Ὡς μὲν ἡπίος ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. In Fuketiano et Saviliano legitur ἕως γὰρ ἡπίος, etc., quam scripturam secutus est Christophorus, ut ex versione eius apparet.

(13) *Οὐδ' οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι.* Philippum imperatorem intelligit, qui primus ex Romanis imperatoribus Christianam religionem professus est, ut multi veterum prodiderunt. Sed cum Dionysius in plurali numero loquitur, Philippo adungi potest Alexander Severus, qui imaginem Christi habuit in larario suo, teste Lampridio; et toto principatus sui tempore Christianos fovit et conservavit, ut ab Ensebio relatam est supra. Porro autem notandum est, Dionysium

ejusdem epistola de baptismo, ipsius et Ecclesiæ quam regebat nomine, ad Xystum et Ecclesiam urbis Romæ directam, in qua de proposita quæstione prolixam admodum disputationem instituit. Præter has alia exstat ejusdem epistola de Luciano, ad Dionysium Romanum scripta. Sed de his hactenus.

CAPUT X.

De Valeriano, et de persecutione ab eo excitata.

Gallo interim e medio sublato, cum vix biennial spatio imperium tenuisset, Valerianus cum Gallieno filio in ejus locum succedit. De hoc vero quæ tradat Dionysius, et epistola ejus ad Hermammone licet cognoscere, in qua ita scribit : « Joanni quoque similiter revelatum est. Ait enim : Et datum est illi os loquens magna et impia : et data est illi potestas et menses quadraginta duo ⁴⁰. 256 Utrumque porro in Valeriano impletum mirari licet, illudque ante omnia considerare, cujusmodi is ante persecutionem fuerit : qualiter mansuetus quidem ac benignus erat erga famulos Dei. Neque enim ullus superiorum principum, ne illi quidem ipsi qui palam Christiani fuisse dicuntur, tanta humanitate ac benevolentia nostros complexus est, quantam ille præ se ferebat initio principatus sui. Totaque ejus familia piis hominibus abundabat, ac Dei Ecclesia esse videbatur. Verum magister et archisynagogus magorum Ægypti, ei tandem persuasit ut ab hoc instituto descisceret, jubens ut castos quidem et sanctos viros persequeretur atque occideret, quippe

de imperatoribus illis hoc tantum dicere, quod dicti et existimati fuerint Christiani, non autem quod reipsa Christiani exstiterint.

(14) *Τῶν ἀπ' Ἀγύπτου μάγων ἀρχισυνάγωγος.* Baronius ad ann. Christi 252 et 258 ait hunc esse magum illum qui paulo ante imperium Decii populum Alexandrinorum ad persequendos Christianos incitaverat, de quo loquitur Dionysius apud Eusebium in lib. VI, cap. 41. Ego vero hunc longe alium esse existimo, qui Valerianum imp. adversus Christianos commovit : Macrianum scilicet, eum qui postea imperium occupavit, de quo infra dicturi sumus, idque manifeste vincitur ex sequentibus Dionysii verbis. Subdit enim κατὰ γούν αὐτοῖς ὁ Μακριανός, etc., innuens scilicet, eum quem supra magistrum Valeriani et archisynagogum magorum appellaverat, non alium esse quam Macrianum. Et paulo post addit : Ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προαχθείς, etc. Quid potest clarissime dici? Tota enim hujus orationis series id apertissime demonstrat, Macrianum hujus impietatis auctorem fuisse Valeriano : qui cum Valeriani quasi pædagogus ac magister quidem esset, pessimis consiliis ei subministratis, primo quidem illum, deinde vero semetipsum perdidit. Porro Macrianum adiutorem ac magistrum Valeriani fuisse in gerenda republica testatur ipse Valerianus in oratione ad senatum, quam refert Pollio : P. C., bellum Persicum gerens Macriano totam rempublicam tradidi.

(15) *Ἀρχισυνάγωγος.* Habebant Judæi archisynagogos, qui synagogis præsidebant. Archisynagogus Judæorum Alexandria memoratur in epistola Adriani imp. ad Servianum, quam refert Vopiscus in Saturnino. Præter archisynagogos erant etiam apud Judæos quidam patres synagogarum, item sacerdotes et presbyteri, et diaconi synagogarum,

qui scelestis ac detestandis incantationibus adversarentur atque obstarent. Erant enim et sunt etiamnum ejusmodi, qui vel præsentia atque aspectu suo, et insufflantes duntaxat ac vocem edentes, dæmonum præstigias disturbare possint. Initiationes autem impuras, et abominanda maleficia, et sacrificia execranda peragere eum jussit, miseris infantes mactare, immolare liberos infelicium parentum; recens natorum rimari viscera; Dei signenta atque opera discernere ac detruncare, quasi hoc facto ad summam felicitatem esset perventurus. Postea subdit: «Egregiam vero gratiam ob speratum imperium, et præclara munera Macrianus eis obtulit. Qui initio quidem cum καθολικός, id est rationalis imperatoris diceretur, nihil rationi consonum, nihil catholicum sensit aut publicum, sed imprecationi

Α ρούς και ὁσίους ἄνδρας κτίνουσθαι και διώκεσθαι κελεύων, ὡς ἀντιπάλους και κωλυτάς τῶν παμμιάρων και βδελυκτῶν ἐπαοιδῶν ὑπάρχοντας· και γάρ εἰσι και ἦσαν ἱκανοὶ παρόντες και δρώμενοι, και μόνον ἐμπνέοντες (16) και φθεγγόμενοι, διασκεδάσαι τὰς τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων ἐπιβουλὰς· τελετὰς δὲ ἀνάγκους και μαγανείας ἐξαγίστους και ἱεροουργίας ἀκαλλιερήτους ἐπιτελεῖν ὑποτιθέμενος, παιδάς ἀθλόους ἀποσφάττειν, και τέκνα δυστήνων πατέρων καταθύειν, και σπλάγγνα νεογενῆ διαρρεῖν, και τὰ τοῦ Θεοῦ διακόπτειν και καταχορδεύειν πλάσματα, ὡς ἐκ τούτου εὐδαιμονήσοντα (17). » Και τούτοις ἐπιφέρει λέγων· « Καλὰ γοῦν αὐτοῖς Μακριανός (18) τῆς ἐλπιζομένης βασιλείας προσήνεγκε χάριστήρια· ὅς πρότερον μὲν ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων (19) λεγόμενος Β εἶναι βασιλέως, οὐδὲν εὐλογον οὐδὲ καθολικόν (20)

quos Judæi Azanitas vocabant. Erant etiam apostoli, et supra hos omnes positi patriarche. De his omnibus Epiphanius in hæresi Ebionæorum et imperatores in Codice Theodosii, titulo *de Judæis*. Quæ quidem nomina a Judæis sumpsisse videntur Christiani. Verum in hoc Dionysii loco aliud significat ἀρχισυνάγωγος, quod mihi quidem obscurum est. Nec minus obscurum est, qui sint οἱ ἀπ' Αἰγύπτου μάγοι. Aruspices videtur intelligere, qui Romæ erant, seu sacerdotes Isis ac Serapis, quibus præerat Macrianus. Certe vates et herioli fere omnes erant Ægyptii. Vide cap. 4 lib. II *De vita imp. Constantini*; Eunapium in *Vita Edessii*. Magicam quoque præ cæteris mortalibus callebant, a Nechepso rege ipsis traditam, ut scribit Paulinus:

Quique magos docuit mysteria vana Necepsus.

Clemens in libro primo *Recognitionum*, sub initium: *Ægyptum petam, atque ibi hierophantis vel prophetis qui adytis præsent, amicus efficiar, et pecunia invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de infernis per eam quam necromantiam vocant.* Græca Clementis verba si quis forte desiderat, hic apponam ex ejusdem *Epitome* a Turnebo edita: Εἰς Αἰγύπτου πορεύσομαι, εἶπον· και τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις και προφήταις φιλιωθήσομαι, και μάγον ζητήσας και εὐρών, χρήμασι πείσω πολλοῖς, ψυχῆς ἀναπομπήν, τὴν λεγομένην νεκρομαντίαν, ἐργάσασθαι. Plinius quidem tres magicæ species enumerat: Persicam, Judaicam et Cypriam; sed quam ille Judaicam vocat, ea est Ægyptia, ut vel ex ipsius Plinii verbis colligitur. Ait enim Plinius eam a Mose et Jambre repertam esse; Ægyptiorum magos qui jussu Pharaonis portenta eliderunt adversus Moysen, perperam confundens cum Moysen. Certe magicæ artes et incantationes, semper apud Judæos vetite fuere. Cæterum magos in comitatu secum habebant imperatores Romani, exemplo Alexandri Magni et regum Persicorum. Sic M. Antoninus, in expeditione illa Germanica habuit secum Arnuptium magum Ægyptium, ut scribit Dio. Valerianus quoque imperator magos in exercitu circumduxit, quorum antistes erat Macrianus, teste hic Dionysio.

(16) *Και μόνον ἐμπνέοντες.* Insufflantes verti, qua voce usus est Prudentius in agone Romani. Solebant enim Christiani dæmonas eorumque præstigias, templa, simulacra exsufflare, abominari se hanc spurcitiam eo indicio declarantes. De hoc more multa jam pridem notavi Brissonius in *Commentario* ad tit. Cod. Theod. *De feriis*, et post illum Heraldus in notis ad Minucium Felicem. Quo referendum puto locum Dionysii apud Eusebium in libro sexto, capite 41, de Quinta muliere Christiana, quam pagani ad templum idolorum traxerant, ἀποσφραγισμένην δὲ και βδελυττομένην, etc.

(17) Vulg. *εὐδαιμονήσοντα*. Quatuor nostri codices, Mazarinus et Medicæus cum Fuketiano et Saviliano, scriptum habent *εὐδαιμονήσοντας*, rectius, dummodo in singulari numero scribas *εὐδαιμονήσοντα*. De solo enim Valeriano hic loquitur Dionysius.

(18) *Καλὰ γοῦν αὐτοῖς Μακριανός.* Subaudiendum est *τοῖς δαίμοσι*, non autem *τοῖς βασιλεῦσι*, ut putavit Christophorus. De solo enim Valeriano hic sermo est, ut jam dixi. Adde quod perit omnis sensus hujus loci, si interpretatio Christophoroni retineatur. In nostra autem versione sensus est apertissimus. *Macrianus*, inquit, *cum ex dæmonum prædictionibus atque præsagiis ad spem imperii pervenisset, hanc gratiam ipsis retulit, ut Valerianum in Christiano armaret.* Porro in codicibus nostris *Mazar.*, *Medic.* et Fuketiano scribitur *Μακροανός*, rectius. Ita enim hunc tyrannum appellant Historiæ Augustæ scriptores et nummi veteres. Sed et in antiquissimo codice Vaticano, quem rogante me consuluit doctissimus vir Lucas Holstenius, scriptum est *Μακριανός*, tum in hoc loco, tum in capite 23.

(19) *Ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων.* Ita Græci vocabant quos Latini dicunt rationales seu procuratores summæ rei, ut jam pridem notavi ad excerpta Constantini Porphyrogeneti ex Dione Cocceiano, p. 112. Quæ quidem hic repetere nihil attinet. Aldemus duntaxat insignem locum Porphyrii in *Vita Plotini*, qui a doctissimo interprete non est intellectus. Loquens enim Porphyrius de Thaumasio quodam, sic ait: *ὥστε και θαυμαστοῦ τινὸς τοῦνομα ἐπεισελθόντος, τοὺς καθόλου λόγους πράττοντος.* Porro cujusnam imperatoris procurator fuerit Macrianus, incertum est. Cave enim existimes eum Valeriani procuratorem fuisse.

(20) *Οὐδὲν καθολικόν.* Ludit Dionysius in nomine *catholici*, quo et rationalis officium et Christiana religio designatur. Unde Optatus in libro II catholicam fidem ex eo dictam esse asserit, quod sit rationalis: *Ubi ergo erit proprietatis catholici nominis, cum inde dicta sit catholica, quod sit rationalis et ubique diffusa?* Quanquam catholicam religionem ob id dici quod rationalis sit, non facile mihi persuadeo. Neque enim καθολικός simpliciter et absolute rationalem significat, nisi subaudiatur λογότης. Cæterum *catholicæ* cognomen quando primum adhæserit Ecclesiæ Dei, difficile est dicere. In epistola quidem Smyrnæorum de martyrio B. Polycarpi, mentio fit Ecclesiæ catholicæ. Item in *Actis* passionis Pionii martyris, qui passus est principatu Decii Augusti. *Tum Polemo, Christianus, inquit, es? Respondit Pionius: Sum profecto. Cujus, inquit Polemo, es Ecclesiæ? Respondit Pionius: Catholica; nulla enim est alia apud Christum.* Apparet igitur hoc cognomen Ecclesiæ inditum esse circa primam apostolorum successionem, cum hæreses multis in lo-

ἐφρόνησεν, ἀλλ' ὑποτέπνωκεν ἀρξ̄ προφητικῆ τῆ A
 λεγούσῃ· Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐ-
 τῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσιν (21). Οὐ γὰρ
 συνῆκε τὴν καθόλου πρόνοιαν, οὐδὲ τὴν κρίσιν ὑπέ-
 δετο τοῦ πρὸ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐπὶ πᾶσι. Δὴ
 καὶ τῆς μὲν καθολικῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας γέγονε πολέ-
 μος, ἡλλοτρίωσε δὲ καὶ ἀπέξωκεν ἑαυτὸν τοῦ ἐλέους
 τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς πορρωτάτω τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας (22)
 ἐφυγάδευσεν, ἐν τούτῳ τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνο-
 μα (25). » Καὶ πάλιν μεθ' ἑτερά φησιν· « Ὁ μὲν
 γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προαχθεὶς, εἰς
 ὕβρεις καὶ ἐνειδισμοὺς ἐκδοθεὶς κατὰ τὸ βῆθ' ἐν πρὸς
 Ἰσαΐαν· Καὶ οὗτοι ἐξελέξαντο τὰς ὁδοὺς αὐτῶν καὶ
 τὰ βδελύγματα αὐτῶν, ἃ ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἠθέλησε· καὶ
 ἐγὼ ἐκλέξομαι τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν, καὶ τὰς ἀμαρ-
 τίας ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Οὗτος δὲ τῆ βασιλείᾳ παρὰ B
 τὴν ἀξίαν ἐπιμανεὶς (24), καὶ τὸν βασιλείων ὑποδύνα-
 κόσμον ἀδυνατῶν ἀναπήρῳ τῷ σώματι (25), τοὺς δύο
 παῖδας τὰς πατρὸς ἀναδεξαμένους ἀμαρτίας προ-
 εστράτω. Ἐναργῆς γὰρ ἐπὶ τούτων ἡ πρόβησις
 ἦν εἶπεν ὁ Θεός· Ἀποδιδούς ἀμαρτίας πατέρων ἐπὶ
 τέκνα ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς τοῖς μισοῦσί
 με. Τὰς γὰρ ἰδίας πονηρὰς ἐπιθυμίας ὧν ἠτύχει (26),
 ταῖς τῶν υἱῶν κεφαλαῖς ἐπιβαλὼν, εἰς ἐκείνους τὴν
 ἑαυτοῦ κακίαν καὶ τὸ πρὸς τὸν Θεὸν μῖσος ἐξωμόρ-
 ξατο. » Καὶ περὶ μὲν τοῦ Οὐαλεριανοῦ τοσαῦτα ὁ
 Διονύσιος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ τῶν τότε Διονυσίῳ καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον C
 συμβάτων (Nic. H. E. vi, 10).

Περὶ δὲ τοῦ κατ' αὐτὸν διωγμοῦ σφοδρότατα πνεύ-

⁴¹ Isa. LXVI. ⁴² Exod. XX.

eis exortæ, veram Christi fidem et apostolorum
 traditionem subvertere conarentur. Tunc enim ut
 vera et genuina Christi Ecclesia ab adulterinis
 hæreticorum cœtibus distingueretur, catholicæ
 cognomen soli orthodoxorum Ecclesiæ attributum
 est.

(21) Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας
 αὐτῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσιν. Hic locus
 exstat in Ezechielis cap. xiii. Quem quidem Hiero-
 nymus ita interpretatur: *Væ his qui prophetant ex*
corde suo, et omnino non vident. Dionysius vero
 noster τὸ καθόλου exponit τὴν καθόλου πρόνοιαν,
 verba scilicet prophetæ, seu potius LXX interpretum,
 ad argumentum suum accommodans.

(22) Ὡς πορρωτάτω τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. Ἐκ-
 κλησίας Rob. Stephanus, qui cum scripturam codicis
 Regii pene ubique sequi soleat, hoc tamen loco
 depravatam codicis Medicæ lectionem sequi ma-
 luit. Sed procul dubio scribendum est τῆς ἑαυ-
 τοῦ σωτηρίας, ut præter codicem Regium præferunt
 codices Maz., Fuk. et Savilianus. Ita etiam legit
 Christophorsonus.

(25) Τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνομα. Alludit Dio-
 nysius ad nomen Macriani. Nam μακράν idem est
 quod πορρωτάτω.

(24) Οὗτος δὲ τῆ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν
 ἐπιμανεὶς. Pessime hunc locum vertit Christo-
 phorsonus, qui hæc de Valeriano dici putavit, cum
 de Macriano apertissime dicantur. Præcessit enim,
 ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανός, etc.; sequitur deinde, Οὗ-
 τος δέ, etc., quibus particulis satis declaratur de
 duobus sermonem fieri. Adde quod de Valeriano

A propheticæ subjacuit, quæ sic habet: *Væ his qui*
prophetant ex corde suo, nec præ oculis habent
bonum publicum. Nam neque providentiam universa
moderantem intellexit, nec animo reputavit judi-
cium illius qui ante omnia et in omnibus et super
omnia est Dei. Quocirca hostis quidem fuit catho-
licæ Dei Ecclesiæ, alienum autem se et extorrem a
misericordia Dei præstitit, et quam longissime a
sua se salute relegavit, in hoc exprimens atque
exhibens veritatem nominis sui. » Et paulo post:
 « Nam Valerianus quidem, qui ad hujusmodi faci-
 nora a Macriano impulsus fuerat, contumellis et
 opprobriis fuit expositus ac deditus, juxta id quod
 dixit Dominus ad Isaiam ⁴¹: Et ipsi elegerunt vias
 suas, et abominationes suas quas concupivit anima
 eorum. Et ego eligam ludibria eorum, et peccata
 retribuam ²⁵⁷ ipsis. Macrianus vero imperandi
 cupiditate flagrans tametsi imperio indignus, cum
 regium cultum induere non posset ipse corpore de-
 bilis, duos filios paterni in se translatores crimina
 imperio præfecit. Etenim evidentissime in his im-
 pleta est prædictio Dei dicentis ⁴²: Ego sum qui ul-
 ciscor peccata parentum in liberis, ad tertiam usque
 et quartam progeniem eorum qui oderunt me. Pra-
 vis enim cupiditatibus suis, quibus ipse frui non po-
 tuerat in filiorum capita translatis, improbitatem
 suam et odium divini Numinis in eos pariter trans-
 fudit. » Ac de Valeriano quidem hæc Dionysius
 scribit.

CAPUT XI.

De his quæ Dionysius et Christiani qui in Ægypto
 erant, pertulere.

De persecutionis autem illius acerbitate, quæ et

dici non potest, eum imperio quod tantopere con-
 cupiscebat, indignum fuisse. Quippe Valerianus
 erat vtr nobilissimus et princeps civitatis; et an-
 tequam imperaret, omnium consensu imperio di-
 gnissimus habebatur, ut historici tradunt. At Chri-
 stophorsoni prava versio Baronium etiam in erro-
 rem induxit.

(25) Ἀναπήρῳ τῷ σώματι. Certe Joannes Z-
 naras in *Annalibus* Macrianum claudum fuisse
 scribit, quem in historia illorum temporum con-
 sultare, haudquaquam inutile fuerit. Solus enim ex
 iis qui ad nos pervenerunt scriptoribus, Macriani
 et filiorum ejus res gestas accurate commemor-
 ravit.

(26) Ὡς ἠτύχει. Sic habet codex Regius quem
 fere ubique secutus est Stephanus. In reliquis Maz.,
 Med. et Fuketiano legitur ὧν ἠτύχει, rectius ni-
 fallor. Revera enim Macrianus id quod tantopere
 concupierat, adeptus est, imperium videlicet. Sed
 cum ipse gestandis imperii insignibus, ob corporis
 debilitatem, parum esset idoneus, filios suos ad
 imperium evexit. Merito igitur de illo dicit Dio-
 nysius, ὅτι ἠτύχησε τῶν ἰδίων ἐπιθυμιῶν, id est,
compos fuit votorum suorum. Cæterum post hæc
 Dionysii verba de Macriano, sequebatur continuo
 locus ille qui legitur in capite 25 hujus libri, ἐκείνος
 μὲν οὖν τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, etc. Uterque enim
 locus descriptus est ex epistola Dionysii ad Her-
 mammonem, scripta anno ix principatus Gallieni.
 Quibus addendus ac præponendus est alter locus
 ex eadem epistola, qui refertur in cap. 4 hujus
 libri. Atque ita concinnatis ac rejunctis inter se

quanta ipse una cum aliis ob veri Dei cultum pertulerit, docent ejusdem Dionysii verba, quibus Germano cuidam illius temporis episcopo, qui calumniari ipsum conabatur, respondet in hunc modum :

« Equidem vereor, ne in dementia ac stuporem lapsus esse videar, dum referre cogor admirabilem erga nos Dei providentiam ac dispensationem. Sed quoniam arcanum quidem regis occultare, ut ait Scriptura ⁴³, laudandum est, Dei autem opera prædicare gloriosum; adversus Germani impetum cominus decertabo. Veni ad Æmilianum non solus, sed comitantibus me Maximo presbytero, et Fausto, Eusebio ac Chæremone, diaconis. Quidam etiam ex fratribus Romanis, qui tum aderant, nobiscum ingressus est. Porro Æmilianus non dixit mihi prima fronte: Ne conventus agas. Id enim illi supervacuum erat ac postremum, ad id quod primum ac præcipuum est recurrenti. Quippe haudquaquam curabat ne alios congregarem, sed id agebat ne ipsi Christiani essemus. Et ab eo cultu desistere me jubebat, ratus scilicet si ego ab eo cultu descivissem, cæteros exemplum meum secuturos. Respondi non improbabiler nec longe accessita responsione: « Obedire oportet Deo magis quam hominibus ⁴⁴. » Sed palam et aperte contestatus sum, me illum qui solus est Deus, neque alium ullum præter hunc adorare; nec a proposito discessurum me esse, nec **258** commissurum unquam ut Christianus esse desinerem. Post hæc abire nos jussit in vicum quemdam solitudini proximam, cui nomen est Cephro. Sed verba ipsa quæ ab utroque nostrum dicta sunt, sicut actis publicis inserta leguntur, accipite: Inductis Dionysio, Fausto, Maximo, Marcello et Chæremone, Æmilianus præfectus dixit: Non solum scripto, sed etiam viva voce vo-

⁴³ Tob. xii. ⁴⁴ Act. v.

omnibus fragmentis, pene integram Dionysii ad Hermmammonem epistolam habituri sumus.

(27) Ἄς πρὸς Γερμανόν. Quod sequitur insigne fragmentum ex epistola seu potius libro Dionysii adversus Germanum episcopum, jungendum est cum altero ejusdem libri fragmento quod habes in lib. vi, cap. 40.

(28) Εἰς ἀφροσύνην δὲ κινδυνεύω. Eadem excusatione utitur Paulus apostolus in Epist. II ad Corinthios, cap. xi, cum se ipse laudaturus esset, ubi vide quæ notat Joannes Chrysostomus. Ad eum igitur Pauli locum alludit Dionysius.

(29) Οὐκ ἀπεικώτως. Malim scribere οὐκ ἀπεικώτως. Mox verba illa πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις delenda esse mihi videntur. Leguntur quidem hæc verba in cap. v Actuum apostolorum. Sed nihil faciunt ad hunc locum. Nisi malis legere, ut est in codice Reg., ἀπεκρινάμην δὲ οὐκ ἀπεικώτως, οὐδὲ μακρὰν τοῦ Πειθαρχεῖν, etc. Id est, responsum dei quod non longe abest ab illo apostolico.

(30) Ὡς ὑπεμνηματίσθη. Male Christophorus hunc locum ita vertit, sicut a quibusdam in commentarios relata sunt. Ὑπομνήματα Græci vocant quæ Latini Acta, ut observavimus ad librum I, ubi de Actis Pilati. Qui hæc Acta conscribent, dicebantur a Græcis ὑπομνηματογράφοι. Latini eos ab Actis vocabant, ut legiur in Notitia imperii Romani. Hypemnematographi urbis Alexandriae

σιντος, οἷα σὺν ἑτέροις ὁ αὐτὸς διὰ τὴν εἰς τὸν τῶν ὄλων Θεὸν εὐσέβειαν ὑπέστη, δηλώσουσι αἱ αὐτοῦ φωναὶ ἄς πρὸς Γερμανὸν (27) τῶν κατ' αὐτὸν ἐπισκόπων κακῶ; ἀγορεύει αὐτὸν πειρώμενον ἀποτεινόμενος, τοῦτον παρατίθεται τὸν τρῶπον: « Εἰς ἀφροσύνην δὲ κινδυνεύω (28) πολλὴν καὶ ἀναίσθησιαν ἔντως ἐμπεσεῖν, εἰς ἀνάγκην συμβιβαζόμενος τοῦ διηγεῖσθαι τὴν θαυμαστὴν περὶ ἡμᾶς οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ. Ἄλλ' ἐπεὶ μυστηρίον φησι βασιλέως κρύψαι καλὸν, τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀνακηρύττειν ἔνδοξον, ὁμῶσε χωρήσω τῇ Γερμανοῦ βίᾳ. Ἦχον πρὸς Αἰμιλιανὸν οὐ μόνος· ἠκολούθησαν δὲ μοι συμπρεσβυτέρους τε μου Μάξιμος, καὶ διάκονοι, Φαῦστος καὶ Εὐσέβιος καὶ Χαϊρήμων. Καὶ τις τῶν ἀπὸ Ῥώμης παρόντων ἀδελφῶν ἡμῖν συνεισῆλθεν. Αἰμιλιανὸς δὲ οὐκ εἰπέ μοι προσηγουμένως, μὴ σύναγε. Περιττὸν γὰρ τοῦτο ἦν αὐτῷ καὶ τὸ τελευταῖον ἐπὶ τὸ πρῶτον ἀνατρέγοντι. Οὐ γὰρ περὶ τοῦ μὴ συνάγειν ἑτέρους ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, ἀλλὰ περὶ τοῦ μηδ' αὐτοῦς ἡμᾶς εἶναι Χριστιανούς· κατὰ τοῦτου προσέειπες πεπαῦσθαι, εἰ μεταβαλοίμην ἔγωγε, καὶ τοὺς ἄλλους ἔψεσθαι μοι νομίζων. Ἀπεκρινάμην δὲ οὐκ ἀπεικώτως (29), οὐδὲ μακρὰν· Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Ἄλλ' ἀντικρὺ διεμαρτυράμην, ὅτι τὸν Θεὸν τὸν ὄντα μόνον, καὶ οὐδένα ἕτερον σέβων οὐδ' ἂν μεγατεθείμην, οὐδὲ παυσαίμην ποτὲ Χριστιανὸς ὢν. Ἐπὶ τοῦτοις ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἀπελθεῖν εἰς κώμην πλησίον τῆς ἐρήμου καλουμένην Κεφρῶ. Αὐτῶν δὲ ἐπακούσατε τῶν ὑπ' ἀμφοτέρων λεχθέντων ὡς ὑπεμνηματίσθη (30). Εἰσαχθέντων Διονυσίου (31) καὶ Φαῦστου καὶ Μαξίμου καὶ Μαρκέλλου καὶ Χαϊρήμονος, Αἰμιλιανὸς διέειπεν τὴν ἡγεμονίαν εἶπε· καὶ ἄγραφε ὁμῶν διελέχθη περὶ τῆς φιλανθρωπίας τῶν κυρίων ἡμῶν ἢ περὶ ὁμᾶς κέχρηται. Δεδώκασι γὰρ ἐξουσίαν ἡμῖν σωτηρίας εἰ βούλοισθε (32) ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν τρέπεσθαι, καὶ θεοῦς τοὺς σώζοντας αὐτῶν

mentio fit in lege ultima codice Theodosiano *De decurionibus*. Ejus officium describit Philo in *Flacum*, ubi de Lampono quodam loquens, qui erat hypomnematographus præfectorum Ægyptii: προσεστώς γὰρ ἡγεμόσιν ὅποτε ὑπεμνηματίσθητο, τὰς δίκας εἰσάγων ὡς ἔχων τάξιν, εἶτα τὰ μὲν ἀπῆλειφεν, ἢ παρήει ἔκων, τὰ δ' οὐ λεχθέντα προσενέταττεν. Hoc hypomnematographi officium gessit olim Alexandriae Lucianus, ut ipse testatur in *Apologia pro iis qui salarium accipiunt*, his verbis: Ἐγὼ γ' οὖν, εἰ σκέψαιο, δόξαίμ' ἂν σοι οὐ τὸ μικρότατον τῆς Αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἐγκρατεῖσθαι, τὰς δίκας εἰσάγειν, καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέσθαι, καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἀπαξάπαντων ὑπομνήματα γράφεισθαι, etc. Addit etiam Lucianus, hypomnematiographum salarium amplissimum e fisco habuisse, et peracto recte officio, provinciam regendam accepisse.

(31) Εἰσαχθέντων Διονυσίου. Hæc erat formula actorum publicorum, ut docet Amm. Marcellinus in lib. xii his verbis: *Et acta super eo gesta, non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret eorumdem. Consulatu Tauri et Florentii, inducto sub præconibus Tauro*. Ad quem locum vide quæ olim notavimus.

(32) Εἰ βούλοισθε. In tribus exemplaribus Maz., Med. et Fuk. legitur εἰ βούλεσθε.

τὴν βασιλείαν προσκυνεῖν, ἐπιλαθέσθαι τε τῶν παρὰ ἡμῶν φύσιν. Τί οὖν φατε πρὸς ταῦτα; Οὐδὲ γὰρ ἀχαρίστους ὑμᾶς ἔσεσθαι περὶ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτῶν προσδοκῶ, ἐπειδὴ περὶ τὰ βελτίω ὑμᾶς προτρέπονται. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· Οὐ πάντες πάντας προσκυνοῦσι θεοὺς, ἀλλ' ἕκαστοὶ τινας, οὓς νομίζουσιν. Ἡμεῖς τοίνυν τὸν ἕνα Θεὸν καὶ Δημιουργὸν τῶν ἀπάντων, τὸν καὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειρήσαντα τοῖς θεοφιλεστάτοις Οὐαλεριανῷ καὶ Γαλλικηνῷ σεβαστοῖς, τοῦτον καὶ σέβομεν καὶ προσκυνούμεν, καὶ τούτῳ διγενεῶς ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῶν ὅπως ἀσάλευτος διαμένῃ, προσευχόμεθα. Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν, αὐτοῖς εἶπε· Τίς γὰρ ὑμᾶς κωλύει καὶ τοῦτον εἶπερ ἐστὶ Θεὸς, μετὰ τῶν κατὰ φύσιν θεῶν προσκυνεῖν; θεοὺς γὰρ σέβειν ἐκελεύσθητε, καὶ θεοὺς οὐς πάντες Ἰσασι. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· Ἡμεῖς οὐδένα ἕτερον προσκυνούμεν. Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν, αὐτοῖς εἶπε· Ὅρῳ ὑμᾶς ὁμοῦ καὶ ἀχαρίστους ὄντας καὶ ἀναισθητοῦς τῆς πραότητος τῶν σεβαστῶν (33) ἡμῶν. Διόπερ οὐκ ἔσεσθε ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Ἀλλὰ ἀποσταλήσεσθε εἰς τὰ μέρη τῆς Λιβύης, καὶ ἐν τόπῳ λεγομένῳ Κεφρῷ· τοῦτον γὰρ τὸν τόπον ἐξελεξάμεν ἐκ τῆς κελεύσεως τῶν σεβαστῶν ἡμῶν. Οὐδαμῶς δὲ ἐξέσται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλοις τισὶν, ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια (34) εἰσιέναι. Εἰ δὲ τις φανεῖται μὴ γενόμενος εἰς τὸν τόπον τοῦτον ὃν ἐκέλευσα, ἢ ἐν συναγωγῇ τινὶ εὐρεθῆι, ἑαυτῷ τὸν κίνδυνον ἐπαρτήσει. Οὐ γὰρ ἐπιλείψει ἡ θεοῦσα ἐπιστρέφεια. Ἀπόσπῃτε οὖν ὅπου ἐκελεύσθητε. — Καὶ νοσοῦντα δὲ με κατήπειξεν, οὐδὲ μῖα ὑπέρθεσιν δούς ἡμέρας. Ποῖαν οὖν ἔτι (35) τοῦ συνάγειν ἢ μὴ συνάγειν εἶχον σχολήν; » Εἶτα μεθ' ἑτερὰ φησιν· « Ἀλλ' οὐδὲ τῆς αἰσθητῆς ἡμεῖς μετὰ τοῦ Κυρίου συναγωγῆς ἀπέστημεν. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν τῇ πόλει σπουδαιότερον συνεκρότου ὡς συνῶν, ἀπὸν μὲν τῷ σώματι, ὡς εἶπειν (36), παρὼν δὲ τῷ πνεύματι. Ἐν δὲ τῇ Κεφρῷ, καὶ πολλῇ συνεπέδησεν ἡμῖν ἐκκλησία, τῶν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀδελφῶν ἐπομένων, τῶν δὲ συνόντων ἀπ' Αἰγύπτου. Κάκει θύραν ἡμῖν ὁ Θεὸς ἀνέωξε τοῦ λόγου. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐδιώχθημεν, ἐλιθοβολήθημεν, ὕστερον δὲ τινες οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐθνῶν τὰ εἰδῶλα καταλιπόντες, ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Θεόν. Οὐ πρότερον γὰρ παραδειζόμενοι αὐτοῖς, τότε πρῶτον δι' ἡμῶν ὁ λόγος ἐπεσπάρη. Καὶ ὡς περ τοῦτου ἐνεκεν ἀπαγαγὼν ἡμᾶς πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ἐπεὶ τὴν διακονίαν ταύτην ἐπληρώσαμεν, πάλιν ἀπαγχοχεν. Ὁ γὰρ Αἰμιλιανὸς

A hiscum disserui de humanitate principum nostrorum, qua illi erga vos utuntur. Vobis enim potestatem fecerunt salutis vestræ retinendæ, dummodo ad id quod naturæ consentaneum est ferri, deosque imperii illorum custodes adorare, et eorum quæ naturæ ipsi repugnant oblivisci velletis. Quid ergo ad hæc dicitis? Neque enim vos ingrato animo fore spero adversus eorum clementiam, quippe cum ad meliora vos traducere conentur. Dionysius respondit: Non omnes ab omnibus coluntur dii, sed eos singuli colunt quos arbitrantur deos. Nos quidem unum Deum omnium rerum opificem, qui Valeriano et Gallieno sacratissimis Augustis imperium tradidit, colimus et adoramus. Huic continuas preces offerimus pro imperio illorum, ut stabile et incunctum permaneat. Æmilianus præfectus iterum dixit: Quis vero vos prohibet, quominus et hæc, si quidem Deus est, cum iis qui natura dii sunt adoretis? Deos enim colere jussi estis, eosque quos cuncti norunt deos. Dionysius respondit: Nos nullum alium adoramus. Æmilianus præfectus dixit: Video vos ingratos esse simul ac stupidos, qui clementiam Augustorum minime sentiatis. Quamobrem non manebitis in hac urbe, sed mittemini in partes Libyæ ad locum qui dicitur Cephro. Hunc enim locum jussu Augustorum nostrorum elegi. Nullatenus autem licebit vobis nec quibuscunque aliis, conventus agere, aut ea quæ vocantur cœmeteria adire. Quod si quis ad eum quem jussi locum minime profectus deprehendetur, aut in conventu aliquo fuerit inventus, is sibi ipse periculum arcesset. Non enim deerit congrua animadversio. Abscedite igitur quo jussi estis. — Statimque me tametsi ægrotantem proficisci compulit, ne diei quidem unius dilatione concessa. Quomodo igitur conventus agere aut non agere vacuum mihi deinceps fuit? » Paucis deinde interjectis, addit: **259** « Sed neque a corporali conventu, Domino juvante, absumimus. Verum eos qui in urbe erant, perinde ac si adessem, majore studio congregavi in ecclesiam; absens quidem corpore, ut jam dixi, animo autem præsens. Apud Cephro vero nobiscum magna fidelium adfuit multitudo, partim eorum qui ab urbe nos secuti fuerant, partim aliorum qui ex reliqua Ægypto confluebant. Ibi quoque januam nobis patefecit Deus ad prædicationem verbi sui. Et initio quidem persecutionem passi et lapidibus impe-

(33) Πραότητος τῶν σεβαστῶν. Codd. Med. et Maz. addunt ἡμῶν, quibus consentit codex Fuk.

(34) Κοιμητήρια. Latini areas vocabant, ita Tertullianus in libro ad Scapulam, et in Gestis purgationis Cæciliani: Nam civis in area martyrum fuerunt inclusi. Et in Gestis purgationis Felicii: Tollat aliquis de vestris in aream, ubi orationes facitis.

(35) Ποῖαν οὖν ἔτι. Accusabatur scilicet Dionysius a Germano, quod conventus fratrum non habuisset ante exortam persecutionem, sed fuga salutis suæ prospexisset. Quoties enim ingruerat persecutio, sequebantur prius episcopi populum contere, ut cum ad retinendam Christi fidem ex-

hortarentur. Deinde infantes et catechumenos baptizabant, ne sine baptismo ex hac vita migrarent; et Eucharistiam fidelibus dividebant, cum incertum esset quantum duratura esset persecutio. Quem morem docuit nos factum Dorothei cuiusdam Thessalonicensis episcopi, temporibus Justinini, quod refertur in suggestione Germani, Felicii et Dioscori, missa ad Hormisdam PP. anno Christi 519.

(36) Ἀπὸν μὲν τῷ σώματι, ὡς εἶπειν. Sic in codd. Ant. et Med. scribitur. Vulg. εἶπον. In Fuk. et Savil. scriptum inveni ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος. Certe alludit Dionysius ad locum Apostoli in priore ad Corinth. cap. v.

titi sumus. Postmodum vero non pauci ex gentilibus, relictis simulacris, ad Deum conversi sunt. Tunc enim primum apud illos verbi divini per nos sparsa sunt semina, cum illud antea non suscepissent. Ac prorsus quasi Deus ejus rei causa nos ad illos perduxisset, postquam illud ministerium implevimus, iterum nos alio transtulit. Etenim Æmilianus in asperiora quardam loca, et ut credebatur magis Libyca, nos transportare constituit. Et cunctis undecunque ad Mareoticam præfecturam confluere jussis, vicos per regionem illam dispersos singulis assignavit: nos vero magis ad viam publicam, ut primi comprehenderemur, collocavit. Id enim præcipue agebat ac molebatur, ut quandocunque voluisset, omnes nullo negotio capi possemus. Ego vero cum Cephro primum abire jussus sum, tametsi ubinam locus ille situs esset, ignorabam, quippe qui ne nomen quidem illius antea fere audivissem; nihilominus alacri constantique animo perrexi. Posteaquam vero mihi renuntiatum est ut ad Colluthionis regionem migrarem, norunt ii qui tum præsentis aderant quomodo affectus animo fuerim. Hic enim memetipsum accusabo. Principio quidem ægre admodum ac moleste tuli. Etsi enim regio illa notior nobis magisque familiaris erat quam Cephro, tamen fratribus ac probis viris vacuus esse locus dicebatur, et viatorum turbis latronumque incursionibus obnoxius. Sed multum mihi consolationis attulit, quod fratres me admonuerunt, locum illum a civitate propius abesse. Itaque quamvis Cephro maximam nobis multitudinem fratrum ex Ægypto confluentium adduxisset, adeo ut laxius jam conventus agere possemus: illic tamen ob vicinitatem urbis, charissimorum et conjunctissimorum hominum aspectu crebrius nos aiebant esse **260** frui-

(37) *Τὰ Κολουθίωνος*. Supplendum videtur *μέρη*. Sic supra dixit Dionysius *τὰ μέρη τῆς Λιβύης*. Erat autem hic locus in Mareotica præfectura. Sic etiam *τὰ βουχλίου* tractus quidam Ægypti dicebatur, a nomine scilicet dominorum qui ea loca olim possederant. Apud Nicephorum Κολουθίων hic locus dicitur cum simplici *λὰμβδα*; quam scripturam rectiorem puto. Nam Κολουθίων nomen est flexum a Colutho, qui nomen fuit frequens apud Ægyptios. Certe ita dictus est poeta quidam celebris temporibus Anastasii, oriundus ex Thebaide, ut testatur Suidas. Fuit et alter Coluthus schismaticus in Ægypto temporibus magni Anastasii, cujus crebra sit mentio in ejus *Apologia*. Eum *Acoluthum* vocat Gregorius Nyssenus in lib. xi *contra Eunomium*.

(38) *Καταδρομαῖς ἐγκείμενον*. Scribendum puto *ἐγκείμενον*.

(39) *Κατὰ μέρος... συναγωγὰς*. Quoties suburbia paulo remotiora erant ab urbe, ii qui in suburbiis illis manebant, non cogebantur ad majoris ecclesie conventus accedere, sed in eo suburbio particulares fiebant conventus in aliqua basilica, aut in loco ad hoc agendum idoneo. Id ex hoc Dionysii loco manifeste colligitur, quem nec Musculus nec Christophorsonus intellexerunt, sed omnia miscuerunt, adeo ut ex eorum interpretatione nihil sani possis elicere. Porro *προάστια* Græci dicunt non solum suburbia, quæ urbi conjuncta sunt, sed etiam vicus satis longo intervallo ab urbe dissitos. Sic Canopus duodecimo lapide distans ab urbe Alexan-

εις τραχυτέρους μὲν, ὡς δόκει, καὶ Λιβυχωτέρους ἡμᾶς μεταστῆσαι· τόπους ἐβουλήθη· καὶ τοὺς πανταχόσε εἰς τὸν Μαρεώτην ἐκέλευσε συρῆεῖν, κώμας ἐκάστοις τῶν κατὰ χώραν ἀφορίσας, ἡμᾶς δὲ μᾶλλον ἐν ὁδῷ καὶ πρώτους καταληφθησομένους ἔταξεν. Ὁκονόμευ γὰρ δηλονότι καὶ παρεσκευάζεν, ἵνα ὀπίταν βουληθείη συλλαβεῖν, πάντας εὐάλωτους ἔχει. Ἐγὼ δὲ ὅτε μὲν εἰς Κεφρών κεκλειούσην ἀπελθεῖν, καὶ τὸν τόπον ἡγγύουσι ὅποι ποτὲ οὐτός ἐστιν, οὐδὲ τὸ ὄνομα σχεδὸν πρότερον ἀκηκόεις· καὶ ὁμῶς εὐθύμως καὶ ἀταράχως ἀπήειν. Ἐπει δὲ μετασκηνώσειν εἰς τὰ Κολουθίωνος (37) ἀπηγγέλη μοι, ἴσασιν οἱ παρόντες ὅπως διετέθη· ἐνταῦθα γὰρ ἑμαυτοῦ καταγηρορήσω. Τὸ μὲν πρῶτον ἤχρησθη καὶ λίαν ἐχαλέπηνα· καὶ γὰρ εἰ γνωριμότεροι καὶ συνηθέστεροι ἐτύγγανον ἡμῖν οἱ τόποι, ἀλλ' ἔρημον μὲν ἀδελφῶν καὶ σπουδαίων ἀνθρώπων ἔφασκον εἶναι τὸ χωρίον, ταῖς δὲ τῶν ὁδοιπορούντων ἐνοχλήσει καὶ ληστῶν καταδρομαῖς ἐγκείμενον (38). Ἐτυχον δὲ παραθυμίας, ὑπομνησάντων με τῶν ἀδελφῶν, ὅτι γεινιῆ μᾶλλον τῇ πόλει. Καὶ ἡ μὲν Κεφρών πολλὴν ἡμῖν ἤγεν ἀδελφῶν τῶν ἀπ' Αἰγύπτου τῶν ἐπιμιξίαν ὡς πλατύτερον ἐκκλησιάζειν δύνασθαι· ἐκεῖ δὲ πλησιαιτέρον οὔσης τῆς πόλεως, συνεχέστερον τῆς τῶν ὄντως ἀγαπητῶν καὶ οικειοτάτων καὶ φιλιτάτων ὕψεως ἀπολαύσομεν. Ἀφίξονται γὰρ καὶ ἀναπαύσονται, καὶ ὡς ἐν προαστείοις πορρωτέρω κειμένοις, κατὰ μέρος ἔσονται συναγωγὰς (39). Καὶ οὕτως ἐγένετο. » Καὶ μεθ' ἕτερα, περὶ τῶν συμβεβηκότων αὐτῷ αἰθῆς ταῦτα γράφει· « Πολλαῖς γε ταῖς ὁμολογίαις (40) Γερμανὸς σεμνύεται. Πολλὰ γε εἰπεῖν ἔχει καθ' ἑαυτοῦ γενόμενα. Ὅσας ἀριθμησαὶ δύναται περὶ ἡμῶν ἀποράσεις, δημεύσεις, προγραφὰς, ὑπαρχόντων ἀρπαγὰς, ἀξιωματῶν ἀποθέσεις (41), δόξης κοσμικῆς ὀλιγωρίας,

dria, προάστειον dicitur ab Athanasio in libello quem obulit concilio Chalcedonensi. Sic etiam Daphne, suburbanum Antiochiæ, Achyrona Nicomediæ, et Septimium dicitur suburbanum Constantinopolis, licet aliquot passuum millibus absent ab illis civitatibus. Vide *Glossarium Pithæi in Novellis Juliani Antecessoris*, voce *Proastium*. Porro ex hoc loco colligitur ætate quidem Dionysii unicam adhuc fuisse Alexandriæ ecclesiam, in quam omnes urbis illius fideles orationis causa conveniebant. Postmodum vero temporibus Athanasii, cum plures essent ecclesie a diversis episcopis Alexandriæ ædificate, cives Alexandrini seorsum in diversis ecclesiis colligebantur, κατὰ μέρος καὶ διηρημένως, ut loquitur Athanasius in *Apologia* prima ad Constantium, nisi quod in majoribus festis, Pasche scilicet aut Pentecostes, non fiebant particulares conventus, sed universi in majori ecclesia conveniebant, ut ibidem testatur Athanasius.

(40) *Πολλαῖς γε ταῖς ὁμολογίαις*. Hæc et sequentia ironice dicuntur a Dionysio. Quæ deinde sequuntur, sic lego et interpungo: Πολλὰ γε εἰπεῖν ἔχει καθ' ἑαυτοῦ γενόμενα, ὅσα ἀριθμησαὶ δύναται περὶ ἡμῶν. Certe in vetustissimo codice Mazarino, post vocem ἡμῶν apposita est virgula, et ante vocem ὅσας ponitur subdistinctio. Codex autem Fuk. emendationi nostræ plane subscribit.

(41) *Ἀξιωματῶν ἀποθέσεις*. Hinc patet Dionysium Alexandrinum splendido genere ortum fuisse. Nam dignitas ex generis nobilitate præcipue

ἐπαίων ἡγεμονικῶν καὶ βουλευτικῶν (42) καταφρο-
νήσεις, καὶ τῶν ἐναντιῶν ἀπειλῶν, καὶ καταβοήσεων
καὶ κινδύνων, καὶ διωγμῶν καὶ πλάνης καὶ στε-
νοχωρίας, καὶ ποικίλης θλίψεως ὑπομονήν; Ὅσα τὰ
ἐπὶ Δεκίου καὶ Σαβίνου (43) συμβάντα μοι, ὅσα μέ-
χρι νῦν Αἰμιλιανοῦ. Ποῦ δὲ Γερμανὸς ἐφάνη; τίς δὲ
περὶ αὐτοῦ λόγος; Ἄλλὰ τῆς πολλῆς ἀφροσύνης
εἰς ἣν ἐμπίπτω διὰ Γερμανὸν, ὑφίεμαι· διδὼ καὶ τὴν
καθ' ἕκαστον τῶν γενομένων διήγησιν, παρήμι τοῖς
εἰδῶσιν ἀδελφοῖς λέγειν. » Ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἐν τῇ
πρὸς Δομέτιον καὶ Αἰδουμον ἐπιστολῇ τῶν ἀμφὶ τὸν
διωγμὸν αὐθις μνημονεύει ἐν τούτοις· « Τοὺς δὲ
ἡμετέρους πολλοὺς τε θνας καὶ ἀγνώτας ἑμῶν, πε-
ρισσὸν ὀνομαστὶ καταλέγειν· πλὴν ἴσται ὅτι ἄνδρες
καὶ γυναῖκες, καὶ νέοι καὶ γέροντες, καὶ κόραι καὶ
πρσβύτιδες, καὶ στρατιῶται καὶ ἰδιῶται, καὶ πᾶν
γένος καὶ πᾶσα ἡλικία, οἱ μὲν διὰ μαστίγων καὶ
πυρρῶν, οἱ δὲ διὰ σιδήρου τὸν ἀγῶνα νικήσαντες,
τοὺς στεφάνους ἀπειλήφασιν· τοῖς δὲ οὐ πάμπολυς
αὐτάρκης ἀπέβη χρόνος, εἰς τὸ φανῆναι δεκτοὺς τῷ
Κυρίῳ· ὡσπερ οὖν εἶκοι μὴδὲ ἐμοὶ ὃ μέχρι νῦν.
Διόπερ εἰς ὃν οἶδεν αὐτὸς ἐπιτήδειον καιρὸν ὑπερέ-
θετό με, ὃ λέγων· « Καίρω δεκτῶ ἐπήκουσά σου, καὶ
ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. » Τὰ γὰρ καθ'
ἡμᾶς ἐπειδὴ πυνθάνεσθε καὶ βούλεσθε δηλωθῆναι
ἡμῖν ὅπως διὰγομεν, ἡκούσατε μὲν πάντως, ὅπως
ἡμᾶς δεσμώτας ἀπαγομένους ὑπὸ ἑκατοντάρχου καὶ
στρατηγῶν (44), καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς στρατιωτῶν καὶ
ὕπηρετῶν, ἐμέ τε καὶ Γάϊον καὶ Φαῦστον καὶ Πέτρον

ducitur. Hinc in gestis purgationis Cæcilianii, quæ
post collationem Carthaginensem edita sunt, Victor
interrogatus a Zenosilo consulare, cujus conditionis
esset, respondit : *Professor sum litterarum Roma-
narum*. Deinde interrogatus cujus dignitatis esset,
respondit : *Patre decurione Constantinensium, avo
militæ, qui in comitatu militaverat*. Cæterum Diony-
sius Alexandrinus, antequam ad Christi fidem
transiret, professione rhetor fuerat, ut docet Ma-
ximus in scholiis ad librum Dionysii Areopagitæ
De cælesti hierarchia, capite 5 : Ὁ γοῦν μέγας Διο-
νύσιος ὁ Ἀλεξανδρέων ἐπισκοπος, ὃ ἀπὸ βητό-
ρων, etc.

(42) *Βουλευτικῶν*. Augustus Alexandrinus sine
ullis decurionibus republicam suam administrare
jussit. Postea vero Severus imp. Alexandrinis
curiam habere permisit, ut scribit Dio in lib. LI :
Τοῖς δ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἄνευ βουλευτῶν πολιτεύε-
σθαι ἐκέλευσεν. Paulo post, βουλευοῦσαι δὲ δὴ ἐν
τῇ Ἀλεξανδρείᾳ περὶ Σεβήρου αὐτοκράτορος ἀρξά-
μενοι. Idem scribit Spartianus in *Severo* : *Alexan-
drinis jus butentiarum dedit, qui sine publico con-
silio, ita ut sub regibus, ante vivebant, uno iudice
contenti, quem Cæsar dedisset*. Certe in epistola
Athanasii ad solitarios, mentio fit decurionum
Alexandriæ.

(43) Τὰ ἐπὶ Δεκίου καὶ Σαβίνου. Hic Sabinus
præfectus Ægypti fuerat temporibus Decii imp. De
quo Dionysius in epistola ad Fabium, quam retulit
Eusebius in cap. 41 lib. vi. Æmilianus vero præ-
fectus Ægypti de quo hic sermo est, postea impe-
rium occupavit, ut scribit Pollio in 30 *Tyrannis*;
qui tamen eum ducem appellat, non autem præ-
fectum Ægypti.

(44) Καὶ στρατηγῶν. Male interpretes hoc loco
duces interpretati sunt; quod est absurdissimum.
Cur enim pluribus opus erat ducibus ad deducen-
dum Dionysium in exsilium, cum unus tantum ad-
esset centurio? Vidit hanc absurditatem Christo-

A. tuos. Eos quippe accessuros ibique commoratos,
et tanquam in suburbanis remotioribus, particula-
res illic conventus futuros. Idque ita contigit. »
Deinde paulo post de his quæ sibi acciderunt ita
scribit : « Sed fortasse Germanus multis fidei con-
fessionibus gloriatur ; multa prædicare potest ad-
versus se gesta. Quot vero enumerare potest perin-
de atque ego, sententias iudicum, publicationes,
proscriptiones, direptiones honorum : abjectiones
dignitatum, contemptus gloriæ sæcularis, laudum
a præfectis ac decurionibus profectarum despe-
cuti : minarum denique quæ coram intentabantur,
vociferationum, discriminum, persecutionum, fugæ,
ærumnarum et ejusquomodolibet malorum tolerantiam ;
cujusmodi sunt ea quæ sub Decio et Sabino, et quæ
B in hunc usque diem sub Æmiliano nobis contige-
runt. Ubinam vero comparuit Germanus ? Quenam
alius facta est mentio ? Verum ab imprudentia illa in
quam Germani causa delapsus sum, tandem absisto.
Singularum igitur rerum narrationem fratribus
qui plenissimam gestorum notitiam habent relin-
quo. » Porro idem Dionysius in epistola quam
scripsit ad Domitium et Didymum, nonnulla ad
persecutionem illam spectantia rursus ita commemo-
rat : « Nostros vero superfluum est nominationem
recensere, cum et plurimi sint et vobis ignoti. Id
tantum in universum scire vos convenit, viros et
mulieres, juvenes ac senes, puellas et anus, milites
ac paganos, ex omni denique hominum genere

C phorsonus, eaque de causa pro στρατηγῶν emen-
davit στρατηγῶν, et ducem interpretatus est. Sed
neque hoc modo absurditatem vitare potuit. Neque
enim dux ipse reos in exsilium deducere solebat.
Sed hujusmodi officium mandabatur centurioni aut
speculatori. Aliud igitur significat vox στρατη-
γῶν, nempe duumviros seu magistratus Alexandri-
næ civitatis, Græci enim ita vocabant, ut plu-
ribus exemplis probavi ad librum xxxi Amm. Mar-
cellini. Porro hi magistratus cum haberent modicam
coercitionem, ut loquuntur jurisconsulti, reos
comprehendere, carceri mancipare et interrogare,
et acta conficere solebant, Romano præsidii iudi-
cium de iis reservantes, ut discere est ex *Actibus
apostolorum*, et ex *Actis* Pionii martyris et aliorum.
Quare non mirum est si magistratus Alexandriæ
hoc in loco operam suam commodant rectori provin-
ciæ, ad deducendum Dionysium in exsilium ;
quem scilicet ipsi comprehenderant, et in iudicium
coram præfecto Ægypti adduxerant. Sed et quæ
sequuntur verba, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς στρατιωτῶν
καὶ ὑπηρετῶν, sententiam nostram confirmant.
Nam στρατιῶται referuntur ad centurionem ; ὑπηρε-
τῆται vero ad duumviros seu magistratus quibus
parebant. Athanasius quoque, in epistola ad soli-
tarios, στρατηγῶν vocat duumvirum seu magistra-
tum Alexandriæ civitatis. Loquens enim de Arianiis
qui presbyteros ac diaconos Alexandriæ in iudicium
pertractos exsilio multaverant, ita scribit : Καὶ τῶς
αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ δουκὸς καὶ τῶν δικαστῶν ἐφυγά-
δευσαν, καταφέροντες ἐκ τῶν οἰκῶν τοὺς οἰκείους
αὐτῶν διὰ τῶν στρατιωτῶν καὶ τοῦ στρατηγῶν Γορ-
γονίου καὶ πληγαῖς κατακόπτοντες. Id est, *Quomodo
ducis ac iudicum opera eos in exsilium egere, nec-
cessarios illorum ex domibus extrahentes militari
manu, et adjumento Gorgonii magistratus*. Male
enim interpretes *Gorgonium ducem* vertit. Atqui
dux ipse Sebastianus vocabatur, teste Athanasio :
Gorgonius vero magistratus erat seu duumvir

atque ætate, alios flagrorum verberibus, alios ferri acie, alios ignibus in certamine superatis coronas retulisse. Nonnullis vero longissimum temporis spatium non satis fuit ad hoc ut Deo acceptabiles viderentur, sicuti nec mihi in hunc usque diem. Scilicet in aliud opportunum tempus quod ipsi probe cognitum est, me distulit Dominus qui dicit : « In tempore accepto exaudivi te, et in die salutis opitulatus sum tibi ⁴⁴. » De rebus autem nostris quandoquidem sciscitami, ac certiores fieri vultis quo in statu agamus : audivistis quidem omnino, quo pacto cum ego et Caius et Faustus cum Petro et Paulo vincti duceremur a centurione et magistratibus, militibusque et apparitoribus, qui una cum ipsis erant, supervenientes quidam ex Mareotis, invitos nos nec **261** sponte sequentes per vim abstraxerint. Ego quidem nunc et Petrus et Caius soli, reliquis fratribus orbat, in deserto et squalido quodam Libyæ loco conclusi sumus, tridui itinere distantes a Parætonio. » Et aliquanto post : « In urbe autem, inquit, occularunt se, ut fratres clanculo invisant, presbyteri quidem : Maximus, Dioscorus, Demetrius et Lucius. Faustus enim et Aquila, utpote in majore hominum luce positi, per Ægyptum vagantur. Diaconi vero post illos qui morbo consumpti sunt, superstites : Faustus, Eusebius, Chæremon. Eusebius, inquam, quem Deus iam inde ab initio roboravit, impulitque ut confessoribus in custodia positis ministeria strenue exhiberet ; utque consummatorum ac beatorum martyrum cadavera

⁴⁴ Isa. XLIX.

Alexandriæ, cuius id proprium munus erat, ut reos comprehenderet, et coram majoribus iudiciis sisteret. Testatur id libellus protestationis populi Alexandrini, quem Athanasius epistolæ suæ subjecit, his verbis : Οἶδα ταῦτα καὶ ὁ στρατηγὸς τῆς πόλεως Γοργόνιος. Et paulo post : Ἀπέστειλε τὸν τῆς τάξεως ὄμιλον, καὶ τὸν στρατηγὸν, θέλων αὐτὰ ἄραι, id est, *Misit speculatorem officii sui, et magistratum, ut arma illa ex ecclesia tolleret.*

(45) Ἐπελθόντες τινὲς τῶν Μαρωσιῶν. Hæc in prima persecutione sub Decio contigerunt, tunc cum Dionysius Sabini præfecti sententia Taposirim deductus est, ut scribit ipse Dionysius in epistola adversus Germanum, quæ habetur in lib. vi, c. 40. Certe qui epistolam illam Dionysii adversus Germanum cum hac quæ ad Domitium scripta est, contulerit, non dubitabit quin de una eademque re utrobique loquatur Dionysius. Quare fallitur Eusebius, qui in hac Dionysii ad Domitium epistola, ea narrari putavit quæ ad Valeriani persecutionem pertinebant, quod ex ipso Dionysio facile est refellere. Etenim in persecutione sub Valeriano, Dionysius non est deductus in exilium cum custodia militari ; nec supervenientes Marcotæ, fugatis militibus eum per vim abstractum in libertatem restituerunt ; nec Caium et Faustum, et Petrum ac Paulum presbyteros secum tunc Dionysius habuit. Quæ omnia in persecutione illa quæ paulo ante Decii imperium cœpta est, Dionysio contigerunt, ut ipse testatur in epistola *adversus Germanum*, quam refert Eusebius in lib. vi. At in persecutione sub Valeriano, Dionysium comitati sunt in exilio Maximus presbyter et diaconi Faustus, Eusebius et Chæremon, et quidam clericus Romanus, quem admodum scribit idem Dionysius in epistola *adver-*

καὶ Παῦλον, ἐπελθόντες τινὲς τῶν Μαρωσιῶν (45), ἄκοντας καὶ μὴδὲ ἐπομένους, βίβ τε σύροντες ἀφῆρασαν. Ἐγὼ δὲ νῦν καὶ Γάϊος καὶ Πέτρος, μόνου τῶν ἄλλων ἀδελφῶν ἀπορφανισθέντες, ἐν ἐρήμῳ καὶ αὐχμηρῷ τῆς Λιβύης τόπῳ κατακεκλεισμεθα, τριῶν ἡμερῶν ὄδῳ τοῦ Παρατονίου διεστηχότες. » Καὶ ὑποκαταβάς φησιν : « Ἐν δὲ τῇ πόλει καταδεύκασι ἀφανῶς ἐπισκεπτόμενοι τοὺς ἀδελφούς· πρεσβύτεροι μὲν, Μάξιμος, Διώσκορος, Δημήτριος καὶ Λούκιος· οἱ γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ προφανέστεροι Φαυστίνος καὶ Ἀκύλας, ἐν Αἰγύπτῳ πλανῶνται. Διάκονοι δὲ οἱ μετὰ τοὺς ἐν τῇ νόσῳ (46) τελευτήσαντας ὑπολειφθέντες, Φαύστος, Εὐσέβιος, Χαιρήμων· Εὐσέβιος δὲ ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἐνεδυνάμωσε καὶ παρεσκεύασε τὰς ὑπηρεσίας τῶν ἐν ταῖς φυλακαῖς γενομένων ὁμολογητῶν ἐναγωνίως ἀποπληροῦν, καὶ τὰς τῶν σωμάτων περιστολάς (47) τῶν τελείων καὶ μακαρίων μαρτύρων οὐκ ἀκινδύνως ἐκτελεῖν. Καὶ γὰρ μέχρι νῦν οὐκ ἀνήσιν ὁ ἡγούμενος, τοὺς μὲν ἀναιρῶν, ὡς προεῖπον, ὡμῶς τῶν προσαγομένων· τοὺς δὲ βασάνους καταβαίνων, τοὺς δὲ φυλακαῖς καὶ δεσμοῖς ἐκτῆκων, προστάσων τε μηδένα τούτοις προσιέναι, καὶ ἀνερευνῶν μὴ τις φανεῖη. Καὶ ὁμοῦς ὁ Θεὸς τῇ προθυμίᾳ καὶ λιπαρίᾳ τῶν ἀδελφῶν διαναπαύει τοὺς πεπιεσμένους. » Καὶ τοσαῦτα μὲν ὁ Διονύσιος, καὶ ἐν ταύτῃ τέθειται τῇ γραφῇ. Ἰστέον δὲ ὡς ὁ μὲν Εὐσέβιος δὲ διάκονον προσεῖπεν, μικρὸν ὑπερον ἐπίσκοπος Ἐκκλησίας τῆς κατὰ Συρίαν (48) Λαοδικεῖας καθίσταται, ὁ δὲ Μάξιμος δὲ τότε πρεσβύτερον εἶρηκε, μετ' αὐτὸν Διονύσιον, τὴν λειτουργίαν τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἀδελφῶν διαδέχε-

sus Germanum, quam refert Eusebius in cap. 10 hujus libri.

(46) Ἐν τῇ νόσῳ. Rufinus legit νήσῳ. Sic enim vertit : *Sed et ex diaconis quosdam in insula post pœnas confessionis esse defunctos.* Verum Dionysius luem intelligit, quæ Galli et Volusiani temporibus grassata est per totum orbem Rom., ut Eusebius in *Chronico* alique testantur. Vide Aurelium Victorium. Ejusdem morbi meminit Dionysius infra cap. 22, ubi etiam de diaconis loquitur quos pestus illa consumpsit.

(47) Περιστολάς. Hanc vocem Christophoronus longo verborum circuitu ita est interpretatus : *Ad lintea, quibus corpora beatorum martyrum jam vita defunctorum involverentur, conficienda.* Habebat scilicet præ oculis Christophoronus morem ævi nostri, quo mortuos linteo operire atque ita humo condere solemus. Apud antiquos vero, de Christianis etiam loquor, alius mos erat. Vestibus enim cadavera amiciebant, et quidem pretiosissimis, ut docet Eusebius infra cap. 16 de Asturio. Si quis tamen Christophoroni versionem velit defendere, habet quo illam tueatur, testimonium Athanasii. Is enim in *Vita B. Antonii* ita scribit : *Solent Ægyptii pie defunctorum atque imprimis sanctorum martyrum corpora funerare quidem et linteis involvere, non autem mandare terræ, sed imposita lectulis, intra privatos parietes retinere.*

(48) Ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Συρίαν. Codd. Med., Fuk. et Maz. vocem addunt hoc modo : Οὐ μικρὸν ὑπερον ἐπίσκοπος Ἐκκλησίας τῆς κατὰ, etc., longe rectius. Nam Eusebius diu postea episcopus fuit Laodicæ; successit enim Socrati, ut docet Eusebius infra.

ται. Φαύτος, δὲ σὺν αὐτῷ τρηκιδῶς διαπρέφας ἐν τῇ ὁμολογίᾳ, μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ φυλαχθεὶς, γηραιὸς κομιδῇ καὶ πλήρης ἡμερῶν, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς μαρτυρίῳ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς τελειοῦται. Ἄλλὰ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῷ Διονυσίῳ συμβάντα, τοιαῦτα.

forte videatur accedere. Verumtamen Deus ex alacritate ac benignitate fratrum, solatium assidue præstat afflictis. Hæc Dionysius in illa scripsit epistola. Sciendum porro est, Eusebium quidem quem Dionysius diaconum appellat, brevi postea Laodiceæ in Syria episcopum esse constitutum; Maximum vero, qui a Dionysio presbyter dicitur, post obitum ipsius Dionysii administrationem Alexandrinæ Ecclesiæ suscepisse; Faustum denique qui tunc temporis confessionis titulo una cum Dionysio inclauit, ad nostri usque temporis persecutionem reservatum, grandævum jam ac pene decrepitem nostra ætate capite amputato martyrium consummasse. Verum de iis quæ Dionysio tunc temporis acciderunt, hactenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ τῶν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης μαρτυροσάντων (Nic. H. E. vi, 11).

Κατὰ δὲ τὸν δηλούμενον Οὐαλεριανοῦ διωγμὸν, τρεῖς ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης τῇ κατὰ Χριστὸν διαλάμψαντες ὁμολογίᾳ, θεῖω κατεκροσμήθησαν μαρτυρίῳ, θηρίων γενόμενοι βορά. Τούτων ὁ μὲν Πρίσκος ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ Μάλχος, τῷ δὲ τρίτῳ Ἀλέξανδρος ἄνομα ἦν. Τούτους φασὶ κατ' ἀγρὸν οἰκοῦντας, πρότερον μὲν ἑαυτοὺς ὡς ἀμελεῖς καὶ βραθύμους κκίσαι, ὅτι δὴ βραθειῶν τοῦ καιροῦ τοῖς πόθου γλιγομένοις οὐρανοῦ διανέμοντος, ὀλιγοροῦεν αὐτοί, μὴ οὐχὶ προαρπάζοντες τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον, ταῦτα δὲ βουλευσαμένους, ὀρμησάσι ἐπὶ τὴν Καισαρείαν, ὁμόσε τε χωρήσασιν ἐπὶ τὴν δικαστήν, καὶ τυχεῖν τοῦ προδεηλωμένου τέλους. Ἐτι πρὸς τοῦτους γυναικίον τι κατὰ τὸν αὐτὸν διωγμὸν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει, τὸν ὅμοιον ιστοροῦσιν ἀγῶνα διηθληκέναι. Τῆς δὲ Μαρκίωνος αὐτὴν αἰρέσεως γενέσθαι κατέχει λόγος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ τῆς μετὰ Γαλλιητῶν εἰρήνης.
(Nic. H. E. vi, 12).

Ἄλλ' οὐκ εἰς μακρὸν δουλείαν τὴν παρὰ βαρβάρους ὑπομείναντος Οὐαλεριανοῦ, μοναρχήσας ὁ παῖς, σφρονέστερον περὶ τὴν ἀρχὴν διατίθεται (49), ἀνήσκει τε αὐτίκα διὰ προγραμμάτων τὸν καθ' ἡμῶν διωγμὸν, ἐπ' ἐλευθερίας τοῖς τοῦ λόγου προσετώσι τὰ ἐξ ἔθους ἐπιτελεῖν δι' ἀντιγραφῆς προστάξας, ἧτις τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· Ἐαὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούπιος Λικίνιος Γαλλιητὸς, Εὐσεβῆς, Εὐτυχῆς, Σεβαστὸς, Διονυσίῳ καὶ Πίννᾳ καὶ Δημητρίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις· τὴν εὐεργεσίαν τῆς ἐμῆς δωρεᾶς διὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἐκδιδασθῆναι προσέταξα· ὅπως ἀπὸ τόπων τῶν θρησκευσίμων ἀποχωρήσῃσι. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς τῆς ἀντιγραφῆς τῆς ἐμῆς τῷ τύπῳ (50) χρῆσθαι δύνασθε, ὥστε μηδένα ὑμῖν

(49) *Περὶ τὴν ἀρχὴν διατίθεται.* Vox *per* suppletur ex codd. Med. et Maz., quibus etiam consentiunt codd. Fuk. et Savil. Porro monendus est lector, capitulum ordinem hic a Rufino commutatam. Hæc enim duo capita 13 et 14 Rufinus collocavit post caput 19, quod est de cathedra Jacobi. In indice tamen capitulorum, quem idem Rufinus huic libro præfixit, idem est ordo capitulorum qui in Græcis Eusebii exemplaribus. Cur autem Rufinus ordinem capitulum mutaverit, causam non video, nisi forte quia commodius esse censuit, Marini et Asturii martyria subnectere passioni martyrum Cæsa-

A non sine capitis sui periculo sepeliret. Nam in hunc usque diem non cessat præfectus nostros qui præsentibus ipsis exhibentur, partim interficere crudelissime, partim tormentis dilaniare, partim squalore carceris et vinculis macerare, interdicens ne quis ad eos accedat et perscrutans num quis

Laodiceæ in Syria episcopum esse constitutum; Maximum vero, qui a Dionysio presbyter dicitur, post obitum ipsius Dionysii administrationem Alexandrinæ Ecclesiæ suscepisse; Faustum denique qui tunc temporis confessionis titulo una cum Dionysio inclauit, ad nostri usque temporis persecutionem reservatum, grandævum jam ac pene decrepitem nostra ætate capite amputato martyrium consummasse. Verum de iis quæ Dionysio tunc temporis acciderunt, hactenus.

B

CAPUT XII.

De iis qui apud Cæsaream Palæstinæ martyrio perfuncti sunt.

Porro in hac Valeriani persecutione, tres viri post insignem Christi confessionem apud Cæsaream Palæstinæ ad bestias damnati, divino martyrio coronati sunt. Horum unus dicebatur Priscus, alter Malchus, tertius autem Alexander. 262 Qui cum in agro degerent, primum quidem seipsos insimulasse dicuntur tanquam ignavos ac desides; quod cum occasio ipsa cælesti amore flagrantibus præmia distribueret, ipsi cessarent, nec coronam martyrii præriperent. Inuito deinde inter se consilio, Cæsaream profecti, iudicem ipsum adorti sunt, eamque quam diximus sententiam exceperunt. Præter hos mulier quædam in eadem civitate, persecutionis hujus tempore, simili certamine perfuncta esse memoratur. Quam quidem ex Marcionis secta fuisse, constans fama est.

C

CAPUT XIII.

De pace a Gallieno reddita.

Verum Valeriano non multo post a barbaris capto et in servitutem redacto, filius ejus Gallienus solus imperium obtinens, moderatius se gessit: missisque edictis, persecutionem adversus nostros commotam sedavit; utque religionis nostræ antistites secure deinceps munus suum obirent, hujusmodi rescripto præcepit: Ἐ Imperator Cæsar P. Licinius Gallienus, Pius, Felix, Augustus, Dionysio, Πίννᾳ, Δημητρίῳ, et reliquis episcopis. Indulgentiam beneficii nostri per universum orbem diffundi præcepimus, ut cuncti a religiosis locis abscedant. Quocirca et vos rescripti nostri forma uti potestis, ut nullus vobis deinceps molestiam facessat. Atque id quod vobis exsequi licet, jam dudum a me cœnsariensis. Sed animadvertere debuerat diversis hæc temporibus contigisse. Nam Cæsarienses quidem illi passi sunt in persecutione Valeriani, Marinus autem et Asturius sub Gallieno. Rufini errorem Usuardus et Ado ac reliqui deinceps secuti, martyrium Marini atque Asturii in Valeriani tempora contulerunt. Sed eos refellit Eusebius, ut dixi.

(50) *Ἀντιγραφῆς... τῷ τύπῳ.* Formam rescripti interpretatus sum, ut Latini loqui solent. Sic Ambrosius, et imperatores in Codice, ut notavi ad librum xiv Ann. Marcellini.

cessum est. Proinde Aurelius Cyrenius procurator A summæ rei, dati a nobis rescripti formam sequetur. » Hæc ex Latino in Græcum sermonem quo clarius intelligerentur, translata, operi nostro inserimus. Est et alia ejusdem imperatoris constitutio ad alios episcopos data, qua iis permisit ut cœmeteriorum suorum loca recuperarent.

φέρεται, ἣν πρὸς ἐτέρους ἐπισκόπους πεποιήται, τὰ τῶν χωρία.

CAPUT XIV.

Quinam iisdem temporibus floruerunt episcopi.

Eadem tempestate Romanæ quidem Ecclesiæ adhuc præerat Xystus; Antiochenam vero post mortem Fabii 263 Demetrianus regebat; apud Cæsaream Cappadociæ Firmilianus; in Ponto Gregorius fraterque ejus Athenodorus, ambo Origenis discipuli, Ecclesias gubernabant. Apud Cæsaream autem Palæstinæ mortuo Theoclisto sacerdotium suscepit Dominus. Quo non multo post ex hac vita sublato, Theotecnus qui ad nostram usque ætatem superfuit, in ejus locum subrogatus est. Hic quoque Origenis auditor fuisse dicitur. Hierosolymis vero post Mazabanis obitum, episcopalem sedem obtinuit Hymenæus, qui nostra etiam ætate plurimis laudum titulis inclaruit.

CAPUT XV.

Quomodo Marinus apud Cæsaream martyrio perfunctus est.

Interea pace cunctis ubique Ecclesiis reddita, apud Cæsaream Palæstinæ Marinus quidam militari dignitate decoratus, ad hæc splendore generis atque opibus clarus, ob confessionem Christi capite truncatus est hac de causa. Honor quidam est vitis apud Romanos, quam qui adepti sunt, centuriones dicuntur. Hic locus cum vacaret, Marinus ordine gradus sui ad eam promotionem vocabatur. Verum cum honore illo jamjam potiturus esset, quidam ad tribunal accedens Marinum accusare cœpit, asserens illi quidem utpote Christiano homini, et imperatoribus sacrificare renuenti, Romanam dignitatem ca-

(51) *Τοῦ μεγίστου πράγματος προστατεύων.* Hunc locum jam dudum explicavi in notis ad excerpta ex Dione Cocceiano, pag. 112. Cujacius in lib. viii *Observat.*, cap. 52, recte quidem monuit, rationale summæ rei his verbis designari. Sed quid esset summa res, non intellexit. Nos ad illum Dionis locum, ostendimus summam rem idem esse ac summam pecuniam, τὸν καθόλου λόγον.

(52) *Εὐστός.* Imo Xystus jampridem obierat. Quippe Xystus in persecutione Valeriani insigni martyrio coronatus est Tusco et Basso coss., vii Idus Augusti, ut constat tum ex epistola Cypriani, tum ex *Libro Pontificali*.

(53) *Τῶν ἐν στρατείαις.* Cohortalis militia hic videtur intelligi, ut ex sequentibus licet colligere. Fit enim mentio Achæi judicis, et fori ac judiciorum, quæ de armata et castrensi militia dici non possunt. Certe si de armata militia hic sermo esset, Marinus coram duce aut coram legato Cæsaris causam dixisset. Habebant autem ordinarii judices etiam centuriones suos et cornicularios in officio suo. Sed et cuncta fere nomina officialium qui ipsis appare-

ἔνοχλεῖν. Καὶ τοῦτο ὅπερ κατὰ τὸ ἐξὸν δύναται ὑφ' ὑμῶν ἀναπληροῦσθαι, ἤδη πρὸ πολλοῦ ὑπ' ἐμοῦ συγκεχώρηται. Καὶ διὰ τοῦτο Ἀύρηλιος Κυρήνιος ὁ τοῦ μεγίστου πράγματος προστατεύων (51), τὸν τύπον τὸν ὑπ' ἐμοῦ δοθέντα διαφυλάξει. » Ταῦτα ἐπὶ τὸ σαφέστερον ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἐρμηνευθέντα γλώττης ἐγκείμεθα. Καὶ ἄλλη δὲ τοῦ αὐτοῦ διάταξις τῶν καλουμένων κοιμητηρίων ἀπολαμβάνειν ἐπιτρέ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Οἱ κατ' ἐκεῖνο συνηκμακότες ἐπίσκοποι (Nic. H. E. vi, 34).

Ἐν τούτῳ δὲ τῆς μὲν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας εἰσέτι τότε καθηγείτο Εὐστός (52), τῆς δὲ ἐπ' Ἀντιοχείας μετὰ Φάβιον, Δημητρίανδον· Φιρμιλιανὸς δὲ Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν. Καὶ ἐπὶ τούτοις τῶν κατὰ Πόντον ἐκκλησιῶν Γρηγόριος καὶ ὁ τοῦτου ἀδελφὸς Ἀθηνόδωρος, Ὀριγένους γνῶριμοι. Τῆς δ' ἐπὶ Παλαιστίνης Καισαρείας Θεοκτίστου μεταλλάξαντος, διαδέχεται τὴν ἐπισκοπὴν Δόμνος. Βραχεῖ δὲ χρόνῳ τούτου διαγενομένου, Θεότεκνος ὁ καθ' ἡμᾶς, διάδοχος καθίσταται. Τῆς δ' Ὀριγένους διατριβῆς καὶ οὗτος ἦν. Ἀλλὰ καὶ ἐν Ἱεροσόλοις ἀναπαυσάμενος Μαζαβάνου, τὸν θρόνον Ὑμέναιος, ὁ καὶ αὐτὸς ἐπὶ πλείστοις τοῖς καθ' ὑμᾶς διαπρέψας ἔτεσι, διεδέξατο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὅπως κατὰ Καισάρειαν Μαρῖνος ἐμαρτύρησεν (Nic. H. E. vi, 13).

Κατὰ τούτους εἰρήνης ἀπανταχοῦ τῶν ἐκκλησιῶν οὐσης, ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης Μαρῖνος τῶν ἐν στρατείαις (53) ἀξιωμασι τετιμημένων, γένει τε καὶ πλούτῳ περιφανῆς ἀνὴρ, διὰ τὴν Χριστοῦ μαρτυρίαν τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, τοιάσδε ἔνεκεν αἰτίας. Τιμὴ τις ἐστὶ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ κλημα, οὗ τοὺς τυχεύοντας φασὶν ἑκατοντάρχους γίνεσθαι. Τόπου σχολάζοντος (54) ἐπὶ τοῦτο προκοπῆς τὸν Μαρῖνον ἢ τοῦ βαθμοῦ τάξις ἐκάλει. Ἦδη τε μέλλοντα τῆς τιμῆς ἔχεσθαι, παρελθὼν ἄλλος πρὸ τοῦ βήματος, μὴ ἐξεῖναι μὲν ἐκεῖνῳ τῆς Ῥωμαίων μετέχειν ἀξίας κατὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους, Χριστιανῷ γε

bant, de castrensi militia erant sumpta, ut notat Asconius Peditanus.

(54) *Ἐκατοντάρχους γίνεσθαι. Τύπου σχολάζοντος.* Cod. Reg., γίνεσθαι τόπου, sine distinctione, eamque interpunctionem tuetur Casaubonus in notis ad Spartianum, pag. 21. Sic enim censet Casaubonus, vitem fuisse insigne quo futuri centuriones designabantur, centurionatum ipsum gesturi, cum locus aliquis vacuus fuisset. Sed Salmasius in notis ad eundem Spartianum, hanc interpretationem Casauboni merito reprehendit, quippe qui aliud esse credidisset vitem gerere, aliud centurionem esse. Itaque Salmasius Eusebii locum aliter interpungit, et post vocem γίνεσθαι finale punctum apponit, ut fecere Mæculus et Christophorus. Certe in vetustissimis cod. Mazarino, Fuk. et Medicæ post vocem γίνεσθαι subdistinctio ascribitur. Sed in iisdem codicibus, post voces illas τόπου σχολάζοντος punctum in summo apponitur. Ex quo apparet, scriptos omnes codices in hujus loci distinctione consentire. Nec valde refert utro modo distinctiones, cum semper idem: sensus existat quoquo modo interpunxeris.

ὄντι καὶ τοῖς βασιλεῦσι μὴ θύοντι, κατηγορεῖ· αὐτῷ δὲ ἐπιβάλλειν τὸν κλῆρον. Ἐφ' ᾧ κινήθηεν τὸν δικαστήν, Ἀχαιὸς οὗτος ἦν (55), πρῶτον μὲν ἐρέσθαι πρίας ὁ Μαρῖνος γνώμης εἶη. Ὡς δ' ὁμολογοῦντα Χριστιανὸν ἐπιμόνωσ ἐώρα, τριῶν ὥρων ἐπιδοῦναι αὐτῷ εἰς ἐπίσκεψιν διάστημα. Ἐκτὸς δὴτα γενόμενον αὐτὸν τοῦ δικαστηρίου, Θεότεκνος ὁ τῆδε ἐπίσκοπος ἀφέλκει προσελθὼν δι' ὀμίλιας, καὶ τῆς χειρὸς λαβὼν, ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν προάγει. Εἶσω τε πρὸς αὐτῷ στήσας τῷ ἀγιασματοι, μικρὸν τε παραστείλας αὐτοῦ τῆς χλαμύδος (56) καὶ τὸ προσηρητημένον αὐτῷ ξίφος ἐπιδείξας, ἅμα τε ἀντιπαρατίθησι προσταγῶν αὐτῷ τὴν τῶν θεῶν Εὐαγγελίων γραφὴν, κελεύσας τῶν δυεῖν ἐλέσθαι τὸ κατὰ γνώμην. Ὡς δ' ἀμελλήτι τὴν δεξιᾶν προτείνας, ἐδέξατο τὴν θεῶν Γραφὴν, ἔχου τοῖνον, ἔχου, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ Θεότεκνος, τοῦ Θεοῦ, καὶ τύχοις ὧν εἶλου, πρὸς αὐτοῦ δυναμούμενος, καὶ βάδιζε μετ' εἰρήνης. Εὐθὺς ἐκείθεν ἐπανελθόντα αὐτὸν, κήρυξ ἔδδα καλῶν πρὸ τοῦ δικαστηρίου· καὶ γὰρ ἤδη τὰ τῆς προθεσμίας τοῦ χρόνου πεπλήρωτο. Καὶ δὴ παραστάς τῷ δικαστηρίῳ, καὶ μείζονα τῆς πίστεως τὴν προθυμίαν ἐπιδείξας, εὐθὺς ἐκείθεν, ὡς εἶχεν, ἀπαχθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ, τελειοῦται (57).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ἡ κατὰ Ἀστύριον ἱστορία (Nic. H. E. vi, 14).

Ἐνθα καὶ Ἀστύριος ἐπὶ τῇ θεοφιλεῖ παρρήσιᾳ μνημονεύεται, ἀνὴρ τῶν ἐπὶ Ῥώμης συγκλητικῶν γενόμενος, βασιλεῦσι τε προσφιλεῖς, καὶ πᾶσι γνῶριμος εὐγενείας τε ἕνεκα καὶ περιουσίας· ὃς παρὼν τῆνικαδε τελειουμένων τῷ μάρτυρι, τὸν ὧμον ὑποθεῖς, ἐπὶ λαμπρᾶς τε καὶ πολυτελοῦς ἐσθῆτος ἄρας τὸ σῆνος ἐπιφέρεται, περιστείλας τε εὖ μάλα πλουσίως, τῇ προσηκούσῃ ταφῇ παραδίδωσι. Τούτου μύρια μὲν καὶ ἄλλα μνημονεύουσιν οἱ τάνδρος καὶ εἰς ἡμᾶς διαμείναντες γνῶριμοι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τῶν κατὰ Πανεάδα σημειῶν τῆς τοῦ Σωτήρος ἡμῶν μεγαλοσυρίας.

Ἄτις καὶ παραδόξου τοιοῦτου. Ἐπὶ τῆς Φιλίππου Καισαρείας ἦν Πανεάδα Φοίνικας (58) προσαγορεύου-

(55) Ἀχαιὸς οὗτος ἦν. Christophorus Achiuum genere vertit, cui non assentior. Achæus enim nomen proprium est; quomodo vocatus olim est dux celeberrimus qui adversus Antiochum rebellavit, ut scribit Polybius. Hic porro Achæus de quo loquitur Eusebius, præses erat Palæstinæ, et in urbe Cæsareæ, quæ caput erat totius provinciæ, sedem habebat.

 stratione reipublice, Constantius et Galerius Augu-
 sti creati sunt, divisusque inter eos Romanus or-
 bis. » Idem observat Orosius in lib. vii, his verbis: «
 Galerius et Constantius Augusti, primi imperium

gesta fuerant, cum imperium Romanum totum in duas partes divisum est; quod quidem nunquam antea factum esse memoratur. Paulo post imperator Constantius, vir in omni vita placidissimus, qui et elementia in subditos, et singulari erga fidem nostram benevolentia præditus erat, Constantinum proprium filium vice sua imperatorem atque Augustum relinquens, fatali morte defunctus est. Primusque ab ipsis gentilibus relatus est inter divos, cunctisque honoribus qui imperatori debentur, post obitum ornatus. Omnium principum clementissimus ac benignissimus; et qui ex cunctis nostri temporis imperatoribus, solus convenientem imperatorie majestati vitam exegit. Denique tum aliis in rebus humanissimum se ac beneficentissimum erga omnes præstitit; tum concitati adversus nos belli nullatenus particeps fuit. Sed cum veri Dei cultores qui sub imperio suo debebant, immunes ab omni noxa et calumnia servasset, nec aut Ecclesiarum aedes subvertisset, aut quidquam adversus nostros esset molitus, tandem felicissimum ac beatissimum vite exitum consecutus est. Quippe qui solus omnium, in imperio suo cum summa tranquillitate et gloria, successorem relinquens proprium filium, modestissimum ac religiosissimum principem, ex hac luce migravit. Hujus igitur filius Constantinus, ab ipso statim exordio supremus imperator et Augustus a militibus 310, diuque antea ab omnium imperatore Deo renuntiat, paternæ erga fidem nostram pietatis æmulatorem se præstitit. Et hic quidem ejusmodi fuit. Posthæc Licinius communi imperatorum suffragio Imperator et Augustus declaratus est. Quod quidem Maximinus ægre admodum tulit, qui hactenus Cæsar duntaxat ab omnibus appellabatur. Hic ergo præ cæteris tyrannico ingenio præditus, Augustus a semetipso

Romanum in duas partes determinaverunt. De hac imperii divisione quam urbs Roma præ cæteris ægerime tulit, loquitur Porphyrius in *Panegyrico carmine* ad Constantinum, quod scripsit anno imperii Constantini quinto decimo, quinquennialibus Cæsarium Crispi et Constantini.

..... lacerata cruentis

*Imperiis, pars fessa poli divisa gemebat,
Scoptra et Ausoniæ mærebat perditâ jura.*

Et aliquando post, ita Constantinum alloquitur:
*Et reparata jugans mæstii divortia mundi
Orbes junge pures: det leges Roma volentes,
Principe te in populos.*

Hæc paulo accuratius notavi; tum quia nondum satis observata sunt, tum quia Christophorsonus ea non intellexit; qui pro partitione dissensionem interpretatus est.

(64) *Πράγμα μὴδ' ἄλλοτὲ πω πάλαι γεγονός.* Nostri codices Maz., Med., Fuk. et Savil. vocem *πάλαι* addunt quæ in vulg. deest.

(65) *Πρώτῳ τε ἐν θεοῖς.* Non quod primo omnium imperatori Constantio hic honos contigerit, ut inter divos referretur. Multi enim imperatores ante Constantium inter divos a senatu relati fuerant. Sed quod ex quatuor imperatoribus qui imperium simul gubernaverant, Diocletiano scilicet et Maximiano, Constantio atque Galerio, primus Constantius hunc honorem adeptus est, quippe qui primus obiisset.

Α μὴδ' ἄλλοτὲ πω πάλαι γεγονός (64), μνήμη παραδομένη. Χρόνου δ' οὐ πλείστου μεταξύ γενομένου, βασιλεὺς Κωνσταντίος τὸν πάντα βίον πραότατα καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐνοϊκώτατα, τῷ τε θεῷ λόγῳ προσκλιέστατα διαθέμενος, παῖδα γνήσιον Κωνσταντίνον αὐτοκράτορα καὶ Σεβαστὴν ἀνθ' ἐαυτοῦ καταλιπὼν, κοινῷ φύσεως νόμῳ τελευτᾷ τὸν βίον, πρῶτός τε ἐν θεοῖς (65) ἀνηγορεύετο παρ' αὐτοῖς, ἀπάσης μετὰ θάνατον, ὅση βασιλεὺς τις ἂν ὠφείλετο, τιμῆς ἡξιωμένος. χρηστότατος καὶ ἡπιώτατος βασιλείων, ὃς δὴ καὶ μόνος τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν πάντα τῆς ἀρχῆς διατελέσας χρόνον, καὶ πᾶσι τοῖς πᾶσι δεξιώτατον καὶ εὐεργετικώτατον παρασχὼν ἑαυτὸν, τοῦ τε καθ' ἡμῶν πολέμου (66) μηδαιῶς ἐπικαιωνήσας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἠσοσεβεῖς, Β ἀβλαβεῖς καὶ ἀνεπηρέστους φυλάξας, καὶ μήτε τῶν Ἑκκλησιῶν τοὺς οἴκους καθελὼν. μὴθ' ἑτερόν τι καθ' ἡμῶν καινουργήσας, τέλος εὐδόκιμον (67) καὶ τρισμαχάριον ἀπέλιπε τοῦ βίου, μόνος ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐμενῶς καὶ ἐπιδόξως ἐπὶ διαδόχῳ γνήσιῳ παιδί, πάντα σωφρονεστάτῳ τε καὶ εὐσεβεστάτῳ, τελευτήσας. Τοῦτο παῖς Κωνσταντίνος εὐθύς ἀρχόμενος, βασιλεὺς τελεύωτατος καὶ Σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατοπέδων, καὶ ἔτι πολὺ τούτων πρότερον πρὸς αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ ἀναγορευθεὶς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο. Καὶ οὗτος μὲν τοιοῦτος. Λικίνιος δὲ ἐπὶ τούτοις ὑπὸ κοινῆς ψήφου τῶν κρατούντων αὐτοκράτωρ καὶ Σεβαστὸς ἀναπέβη. Ταῦτα Μαξιμῖνον δεινῶς ἐλύπει, μόνον Καίσαρα παρὰ πάντας (68) εἰσέτι τότε χρηματίζοντα· ὃς δὴ οὖν τὰ μάλιστα τυραννικὸς ὢν, παραρπάσας ἑαυτῷ τὴν ἀξίαν, Σεβαστὸς ἦν, αὐτὸς ὑφ' ἐαυτοῦ γεγονός· ἐν τούτῳ δὲ Κωνσταντίνῳ μηχανὴν θανάτου συρβᾶπτων ἀλόως, ὃ μετὰ τὴν ἀπόθεσιν ἐπανηρῆσθαι δεδηλωμένος (69), αἰσχίστῳ κατὰστρέφει θανάτῳ. Πρώτου δὲ τού-

(66) *Τοῦ τε καθ' ἡμῶν πολέμου.* In tribus nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. scriptum est τῶν δὲ καθ' ἡμῶν, non male.

(67) *Τέλος εὐδόκιμον.* Εὐδαιμον cod. Reg., cui consentit appendix libri viii, ut videre est infra pag. 317. Reliqui tamen codices, Maz. scilicet ac Med. cum Fukeiano et Saviliano scriptum hic habent τέλος εὐδόκιμον καὶ τρισμαχάριον.

(68) *Μόνον Καίσαρα παρὰ πάντας.* Vulg., πάντων. In codd. Maz., Med. et Fuk. legitur παρὰ πάντας recte: id est, aliter ac reliqui omnes. Quatuor enim Augusti ea tempestate reipublicam Romanam administrabant: Galerius scilicet, Constantinus, Maxentius atque Licinius, Maximinus vero jam pridem Cæsar a Galerio factus, usque ad Galerii obitum in ea dignitate permansit. Quare verissimum est, quod hic ait Eusebius, ægre tulisse Maximinum, quod inter tot Augustos solus ipse tantum Cæsar diceretur, cum tamen Cæsaris dignitatem ante tres illos superiores memoratos principes accepisset.

(69) *Ὁ μετὰ τὴν ἀπόθεσιν ἐπανηρῆσθαι δεδηλωμένος.* Hæc verba desunt in vetustissimis codd. Mazarino et Fuk. Sed habentur in Regio codice, et ad oram codicis Medicæi scripta sunt eadem manu. Porro cum Eusebius dicat se supra retulisse qualiter Maximianus Herculius purpuram resumpserit, id quo loco dixerit Eusebius, adhuc quæro.

του (70) τὰς ἐπὶ τιμῇ γραφὰς, ἀνδριάντας τε καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐπ' ἀναθέσει νενομίσται, ὡς ἀνοσίου καὶ δυσσεβεστάτου καθήρουν.

Περὶ τοῦ τρόπου τῶν τῆς εὐσεβείας ἐχθρῶν (Nic. H. E. vii, 21).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ τοῦ τρόπου τῶν τῆς εὐσεβείας ἐχθρῶν (Nic. H. E. vii, 21).

Τούτου παῖς Μαξέντιος, ὁ τὴν ἐπὶ Ῥώμῃς τυραννίδα συστήσάμενος, ἀρχόμενος μὲν τὴν καθ' ἡμᾶς πίστιν ἐπ' ἀρεσκείᾳ καὶ κολακείᾳ τοῦ δήμου Ῥωμαίων καθυπεκρίνατο, ταύτη τε τοῖς ὑπηκόοις τὸν κατὰ Χριστιανῶν ἀνεῖναι προστάττει διωγμὸν, εὐσέβειαν ἐπιμυρφάζων, καὶ ὡς ἂν δεξιὸς καὶ πολὺ πρᾶος παρὰ τοὺς προτέρους φανεῖη. Οὐ μὴν οἷος ἔσσεσθαι ἠλπίσθη, τοιοῦτος ἔργους ἀναπέφηνεν· εἰς πάσας δ' ἀνοσιουργίας ὀκειλάς, οὐδὲν ὃ τι μιαιρίας ἔργων καὶ ἀκολασίας παραλέλοιπε, μοιχείας τε καὶ παντοίας ἐπιτελῶν φόβας· διαζευγνύς γέ τοι τῶν ἀνδρῶν τὰς κατὰ νόμον γαμετάς, ταύτας ἐνυθρίζων, ἀτιμώτατα τοῖς ἀνδράσιν αὐθις ἀπέπεμπε· καὶ ταῦτ' οὐκ ἀσήμοις οὐδ' ἀφανέσιν ἐγχειρῶν ἐπετῆδευεν, ἀλλ' αὐτῶν δὴ μάλιστα τῶν τὰ πρῶτα τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου βουλῆς ἀπανηγεγμένων ἐμπαροινῶν τοῖς ἐξοχωτάτοις. Οἱ πάντες δ' αὐτὸν ὑποπεπτηχότες δήμοι καὶ ἄρχοντες, ἔνδοξοί τε καὶ ἄδοξοι, δεινή κατετρώχοντο τυραννίδι. Καὶ οὐδ' ἡμερῶν καὶ τὴν πικρὰν φερόντων δουλείαν, ἀπαλλαγὴ τις ὅμως ἦν τῆς τοῦ τυράννου φρονήσεως ὠμότητος· ἐπὶ σμικρᾷ γοῦν ἡδὴ ποτὲ προψέσει, τὸν δῆμον εἰς φόνον τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις ἐκδίδωσι (71), καὶ ἐκτείνετο μυρία τοῦ δήμου Ῥωμαίων πλήθη ἐπὶ μέσῃ τῆς πόλεως, οὐ Σκυθῶν οὐδὲ βαρβάρων, ἀλλ' αὐτῶν τῶν οἰκείων δόρασι καὶ πανοπλίαις. Συγκλητικῶν γε μὴν φόνος ὅσος δι' ἐπιβουλὴν ἐνηργεῖτο τῆς οὐσίας, οὐδ' ἐξαριθμησασθαι δυνατόν, ἄλλοτε ἄλλαις πεπλασμέναις αἰτίαις μυρίων ἀναιρουμένων. Ἡ δὲ τῶν κακῶν τῷ τυράννῳ κορωνίς, ἐπὶ γοητείᾳ ἡλευσε· μαγικαῖς ἐπινοίαις (72) ποτὲ μὲν γυναῖκας ἐγκύμονας ἀνασχίζοντος, ποτὲ δὲ νεογνῶν σπλάγχνα βρεφῶν διερευνωμένου, λέοντάς τε κατασφάττοντος, καὶ τινὰς ἀρήρητοποιίας ἐπὶ δαιμόνων προκλήσεις καὶ ἀποτροπιασμὸν τοῦ πολέμου συνισταμένου· διὰ τούτων γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς νίκης κατορθωθήσεσθαι, ἢ πᾶσα ἐτύγχανεν ἐλπίς. Οὗτος μὲν οὖν ἐπὶ Ῥώμῃς τυραννῶν, οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν ὅσα δρῶν τοὺς ὑπηκόους κατεδουλοῦτο, ὡς ἡδὴ καὶ τῶν ἀναγκαίων τροφῶν ἐν ἐσχάτῃ σπᾶνει καὶ ἀπορίᾳ

A renuntiatus est. Sub id tempus Maximianus quem post depositum imperium iterum purpuram sumpsisset retulimus; cum adversus Constantinum in sidias moliri deprehensus esset, sædissimo mortis genere interit. Primusque hic fuit, cujus utpote impii ac sceleratissimi hominis imagines omnes et statuæ cæteraque id genus monumenta quæ in honorem imperatorum erigi solent, dejecta atque abolita sunt.

CAPUT XIV.

De moribus persecutorum.

Hujus filius Maxentius, qui Romæ tyrannidem arripuit, principio quidem fidei nostræ professionem simulavit, ut in eo morem gereret blandireturque populo Romano. Itaque subditis suis præcepit, ut a persecutione Christianorum desisterent; fictam scilicet pietatis speciem præ se ferens, utque benignior multo atque humanior superioribus principibus videretur. Verum progressu temporis haudquaquam talem se rebus ipsis præstitit, qualis futurus sperabatur. Quin contra ad omnia scelera et flagitia æstu quodam mentis abreptus, nullum impietatis aut libidinis genus prætermisit. Nam et adulteria et cujusque modi supra perpetrabat. Cumque uxores legitimas a viris per divortium abstraxisset, ipse cum omni sæditate et ignominia eis illudens, denuo ad maritos easdem remittebat. Neque vero viles duntaxat et obscuros homines hujusmodi injuriis afficere studebat, sed illos præcipue qui in senatu Romano principem locum obtinebant, eminentissimo cuique maxime insultans. Proinde tam plebei omnes quam magistratus, tam obscuro quam nobiles, eum reformidantes, gravissima tyrannide opprimebantur. Ac tametsi quiete agerent et tyrannidem patienter tolerarent, ne sic tamen vitare poterant cruentam tyranni atrocitatem. Denique quodam die levissimam ob causam, **311** populum Romanum militibus prætorianis tradidit occidendum. Atque ita innumerabilis multitudo populi Romani, non Scythiarum ac barbarorum, sed civium suorum hastis armisque in media urbe trucidata est. Quantæ porro senatorum cædes factæ sint ut in bona eorum invaderetur, numerari nullo modo potest, cum plurimi quotidie fictis variis criminibus interficerentur. Tandem vero tyrannus sceleribus suis quasi quoddam fastigium, magicæ artis præstigias imposuit, nunc mulieres gravidas dissecans, nunc infantum recens in lucem editorum rimans viscera; leones quoque interdum matans, et nefanda quædam peragens sacra ad dæ-

(70) Πρώτου δὲ τούτου. Hæc verba eodem modo exponenda sunt, quo illa superius a nobis exposita πρώτος τε ἐν θεοῖς. At Christophorus hunc locum ita interpretatus est, quasi legeretur πρὸ δὲ τούτου.

(71) Τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις ἐκδίδωσι. Idem refert Aurelius Victor in Maxentio: « Adeo sævus, uti Prætorianis eadem vulgi quondam annuerit. » Constantinus vero, victo postea Maxentio, Prætorianas cohortes abolevit; specie quidem ob eam vulgi eadem, sed re ipsa, ne res novas molirentur; neve imperatores crearent, prout Maxentium Augustum renuntiaverant. Porro Zosimus eandem

quoque rem, licet paulo aliter, narrat. Scribit enim, cum Romæ templum Genii fortuito incendio conflagraret, cunctique ad restinguendum ignem accurrissent, militem quemdam qui nomen illud gentilium deridebat, a plebe interemptum fuisse. Ex quo tantam subito seditionem militum exarsisse, ut tota pene urbs peritura fuerit, nisi Maxentius subvenisset.

(72) Μαγικαῖς ἐπινοίαις. Post hæc verba in editionibus, et in Regio ac Medicæo codice punctum ponitur, quod Christophorus non fecit. Verum in codice Mazarino, ante hæc voces media distinctio ponitur optime. Eandem distinctionem reperi in codice Fuketii.

mones evocandos, et ad bellum quod jam imminere depellendum. His enim artibus victoriam se adepturum haud dubia spe præsumperat. Illic igitur dum Romæ tyrannidem exercet, vix dici potest quot quantisque malis subditos oppresserit, atque in servitutem redegerit; adeo ut ad extremam truci sint alimentorum penuriam, qualem antea Romæ aut alibi unquam fuisse nulla hominum memoria recordari potest. At in Orientis partibus tyrannus Maximinus, initio clam fœdere cum Maxentio Romanæ urbis tyranno, utpote scelerum germanitate sibi junctissimo, diu quidem latere studuit. Tandem vero deprehensus pœnas debitas persolvit. Mirum est enim quanta hic nequitiae affinitate et similitudine, Romanæ urbis tyrannum expresserit, seu potius longo intervallo superarit. Quippe impostorum et magorum principes summi honoris apicem apud eum obtinebant: cum ipse supra modum meticulosus esset ac superstitiosus, et simulacrorum ac dæmonum vanitati imprimis deditus. Nihil certe aggredi, nihil summo, quod aiunt, digito commovere absque vaticiniis et oraculis audebat. Quam ob causam acerbius ac vehementius quam superiores principes persequi nostros instituit; deorum templa in singulis urbibus erigi præcipiens, et si quæ essent temporis velustate collapsa, reparari. Ad hæc flumines in singulis locis atque urbibus constituit, iisdemque sacerdotem cuiusque provincie præfecit, eum qui cunctis in curia muneribus egregie perfunctus esset, addito ei militari satellitio. Denique hariolis omnibus, velut religiosis viris ac divino numine acceptissimis, provinciarum administrationes et **312** maxima privilegia concessit. Post hæc non unam duntaxat urbem aut regionem, sed universas provincias imperio suo subjectas, auri argentique, et pecuniarum exactionibus, et indictionibus gravissimis, variisque subinde condemnationibus vexavit atque oppressit. Sed et locupletissimum quemque paternis avitisque spoliatus bonis, ingentes opes ac nummorum acervos assentatoribus suis donabat. Jam vero temulentiae et crapulae eo usque obnoxius fuit, ut in comotationibus insaniret ac fureret; et ea imperaret ebrius, quorum postridie sobrium pœnitebat. Quod autem ad luxum ac delicias attinet, in eo nulli secundus; nequitiae omnis magis tum rectori-

Α καταστῆναι, ὅσην ἐπὶ Ῥώμῃς οὐδ' ἄλλοτε οἱ καθ' ἡμᾶς γενέσθαι μνημονεύουσιν. Ὁ δ' ἐπ' Ἀνατολῆς τύραννος Μαξιμίνοσ, ὡς ἂν πρὸς ἀδελφῶν τὴν κακίαν πρὸς τὸν ἐπὶ Ῥώμῃς φιλίαν κρύβδην σπενδόμενος, ἐπὶ πλεῖστον χρόνον λαυθάνειν ἐβρόντιζε, φωραθεὶς γέ τοι ὕστερον, δίχην τίνουσι τὴν ἀξίαν. Ἦν δὲ θαυμάσαι, ὅπως καὶ οὗτος τὰ συγγενῆ καὶ ἀδελφά, μᾶλλον δὲ κακίας τὰ πρῶτα καὶ τὰ νικητήρια τῆς τοῦ κατὰ Ῥώμην τυράννου κακοτροπίας ἀπεινεγμένους. Γοῆτων τε γὰρ καὶ μάγων οἱ πρῶτοι τῆς ἀνωτάτω παρ' αὐτῷ τιμῆς (73) ἤξιοντο, φοφοθεοῦς ἐς τὰ μάλιστα καὶ δεισιδαιμονεστάτου καθεστῶτος, τὴν τε περὶ τὰ εἰδῶλα καὶ τοὺς δαίμονας περὶ πολλοῦ τιθεμένων πλάνην. Μαντείων γοῦν διχα καὶ χρηστημῶν οὐδὲ μέχρις ὄνουσ, ὡς εἰπεῖν, τολμᾶν τι κινεῖν οἷός τε ἦν. Οὐ χάριν καὶ τῷ καθ' ἡμῶν σφοδρότερον ἢ οἱ πρόσθεν καὶ πυκνότερον ἐπετίθετο διωγμῶ, νεώσ τε κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐχειρεῖν, καὶ τὰ χρόνου μῆκει καθηρημένα τεμένη, διὰ σπουδῆς ἀνανεοῦσθαι προστάτων, ἱερέας τε εἰδῶλων κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν· καὶ ἐπὶ τούτων ἐκάστης ἐπαρχίας ἀρχιερεῶ (74), τῶν ἐν πολιτείαις ἕνα γέ τινα τὸν μάλιστα ἐμφανῶς διὰ πάσης ἐμπρέψαντα λειτουργίας, μετὰ στρατιωτικοῦ στίφους καὶ δορυφορίας ἐκτάσων, ἀναδὴν τε πᾶσι γόησιν, ὡς ἂν εὐσεβέσι καὶ θεῶν προσφιλέσιν, ἡγεμονίας καὶ τὰς μέγιστας προνομίας δωρούμενος. Ἐκ δὲ τούτων ὀρμώμενος, πόλιν μὲν οὐ μίαν οὐδὲ χώραν, ὅλας δὲ ἄρδην τὰς ὑπ' αὐτὸν ἐπαρχίας, χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χρημάτων ἀμυθήτων εἰσπράττει, ἐπισκήψεις (75) τε βαρυτάταις, καὶ ἄλλοτε ἄλλαις καταδικαῖς ἡγία καὶ κατεπίεζε. Τῶν γε μὴν εὐπόρων τὰς ἐκ προγόνων περιποιηθείσας οὐσίας ἀφαιρούμενος, πλοῦτους ἀθρόως καὶ σωροὺς χρημάτων τοῖς ἀμφ' αὐτὸν κόλαξιν ἐδωρεῖτο. Παροινίας γε μὴν καὶ μέθης ἐς τοσαύτην ἡγάθη φορᾶν, ὡς ἐν τοῖς πότοις παρακόπτειν καὶ τῶν φρενῶν παρελίστασθαι, τοιαῦτα τε μεθύοντα προσάττειν, οἷα ἀνανήψαντι αὐτὸν τῇ ὑστεραίᾳ εἰς μετάμελον ἀγειν· κραιπάλῃς δὲ καὶ ἀσωτίας μηδὲν καταλιπὼν ὑπερβολῆν, κακίας διδάσκαλον τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἄρχουσιν τε καὶ ἀρχομένοις· ἑαυτὸν καθίστη, θρύπτεσθαι μὲν πῶ στρατιωτικὸν διὰ πάσης τρυφῆς τε καὶ ἀκλασίας ἐνάγων, ἡγεμόνας δὲ καὶ στρατοπεδάρχας δι' ἀρπαγῶν καὶ πλεονεξίας χωρεῖν κατὰ τῶν ὑπηκόων, μονο-

Β

Γ

Δ

ουχὶ συντυραννοῦντας αὐτῷ προκαλούμενος. Τί δαί τὰς ἐμπαθεῖς τοῦ ἀνδρὸς αἰοχρουργίας μνημονεύειν;

(73) Παρ' αὐτῷ τιμῆς. Scribendum est αὐτοῦ, ut ad oram codicis Turnebi ac Moræi emendatur. Sequitur enim φοφοθεοῦς, etc.

(74) Ἐκάστης ἐπαρχίας ἀρχιερεῶ. Sacerdotes vocabantur a gentilibus, qui totius provincie templa ac delubra sub dispositione sua habebant: Flamines vero, qui in singulis oppidis ac municipiis deorum sacra procurabant, ut jam pridem notavi ad lib. xxviii Ann. Marcellini. Cave porro existimes, Maximinum primum sacerdotes provincie instituisse. Diu enim ante illum fuerunt. Sed Maximinus eorum honorem auxit, addito illis satellitio, id est licioribus et apparitoribus. Creabantur autem sacerdotes ex corpore Curialium, ii qui omnibus muneribus publicis cum summa laude ante perfun-

cti essent. Tantaque hæc dignitas habebatur, ut ipsos magistratus seu duumviros in gradu antecesserent. Certe in gestis purgationis Cæciliani, ea dignitas ante duumviratum nominatur. Sic enim legitur: « In jure apud Aurelium Didymum Spectum sacerdotem Jovis optimi maximi, duumvirum splendide colonie Cathaginensium. » Vide cap. 4, lib. ix. Hi sacerdotes in secretaria judicium ingrediendi et cum iis sedendi jus habebant, ut patet ex Actis Theodori martyris die x Novembris.

(75) Ἐπισκήψεις. Musculus vertit *statutis*; Christophorus *mandatis gravissimis*. Eadem voce utitur Eusebius in lib. x *Historie Ecclesiasticæ*, cap. 8, de Licinio loquens: Ἐπισκήψεις τε μυρία κατὰ τῶν ὑποχαιρών ἐθνῶν ἐτενόει.

ἡ τῶν πρὸς αὐτοῦ μεμοιγεμένων ἀπαριθμεῖσθαι τὴν πληθύν; Οὐκ ἦν γέ τοι πόλιν αὐτὸν παρελθεῖν, μὴ οὐχὶ ἐκ παντὸς φθορὰς γυναικῶν, παρθένων τε ἀρπαγὰς εἰργασμένον. Κατὰ πάντων γέ τοι αὐτῷ ταῦτα προϋχόμεναι, μὴ ὅτι μόνων Χριστιανῶν, οἱ θανάτου καταφρονήσαντες, παρ' οὐδὲν αὐτοῦ τὴν τοσαύτην ἔθεντο τυραννίδα. Οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες (76) ἀνατλάντες πῦρ καὶ σίδηρον, καὶ προσηλώσεις, θήρας τε ἀγρίους καὶ θαλάττης βυθοῦς, ἀποτομάς τε μελῶν καὶ καυτήρας, καὶ ὀφθαλμῶν κεντήσεις τε καὶ ἐξορύξεις, καὶ τοῦ παντὸς σώματος ἀκρωτηριασμούς, λιμὸν τε ἐπὶ τούτοις καὶ μέταλλα, καὶ δεσμὰ, ἐπὶ πάντων μᾶλλον ὑπομονὴν τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐνεδείξαντο, ἢ τὸ σέβας τὸ εἰς Θεὸν εἰδώλοισι ἀντικατηλλάξαντο. Αἱ δ' αὖ γυναῖκες οὐκ ἤττον τῶν ἀνδρῶν ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου διδασκαλίας ἠββενωμέναί, αἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς τοὺς ἀνδράσι ἀγῶνας ὑποστᾶσαι, ἴσα τῆς ἀρετῆς ἀπηνέγκαντο βραβεῖα, αἱ δὲ ἐπὶ φθορᾷ ἐλκόμεναι, θάττον τὴν ψυχὴν θανάτῳ, ἢ τὸ σῶμα τῇ φθορᾷ παραδεδύκασι. Μόνη γοῦν τῶν ἄλλων ὑπὸ τοῦ τυράννου μεμοιγεμένων, Χριστιανῶν τῶν ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐπιστημοτάτη τε καὶ λαμπροτάτη, τὴν ἐμπαθῆ καὶ ἀκόλαστον Μαξιμίνοι ψυχὴν δι' ἀνδρειοτάτου παραστήματος ὑπερξενίχησεν (77), ἐνδοξος μὲν τᾶλλα πλούτῳ τε καὶ γένει καὶ παιδείᾳ, πάντα γὰρ μὴν δευτέρα σωφροσύνης τεθειμένη· ἦν καὶ πολλὰ λιπαρήσας, κτείνει μὲν ἐτοίμως θνήσκειν ἔχουσαν οὐκ οἶός τε ἦν, τῆς ἐπιθυμίας μᾶλλον τοῦ θυμοῦ κατακρατούσης αὐτοῦ, φυγῆ δὲ ζημιώσας, πάσης ἀφελίετο τῆς οὐσίας. Μυρία δ' ἄλλα πρὸς τῶν κατ' ἔθνος ἀρχόντων πορευίας ἀπειλὴν μηδ' ἀκούσαι δεδυνημέναί, πᾶν εἶδος βασάνων καὶ στρεβλώσεων, καὶ θανατηφόρου κολάσεως ὑπέστησαν. Θαυμασταὶ μὲν οὖν καὶ αὐταὶ ὑπερφυῶς γὰρ μὴν θαυμασιωτάτη ἢ ἐπὶ Ῥώμης εὐγενεστάτη τῶν ὄντων καὶ σωφρονεστάτη γυνὴ πασῶν, αἷς ἐμπαροινεῖν ὁ ἔκεισε τύραννος Μαξέντιος τὰ ὁμοία Μαξιμίνῳ δρῶν ἐπειράτο. Ὡς γὰρ ἐπιστάντας τῷ οἴκῳ τοὺς τὰ τοιαῦτα τῷ τυράννῳ διακονομένους ἐπέθετο (Χριστιανῆ δὲ καὶ αὕτη ἦν), τὸν τε ἄνδρα τὸν αὐτῆς, καὶ ταῦτα Ῥωμαίων ὄντα ἔπαργον, τοῦ δέους ἕνεκα, λαβόντας αὐτὴν ἀγειν ἐπιτρέψιντα, ἐς βραχύν (78) ὑποπαραιτησαμένη ὡς ἂν ἡδὴ κατακοσμηθεῖ τὸ σῶμα, εἰσεῖσιν ἐπὶ τοῦ ταμεῖου, καὶ μονοθεῖσα, ξίφος καθ' ἑαυτῆς πῆγγυσι (79)· θα-

bus tum subditis suis exhibuit. Ac milites quidem lascivia ac mollitie diffuere permisit. Præsides vero ac duces, perinde ac tyrannidis suæ consortes, omni rapacitate atque avaritia grassari adversus provinciales præcepit. Quid dicam de fœdissima hominis libidine? Quid de innumerabilibus adulteriis? Neque enim per ullam urbem iter unquam fecit, quin mulierum supra, et virginum raptus in ea perpetraret. Atque hæc ex voto ipsi successerunt adversus cunctos, solis exceptis Christianis: qui calcato mortis metu, tam violentam hominis tyrannidem despexerunt. Nam et viri ignem ac ferrum, clavorum suffixiones, bestias, profundos maris gurgites, membrorum abscissiones ac perustiones, confixiones et effossiones oculorum, totius denique corporis mutilationes: ad hæc famem, metalla ac vincula perpessi, in his omnibus maluerunt pro vera pietate tolerantiam suam specimen edere, quam rejecto Dei cultu, simulacra venerari. Et mulieres doctrina veræ fidei non minus quam viri roboratæ, aliæ eadem quæ viri certamina subierunt, et æqualia virtutis adeptæ sunt præmia; aliæ, cum raperentur ad stuprum, vitam citius quam pudorem corporis sui prodere sustinuerunt. Certe unica mulier Christiana, Alexandrinarum omnium nobilissima atque opulentissima, cum cæteræ a tyranno violatæ fuissent, effusam atque effrenatam Maximini libidinem virili quadam animi celsitudine devicit. Mulier tum ob splendorem 313 generis ac divitias, tum ob singularem doctrinam celeberrima: sed quæ modestiam ac pudicitiam his omnibus præferabat. Quam cum tyrannus sæpius interpellasset de stupro, obtruncare quidem illam, mori utique paratam, non sustinuit, eo quod crudelitate superior esset cupiditas. Cæterum bonis omnibus spoliata, exsilio damnavit. Sexcentæ quoque aliæ, cum stupri minas quas provinciarum rectores ipsis intentabant, ne auditu quidem tenus ferre potuissent, omnia cruciatuum, tormentorum et capitalium suppliciorum genera per tulere. Omnes quidem admiratione dignissimæ, sed præ omnibus admirationem meretur mulier illa in urbe Roma, omnium earum quas Maxentius, illarum partium tyrannus Maximino in cunctis simillimus, violare aggressus est, longe nobilissima et castissi-

(76) Οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες. Vide panegyricum ab Eusebio scriptum in tricennialibus Constantini, pag. 622, ubi hæc iisdem fere verbis repetuntur.

(77) Ὑπερξενίχησεν. Sic in vetustissimo codice Mazar. scribitur, cui consentit codex Fuk. et Sav.

(78) Ἐς βραχύν. Deesse videntur aliquot verba, quæ ita suppleri possunt, ἐς ἀποχώρησιν χρόνον βραχύν ὑποπαραιτησαμένη, etc. Sic loquitur Eusebius supra, ubi de muliere Antiochena, quæ cum duabus virginibus se in flumen præcipitavit. Paulo post ubi legitur ὡς ἂν ἡδὴ, codex Mazarinus habet ὡς ἂν δὴ, quod rectius videtur. Ita certe scriptum habent codex Fuk. et Savillii.

(79) Σίφος καθ' ἑαυτῆς πῆγγυσι. In vetustissimo codice Mazarino scholium legitur in ima pagina ascriptum ad horum verborum expositionem: Πῶς ἐν πολλοῖς οὗτος ἀποδέγεται τὰς ἑαυτῆς διαχρησαμένης; καί-οι γὰρ ἡ τῆς Ἑκκλησίας χρίσις, οὐχὶ τὰς εἰς

ἑαυτῆς τὰ τῶν δημίῳν ἐπιδειξαμένης ἐν μάρτυσιν ἀναγράφει· δεῖλιας γὰρ μᾶλλον ἢ ἀνδρείας, φόβῳ κολάσεως τὸν θάνατον προαρπάξεν· ἀλλὰ τὰς μηδὲν φοβερὸν ἕνεκα τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας ἠγούμενας, ἀλλὰ πάντα προθύμως πάσχειν, ἅπερ ἂν ἡ τύραννος καὶ δαιμονιώδης ἐπίνοια κολαστήρια ἐπέχει. Id est: « Quomodo iste miratur mulieres, quæ sibi metipsis mortem consciverunt? Et tamen Ecclesiæ iudicium, in martyrum numero non reponit eas quæ suis partium carnifices extiterunt. Ignavia enim potius est quam fortitudinis, suppliciorum metu mortem prævertere. Verum eas in album martyrum refert, quæ ob confessionem Christi nihil formidandum esse existimarunt, alacri animo perpeti paratæ, quæcunque ipsis tormenta tyrannorum ac dæmonum ingeniosa solertia irrogasset. » Recte quidem observavit quisquis est auctor huius scholii, ἀτοχείαν ab Ecclesia non probari; cum homines mortis

ma. Hæc enim simul atque eos quibus tyrannus ad huiusmodi flagitia ministris utebatur, irrupisse in domum suam comperit, et maritum suum qui præfecturam Romanæ urbis gerebat, conterritum permisisse satellitibus ut ipsam abducerent (erat autem Christiana), breve temporis spatium quasi ad exorandum corpus concedi sibi postulavit. Post hæc in cubiculum ingressa, solam se relictam esse circumspiciens, gladium pectori immergit. Quo vulnere protinus exanimata, cadaver quidem perductoribus dereliquit: ipso autem facto, quod profecto omni vocis sono clarius intonat, universis qui nunc sunt et qui posthac erunt hominibus denunciavit, solam Christianorum virtutem invictam et inexpugnabilem copia uno eodemque tempore exuberavit, auctoribus duobus tyrannis, quorum alter Orientem, alter Occidentem occupaverat. Quis est porro qui cum tantorum malorum causam inquisiverit, affirmare dubitet, persecutionem adversus nos concitatum horum omnium fontem exstitisse, cum præsertim non nisi post redditam Christianis libertatem, tanta reipublicæ perturbatio finem acceperit?

CAPUT XV.

De his quæ gentilibus acciderunt.

Toto certe persecutionis decennio, nunquam a mutuis inter ipsos insidiis, et ab intestino bello cessatum est. Ac mare quidem navigantibus imperivium erat. Et quicumque alicunde solverant, **314** protinus capti gravissimis verberibus affliciebantur, et tormentis atque unguis latera sulcantibus, omnique cruciatuum genere interrogabantur, utrum ab hostibus venirent: tandemque crucis supplicio aut incendio necabantur. Jam clypei et loriceæ, tela et hastæ, aliaque ejusmodi bellorum instrumenta ubique comparabantur. Ad hæc triremes et arma ad navales pugnas accommodata passim instruebantur. Nec aliud quidquam exspectare unusquisque poterat quam quotidianam hostium incursionem. Fames post hæc pestisque supervenit, de quibus suo loco ac tempore dicturi sumus.

CAPUT XVI.

De rebus in meliorem statum restitutis.

Hæc sunt quæ toto persecutionis illius tempore contigerunt. Quæ quidem persecutio ope divini Numinis, anno tandem decimo prorsus sedata est, cum post octavum annum aliquantisper remittere cœpisset. Postquam enim cœlestis Dei gratia benigno nos ac propitio vultu respexit, tum principes illi ipsi qui persecutionem adversus nostras primum com-

metu, aut per desperationem manus sibi violentas afferunt. Sed quoties divini Spiritus instinctu ad id impelluntur, quod rarissime accidit: tunc id facinus approbat quidem ac miratur Ecclesia, quippe quæ divino Spiritu semper regitur et afflatur: non tamen imitandum proponit. Vide quæ de hac resenserit Augustinus in libro *De civitate Dei*, cap. 26. Porro idem scholium legitur etiam in libro Savi-
niano.

(80) *Μόρον χρημάτων.* In lib. 1 *De vita Constantini*, cap. 28, ubi hæc refertur historia, legitur *μόνον χρημάτων*, rectius, ut opinor.

(81) *Τὸν κατὰ τὸν διωγμὸν δεκαετοῦς χρόνον.* Persecutio cœpit anno Christi 305. Diocletiano octies et Maximiano septies coss. Desiit vero anno

νοῦσά τε παραχρήμα, τὸν μὲν νεκρὸν τοῖς προαγωγοῖς καταλιμπάνει, ἔργοις δ' αὐτοῖς ἀπάσης φωνῆς γεγωνότεροις, ὅτι μόνον χρημάτων (80) ἀήτητον τε καὶ ἀνώλεθρον ἢ παρὰ Χριστιανῶν ἀρετῇ πέφυκεν, εἰς πάντας ἀνθρώπους τοὺς τε νῦν δευκας καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα γενησομένους ἐξέφηνη. Τοσαῦτα δὲ τα κακίας φορὰ ὑφ' ἑνα καὶ τὴν αὐτὸν συνηγήθη καιρὸν, πρὸς τῶν δύο τυράννων ἀνατολῆν καὶ δύσιν διειληφῶτων κατεργασθεῖσα. Τίς δ' ἂν τὴν τῶν τοσσούτων διερευνώμενος αἰτίαν, διατάξει, μὴ οὐχὶ τὸν καθ' ἡμῶν διωγμὸν ἀποφήνασθαι; "Ὅτε γε μάλιστα οὐ πρότερον τὰ τῆς τοσσηδε πέπαυτο συγχύσεως, ἢ Χριστιανούς τὰ τῆς παρθένιας ἀπολαβεῖν.

nec morti obnoxiam esse. Talis ac tanta nequitiae copia uno eodemque tempore exuberavit, auctoribus duobus tyrannis, quorum alter Orientem, alter Occidentem occupaverat. Quis est porro qui cum tantorum malorum causam inquisiverit, affirmare dubitet, persecutionem adversus nos concitatum horum omnium fontem exstitisse, cum præsertim non nisi post redditam Christianis libertatem, tanta reipublicæ perturbatio finem acceperit?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τῶν τοῖς ἐκτὸς συμβεβηκότων
(Nic. H. E. vii, 22).

Διὰ παντός γέ τοι τοῦ κατὰ τὸν διωγμὸν δεκαέτους χρόνου (81), τῶν εἰς ἐπιβουλὴν καὶ πόλεμον τὴν κατ' ἀλλήλων, οὐδὲν αὐτοῦς διαλέλοιπεν. Ἀπλωτα μὲν γὰρ τὰ κατὰ θάλατταν ἦν, οὐδ' ἐξῆν ποθεν καταπλεύσαντας, μὴ οὐχὶ πάσαις αἰχίαις ὑπάγεσθαι, στρεβλουμένους καὶ τὰς πλευράς καταξαινομένους, βασάνοις τε παντοίοις, μὴ ἄρα παρὰ τῶν δι' ἐναντίας ἐχθρῶν ἤκιοιεν, ἀνακρινόμενους, καὶ τέλος σταυροῖς ἢ τῇ διὰ πυρὸς ὑπαγομένους κολάσει. Ἀσπίδων ἐπὶ τούτοις καὶ θωράκων παρασκευαί, βελῶν τε καὶ δορῶν, καὶ τῆς ἄλλης πολεμικῆς παρατάξεως ἐτοιμασίαι· τριήρων τε καὶ τῶν κατὰ ναυμαχίαν ὀπλῶν κατὰ πάντα συνεκροτούτο τόπον, οὐδ' ἦν ἄλλο τι πανοῖ τῶ προσδοκῶν, ἢ πολεμίων κατὰ πᾶσαν ἐφοδὸν ἡμέραν. Τούτοις καὶ ὁ μετὰ ταῦτα λιμός τε καὶ λοιμὸς ἐγκατασχέπτει: περὶ ὧν κατὰ καιρὸν ἱστορήσομεν τὰ δέοντα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον τῶν πραγμάτων μεταβολῆς (Nic. H. E. vii, 22).

Τοιαῦτ' ἦν τὰ (82) διὰ παντός τοῦ διωγμοῦ παρατεταχότα, δεκάτῳ μὲν εἴη σὺν Θεοῦ χάριτι παντελῶς πεπαυμένου, λωφῶν γε μὴν μετ' ὀγδοῦν ἔτος ἐναρξαμένου. Ὡς γὰρ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐπισκοπὴν εὐμενῆ καὶ ἴλω ἢ θεία καὶ οὐράνιος χάρις ἐνεδείκνυτο, τότε δὴτα καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς ἄρχοντες, αὐτοὶ δὴ ἐκεῖνοι δι'

Christi 312, tunc cum Constantinus, victo Maxentio, litteras ad Maximinum Orientis imperatorem dedit pro Christianorum libertate, ut scribit Eusebius in libro ix. Duravit igitur persecutio per decem annos, ut hic dicitur. Atque ita in manuscriptis Eusebii *Chronica* notatur anni persecutionis, ut monuit Pontaeus. Non recte igitur Epiphanius in libro *De ponderibus et mensuris*, hanc persecutionem XII annis durasse scribit. Vide caput 16, ubi decimo anno sedata esse dicitur persecutio.

(82) *Τοιαῦτ' ἦν τὰ.* Ab his verbis inchoavimus caput 16, Maz. et Fuketianum codd. secuti. At in codice Mediceo quem in distinguendis capitibus sequitur Rob. Stephanus, omissa hic est capitum distinctio.

ὧν πάλοι τὰ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνηργεῖτο πολέμων, πα-
ραδοξότατα μεταθέμενοι τὴν γνώμην, παλινοφίδιαν
ἤδον, χρῆστοις περὶ ἡμῶν προγράμμασι καὶ διατά-
γμασιν ἡμερωτάτοις τὴν ἐπὶ μέγα ἀφθείσαν τοῦ διω-
γμοῦ πυρκαϊᾶν σβεννύντες. Οὐκ ἀνθρώπινον δέ τι τοῦ-
του κατέστη αἴτιον, οὐδ' οἶκτος, ὡς ἂν φαίη τις, ἢ
φιλανθρωπία τῶν ἀρχόντων, πολλοῦ δὲ πλείω γὰρ
ὁσημέραι καὶ χαλεπώτερα ἀρχῆθεν εἰς ἐκείνο τοῦ
καιροῦ τὰ καθ' ἡμῶν αὐτοῖς ἐπενοεῖτο, ποικιλωτέ-
ραις μηχαναῖς ἄλλοτε ἄλλως τὰς καθ' ἡμῶν αἰκίας
ἐπικαιουργούντων· ἀλλ' αὐτῆς γε τῆς θείας Προ-
νοίας ἐμφανῆς ἐπισκεψίς, τῇ μὲν αὐτῆς καταλλαττο-
μένης λαῶ, τῇ δ' αὐθέντη τῶν κακῶν ἐπεξιούσης
καὶ πρωτοστάτη τῆς τοῦ παντός διωγμοῦ κακίας (83)
ἐπικολουμένης. Καὶ γὰρ εἰ τι ταῦτ' ἔχρην κατὰ θείαν
γενέσθαι κρίσιν, ἀλλὰ, « Οὐαί, φησὶν ὁ λόγος, δι'
οὐ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται. » Μέτεσι γοῦν αὐτὸν θέλα-
τος κλάσις, ἐξ αὐτῆς αὐτοῦ καταρξαμένη σαρκός,
καὶ μέχρι τῆς ψυχῆς προσελθούσα. Ἀθρόα μὲν γὰρ
περὶ τὰ μέσα τῶν ἀπορρήτων (84) τοῦ σώματος
ἀπόστασις γίνεται αὐτῷ. Εἰθ' ἔλκος ἐν βάθει συριγ-
γώδες, καὶ τούτων ἀνιάτος νομή (85) κατὰ τῶν ἐνδο-
τάτω σπλάγχων· ἀφ' ὧν ἀεκτόν τι πλήθος σκωλή-
κων βρύειν, θανατώδη τε ὁδμὴν ἀποπνέειν, τοῦ παν-
τός δ' ὄγκου τῶν σωμάτων ἐκ πολυτροφίας αὐτῷ καὶ
πρὸ τῆς νόσου εἰς ὑπερβολὴν πλήθους πιμελῆς μετα-
βληθέντος· ἦν τότε κατασπαεῖσαν, ἀφόρητον καὶ
φοικιτοτάτην τοῖς πλησιάζουσι παρέχειν τὴν θέαν.
Ἰατρῶν δ' οὖν οἱ μὲν, οὐδ' ὄλιγος ὑπομείναι τὴν τοῦ
δυσώδους ὑπερβάλλουσαν ἀτοπίαν οἶοι τε, κατεσφάτ-
τοντο, οἱ δὲ διωδύχτος τοῦ παντός ὄγκου καὶ εἰς ἀνέλ-
πιστον σωτηρίας ἀποπεπρωκότος μηδὲν ἐπικουρεῖν
δυναμένοι, ἀνηλεῶς ἐκτείνοντο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τῆς τῶν κρατούντων παλινοφιδίας
(Nic. H. E. vii, 22, 23).

Καὶ δὴ τοσοῦτοις παλαίων κακοῖς, συναίσθησιν
τῶν κατὰ τῶν θεοσεβῶν αὐτῷ τετολημένων ἰσχει.
Συναγαγὼν δ' οὖν εἰς ἑαυτὸν τὴν διάνοιαν, πρῶτα
μὲν ἀνωμόλογεῖτο τῷ τῶν ὀλων Θεῷ, εἶτα τοὺς ἀμφ'
αὐτὸν (86) ἀνακαλέσας, μηδὲν ὑπερθεμένους τὸν κατὰ
τῶν Χριστιανῶν ἀποπαῦσαι διωγμὸν, νόμῳ τε καὶ
ὄγκω βασιλικῷ τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν οἰκοδομεῖν
ἐπισπέργειν (87) τε καὶ τὰ συνήθη διαπράττεσθαι,

(83) Πρωτοστάτη τῆς τοῦ παντός διωγμοῦ κα-
κίας. Maximianum Galerium intelligit, ut ex se-
quentibus apparet. Hic enim auctor et antesignanus
fuerat persecutionis Christianorum. Rufinus in cap.
15 huius libri de Galerio loquens : « Ille vero, in-
quit, qui est secundus in honore, postmodum etiam
in primis successor fuit, qui et incertus ac signifer
nostrae persecutionis exstiterat, » etc. Idem scribit
etiam Cellrenus.

(84) Περὶ τὰ μέσα τῶν ἀπορρήτων. Rufinus vertit :
*In profundioribus dehinc pectoris partibus obortum
tulus totos intrinsecus viscerum recessus tabo ser-
pente depascitur.* Magis tamen probo versionem
Christophorsoni, qui genitalia interpretatur. Id
enim confirmat Victoris Epitome. « Galerius, in-
quit, Maximianus consumptus genitalibus defecit. »

(85) Καὶ τούτων ἀνιάτος νομή. Ita etiam legitur

A moverant, repente præter omnium spem mutata
sententia palinodiam eccinere; humanis erga nos
edictis et mitissimis constitutionibus, ardentissi-
mum persecutionis incendium restinguentes. Neque
vero humanum quidquam, neque imperatorum (quod
aliquis forte suspicari posset) clementia et commi-
seratio, hujusce rei causa exstitit. Quippe cum illi
ab ipso persecutionis exordio ad id usque temporis,
plura in dies et acerbiora in nos excogitarent; va-
ria subinde suppliciorum adversus nostros genera
et machinamenta commenti. Verum manifesta præ-
sentia divini Numinis, quod cum populo quidem suo
jam redierat in gratiam; ipsum vero auctorem ma-
lorum et totius persecutionis atque improbitatis an-
tesignanum infensius persequebatur, id tandem ef-
fecit. Etsi enim hæc ita fieri oportebat juxta divinæ
voluntatis arbitrium, tamen, ut ait Scriptura (*Matth.*
xviii, 7) : « Væ illi per quem scandalum evenit. »
Illum igitur poena cælitus inflictæ corripuit, ab ipsis
exorsa carnibus, et ad animam usque progressa.
Repente enim circa media occuliorum 315 cor-
poris partium loca abscessus ei nascitur: ulcus
deinde in iuvo fistulosum. Utriusque insanabilis
morsus intima viscera depascebatur. Ex his incre-
dibilis vermium multitudo scaturiens, lethalem exha-
labat fetorem. Quippe illi etiam ante hunc morbum,
tota corporis moles ob nimiam alimenti copiam in
immensam quamdam pinguedinem excreverat :
quæ tunc temporis in tabem soluta, horrendum et
intolerabile spectaculum astantibus præbebat. Ex
medicis vero, alii quidem cum nec ipsam odoris
gravitatem susinere possent, interficiebantur : alii
cum nullum remedium afferre possent, utpote tota
relicta, ob id ipsum crudeliter necabantur.

CAPUT XVII.

De imperatorum palinodia.

Tandem vero adversus tot ærumnas conflictans,
intelligere cœpit quæ in cultores Dei admiserat sce-
lera. Totaque mentis acie in semetipsum conversa,
primum quidem conditori omnium Deo errorem
suum confessus est. Convocatis deinde palatii sui
proceribus, absque ulla dilatione persecutionem
Christianorum cohibere eos jubet, et ecclesias illo-
rum quantocius extruere imperiali rescripto præ-

D in libro *De vita Constantini*, sub finem. Nostri ta-
men codices Maz., Med. et Fuk. scriptum habent καὶ
τούτω (supple τῷ ἔλκει).

(86) Τοὺς ἀμφ' αὐτόν. Recte Rufinus hæc verba
interpretatus est : *Convocatis his qui in officio pu-
blico parebant.* Sic Eusebius vocare solet palatii
proceres, quos Amm. Marcellinus vocare consuevit
aule summates et imperatoris proximos, ut ad Amm.
Marcellinum notavi. Ita in libro *De martyribus Pu-
læstinae*, cap. 7, in fine.

(87) Οἰκοδομεῖν ἐπισπέργειν. Recte in cold.
Maz. et Medic. deest virgula, quæ Christophorsoni-
um sefellit. Paulo aliter hæc verba leguntur in lib.
De vita Constantini, cap. 50. Sed et codex Fukelli
nonnihil variat. Sic enim habet : Τὰς ἐκκλησίας οἰ-
κοδομεῖν αὐτῶν ἐπισπέργειν, καὶ τὰ, etc.

eripit, quo Christiani sacra sua solito more peragere possent, ac pro imperatore preces ad Deum fundere. Confestim igitur verba subsequentibus factis, per singulas urbes proposita sunt edicta, palinodiam erga nos continentia in hunc modum.

Imperator Cæsar Galerius Valerius Maximianus, invictus, Augustus, pontifex maximus, Germanicus maximus, Ægyptiacus maximus, Thebæicus maximus, Sarmaticus maximus, quintum Persicus maximus, secundo Carpicus maximus, sexto Armeniacus maximus, Medicus maximus, Adiabenicus maximus, tribunitiæ potestatis xx, imperator xix, consul viii, pater patriæ, proconsul. Et imperator Cæsar Flavius Valerius Constantinus, pius, felix, invictus, Augustus; pontifex maximus, tribunitiæ potestatis v, imperator v, consul, pater patriæ, proconsul. Et imperator Cæsar Valerius Licinianus, pius, felix, invictus, augustus, pontifex 316 maximus, tribunitiæ potestatis iv, imperator iii, consul, pater patriæ, proconsul, provincialibus suis salutem. Inter cætera quæ pro utilitate communi et pro salute reipublicæ quotidie disponimus, prius quidem volueramus juxta mores et instituta majorum, et juxta publicam Romanorum disciplinam cuncta reparare. Ac præcipue in id incubueramus, ut Christiani qui parentum suorum ritus ac cære-

α εύχας υπέρ του βασιλείου (88) ποιουμένους, προστά-
τει. Αύτεια γούν έργου τῆ λόγω παρηκολουθημέτος,
ηπλωτο κατά πόλεις βασιλικά διατάγματα, την πα-
λινοδιαν τῶν καθ' ημάς τούτον περιέχοντα τόν τρόπον.

« Αὐτοκράτωρ Καίσαρ Γαλέριος (89) Οὐαλέριος
Μαξιμίνοσ, ἀνίκητοσ, Σεβαστόσ, ἀρχιερεύσ μέγιστοσ,
Γερμανικόσ μέγιστοσ, Αἰγυπτιακόσ μέγιστοσ, Θεβαϊκόσ
μέγιστοσ (90), Σαρματικόσ μέγιστοσ, πεντάκισ Περσῶν
μέγιστοσ (91), δις Καρπῶν μέγιστοσ, ἐξάκισ Ἀρμε-
νίων μέγιστοσ, Μήδων μέγιστοσ, Ἀδιαθηνῶν μέγι-
στοσ, δημαρχικῆσ ἐξουσίασ τὸ εἰκοστὸν (92), αὐτοκρά-
τωρ ἑνεακαιδέκατον (93), ὕπατοσ τὸ ὄδοον, πατήρ
πατρίδοσ, ἀνθύπατοσ· καὶ αὐτοκράτωρ Καίσαρ
Φλαύιοσ Οὐαλέριοσ Κωνσταντίνοσ, εὐσεβῆσ, εὐτυχῆσ,
ἀνίκητοσ, Σεβαστόσ, ἀρχιερεύσ μέγιστοσ, δημαρχι-
κῆσ ἐξουσίασ (94), αὐτοκράτωρ τὸ πέμπτον, ὕπατοσ,
πατήρ πατρίδοσ, ἀνθύπατοσ (95)· καὶ αὐτοκράτωρ
Καίσαρ Οὐαλέριοσ Λικινιανόσ, εὐσεβῆσ, εὐτυχῆσ,
ἀνίκητοσ, Σεβαστόσ, ἀρχιερεύσ μέγιστοσ, δημαρχικῆσ
ἐξουσίασ τὸ τέταρτον, αὐτοκράτωρ τὸ τρίτον, ὕπα-
τοσ, πατήρ πατρίδοσ, ἀνθύπατοσ, ἐπαρχιώταισ ἰδίοισ
χαίρειν. Μεταξὺ τῶν λοιπῶν ὅπερ ὑπέρ του χρησῖμου
καὶ λυσιτελοῦσ τοίσ δημοσίοισ διατυποῦμεθα, ἡμείε
μὲν βεβουλήμεθα πρότερον κατά τοὺσ ἀρχαίοουσ νό-
μοουσ καὶ τὴν δημοσίαν ἐπιστήμην τὴν τῶν Ῥωμαίων

(88) Ὑπὲρ τοῦ βασιλείου. Nicephorus habet βασιλέωσ.

(89) Γαλέριος. In vetustissim. codd. Maz., Med. e. Fuk. legitur Γαλέριος Οὐαλέριος Μαξ., optime.

(90) Θεβαϊκόσ μέγιστοσ. Rectius in codice Maz. hoc ordine tituli collocantur: Γερμανικόσ μέγιστοσ, Αἰγυπτιακόσ μέγιστοσ, Θεβαϊκόσ μέγιστοσ. Quod confirmat Rufinus. In eodem codice Maz. et in Med. ac Fuk. desunt hæ voces Σαρματικόσ μέγιστοσ,

(91) Πεντάκισ Περσῶν μέγιστοσ. Semel tantum victos a Galerio Persas invenimus, anno Christi 297, ut legitur in Fastis Idatii, et in Chronico Alexandrino. Quod confirmat etiam Libanius in oratione quæ Βασιλικῶσ inscribitur: ubi scribit Persas, post ingentem illam cladem a Romanis duce Galerio acceptam, quadraginta annos in apparatu consumpsisse, ut illam cladem resarcirent, et paulo ante Constantini Magni obitum armâ ultro intulisse Romanis. Ab illo certe anno, quem dixit Christi, 297, usque ad annum illum quo Constantinus excessit e vita, anni sunt 40. Itaque corrigendum est Eusebii Chronicon, in quo Persica hæc victoria refertur anno Diocletiani septimo et decimo, cum ascribenda sit anno ejus xiii, ut refert editio Arnaldi Pontaci. Cum igitur nullam aliam reperiamus Maximiani victoriam de Persis, melius videtur hic locus interpretari apud Nicephorum, Σαρματικόσ μέγιστοσ πεντάκισ· Περσῶν μέγιστοσ. In vetustissimo codice Rufini, totus hic locus absque ulla distinctione legitur, hoc modo: « Sarmaticus quinquies, Persicus bis, Carpicus sexies, Armenicus Medorum et Adiabeno- rum victor. »

(92) Δημαρχικῆσ ἐξουσίασ τὸ εἰκοστὸν. Rufinus vertit: Tribunitiæ potestatis vicies. Sic enim legitur in manuscriptis. Cæterum ex hoc loco discimus, Galerium Cæsarem simul et consortem tribunitiæ potestatis factum fuisse, cum in hoc edicto annos tribunitiæ potestatis ab eo tempore numeret, quo Cæsar fuerat renuntiatus. Creatus est autem Cæsar anno Christi 294, Kalendis Martii. Edictum porro istud pro Christianis emisit anno Christi 311, cum esset consul octavum, ut ipsius edicti præfert in-

scriptio. Ex quo sequitur, edictum illud scriptum fuisse ante Kalendas Martias, inde enim tribunitiæ Galerii potestas sumpsit exordium.

(93) Αὐτοκράτωρ ἑνεακαιδέκατον. Id est imperator decemnovies. Sic enim habet vetustissimus codex Rufini. Pessime Christophersonus dictatorem vertit. Ignoravit scilicet quid vox imperatoris hic significaret. A' iud enim in titulis imperatorum significat vox imperator, quæ primo loco ponitur instar pronominis; aliud vox imperator quæ subiungitur cæteris titulis. Nam vox imperator quæ secundo loco ponitur, designat victoriam imperatorum; et quoties post partam victoriani imperatores ab exercitu appellati sint, ostendit, ut docet D. o.

(94) Δημαρχικῆσ ἐξουσίασ. Omissus est in omnibus libris numerus tribunitiæ potestatis Constantini. Ego quinquies addidi certissima conjectura.

(95) Ἀνθύπατοσ. Post hæc verba in vetustissimo codice Mazarino, Mediceo, Fuketiano et Saviliano, nec non apud Nicephorum hæc leguntur: Καὶ αὐτοκράτωρ Καίσαρ Οὐαλέριοσ Λικινιανόσ, εὐσεβῆσ, εὐτυχῆσ, ἀνίκητοσ, Σεβαστόσ, ἀρχιερεύσ μέγιστοσ· δημαρχικῆσ ἐξουσίασ τὸ τέταρτον, αὐτοκράτωρ τὸ τρίτον, ὕπατοσ, πατήρ πατρίδοσ, ἀνθύπατοσ, ἐπαρχιώταισ ἰδίοισ χαίρειν. Quæ licet apud Rufinum non legantur, sunt tamen optime notæ. Ac primo quod ad tribunitiæ Licinii potestatem attinet, idem de ea sciendum quod de Galerii tribunitiæ potestate; eam scilicet deduci ab eo tempore, quo Cæsar est creatus. Porro Licinius Cæsar factus est anno Christi 308, tertio Idus Novembris, ut legitur in optimis illis Fastis Idatii. Quartus igitur annus tribunitiæ potestatis Licinii cæpit anno Christi 311, tertio Idus Novembris. Ex quo efficitur, edictum illud a Maximiano datum fuisse sub exitum anni 311. Quod tamen pugnat cum iis quæ paulo ante observavi, ubi de tribunitiæ Galerii potestate actum est. Quare necesse est, ut horum duorum locorum alteruter mendosus sit. Nam si annus tunc quartus fuit tribunitiæ potestatis Licinii, erat vicissimus primus tribunitiæ potestatis Galerii. Contra vero si vicissimus hic annus fuit tribunitiæ potesta-

ἀπαντας ἐπανορθώσασθαι, καὶ τούτου πρόνοιαν ποιήσασθαι, ἵνα καὶ οἱ Χριστιανοὶ οἷτινες τῶν γονέων τῶν ἑαυτῶν καταλειπίσασιν τὴν αἴρεσιν, εἰς ἀγαθὴν πρῶθιν ἐπανεέλθοιεν· ἐπεὶ περὶ τινὲ λογισμῶ τὸσαύτη αὐτοῦς πλεονεξία κατεσχέθει καὶ ἀνοία κατελήφει (96), ὡς μὴ ἐπεσθαι τοῖς ὑπὸ τῶν πάλαι καταδειχθεῖσιν, ἅπερ ἴσως πρότερον καὶ οἱ γονεῖς αὐτῶν ἦσαν καταστήσαντες, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτῶν πρῶθιν καὶ ὡς ἕκαστος ἐβούλετο, οὕτως ἑαυτοῖς καὶ νόμους ποιῆσαι, καὶ τούτους παραφυλάττειν, καὶ ἐν διαφόροις διάφορα πλήθη συνάγειν. Τοιγαροῦν τοιοῦτου ὑφ' ἡμῶν προστάγματος παρακολουθήσαντος, ὥστε ἐπὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων κατασταθέντα ἑαυτοῦς μεταστήσειεν, πλείστοι μὲν κινδύνῳ ὑποβλήθentes, πλείστοι δὲ ταρχθέντες, παντοίους θανάτους ὑπέφερον· καὶ ἐπειδὴ τῶν πολλῶν τῇ αὐτῇ ἀπονοίᾳ διαμνόντων, ἐρωτῶμεν μήτε τοῖς θεοῖς τοῖς ἐπουρανίοις τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν προσάγειν αὐτοῦς, μήτε τῶ τῶν Χριστιανῶν προσέχειν, ἀφορῶντες εἰς τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν διηγεκὴ συνήθειαν, δι' ἧς εἰκόθαμεν ἅπασιν ἀνθρώποις συγγνώμην ἀπονεύειν, προθυμότατα καὶ ἐν τούτῳ τῇ συγχώρησιν τὴν ἡμετέραν ἐπεκτείνειν δεῖν ἐνομήσαμεν, ἵνα αὐτοῖς ὡς Χριστιανοὶ, καὶ τοὺς οἴκους ἐν οἷς συνήγοντο, συνῶσι οὕτως, ὥστε μηδὲν ὑπεναντίον τῆς ἐπιστήμης αὐτοῦς πράττειν· δι' ἑτέρας δὲ ἐπιστολῆς τοῖς δικασταῖς δηλώσομεν, τί αὐτοῦς παραφυλάξασθαι δεήσει. Ὅθεν κατὰ ταύτην τὴν συγχώρησιν τὴν ἡμετέραν ὀφείλουσι τὸν ἑαυτῶν θεὸν ἱκετεύειν περὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, καὶ τῶν δημοσίων, καὶ τῆς ἑαυτῶν, ἵνα κατὰ πάντα τρόπον καὶ τὰ δημόσια παρασχέθῃ ὑγιῆ καὶ ἀμέριμοι ζῆν ἐν τῇ ἑαυτῶν ἐστίᾳ θυηθῶσι. Ταῦτα κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων φωνὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα γλώτταν κατὰ τὸ θνατὸν μεταβλήθεντα, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Τί δὲ οὖν ἐπὶ τούτοις γίνεται, ἐπιθεωρήσαι καιρός.

Τέλος τοῦ ἡ' λόγου τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας.

**ΤΟ 96 ΛΕΙΠΟΝ ΕΝ ΤΙΣΙΝ ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΙΣ
ΕΝ Τῷ ΟΓΔΩΘ' ΛΟΓῷ.**

Ἄλλ' ὁ μὲν τῆς γραφῆς αἴτιος μετὰ τὴν τοιάνδε ὁμολογίαν αὐτίκα καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τῶν ἀληθῶν ἀπαλλαγείς, μεταλλάττει τὸν βίον. Τούτον δὲ ἡ δὲ λόγος ἔχει πρῶτον αἴτιον τῆς τοῦ διωγμοῦ καταστήναι συμφορᾶς, εἶτι πάλαι πρὸ τῆς τῶν λοιπῶν βασιλέων κινήσεως, τοὺς ἐν στραταῖς Χριστιανούς, καὶ πρῶτους γε ἀπάντων τοὺς ἐπὶ τοῦ ἰδίου οἴκου παρατρέπειν ἐκθεσιασμένον, καὶ τοὺς μὲν τῆς στρατιωτικῆς ἀξίας ἀποκινουόντας, τοὺς δὲ ἀτιμώτατα καθυβρίζοντα, ἤδη δὲ καὶ θάνατον ἐτέροις ἐπαρτῶντα, καὶ τοῦσατὸν γε τοὺς τῆς βασιλείας κοινωνοὺς ἐπὶ τὸν

lis Galerii, tertius tantum fuit Licinii. Quod vero ad consulatum Licinii attinet, ejus mentio sit in Fastis Prosperi, Cassiodori et Victorii, in quibus consul ponitur cum Maximiano Aug. octies consule, hoc ipso anno quo scriptum est edictum. Olim quidem in Annotationibus ad Anim. Marcellinum observaveram Licinium a Galerio Augustum factum fuisse, paulo ante mortem Galerii et idque ex eo po-

monias reliquerant, ad sanio rem sententiam revocarentur. Tanta quippe eos arrogantia ac temeritas veluti ex consensu quodam invaserat, ut majorum institutis quæ fortasse ab ipsorum parentibus sen-cita fuerant, minime arquescerent; sed singuli pro arbitratu suo ac libidine leges sibi ipsis constituerent easque observarent, et in diversis sectis atque sententiis diversos cogerent cœtus. Proinde cum nos ejusmodi promulgassemus edictum, ut ipsi ad ritus et instituta majorum reverterentur: multi eorum gravissimis discrimini-bus objecti; multi intentato suppliciorum metu, varia mortis genera pertulerunt. Cum igitur videremus plerosque eorum in hujusmodi amentia persistentes, nec diis immortalibus cultum debitum exhibere, nec sacrorum Christianorum cæmonias obire; pro nostra humanitate et pro solemnī instituto clementiæ nostræ qua universis hominibus veniam impertiri consuevimus, in hoc etiam negotio libentissime indulgentiam nostram censuimus esse proferendam, ut omnes Christiani ædes suas in quibus conventus peragebant, denuo instaurare possint, ita ut nihil contrarium disciplinæ suæ deinceps facere cogantur. Peculiari autem epistola judicibus significabimus, quid ipsos observare oporteat. Quapropter ob hanc indulgentiam clementiæ nostræ Deum suum precari et obsecrare eos oportet, tum pro incolumitate nostra, tum pro reipublicæ suæ ipsorum salute; ut et reipublicæ status integer permaneat, et ipsi in suis domiciliis cum omni securitate possint degere. Hæc ex Latina lingua in Græcum sermonem a nobis prout potuimus translata, ita se habent. Quæ vero posthæc subsecuta sunt, nunc tempus est ut consideremus.

Finis libri octavi Historiæ ecclesiasticæ.

**317 IN QUIBUSDAM EXEMPLARIBUS HOC
QUASI SUPPLEMENTUM LIBRI OCTAVI
REPERITUR.**

Verum auctor hujus edicti post hujusmodi confessionem continuo vita simul ac doloribus liberatus est. Hunc primum miserandæ illius persecutionis auctorem fuisse ferunt: quippe qui diu ante reliquos imperatores, Christianos qui in exercitu militabant, ac præsertim eos qui in palatio suo versabantur, per vim abducere a religione sua conatus sit: et alios quidem ab honore militiæ removerit, alios vero omni contumeliæ genere affecerit: quosdam etiam morte mulcavit; tandem denique collegas suos et imperii consortes ad omnes

tissimum colligebam, quod Galerius in edicto illo de quo nunc sermo est, nullam Licinii collegæ sui mentionem fecisset. Sed cum in manuscriptis codicibus, et apud Nicephorum Licinius Augustus in edicto illo Galerii nominetur, ruit nostra illa conjectura.

(96) Πλεονεξία κατεσχέθει καὶ ἀνοία κατελήφει. Sic legitur in cold. Maz. et Med., quibus consentit cold, Fuk. et Sav. et Nicephorus.

ubique Christianos persequendos impulerit. Sed et A
 cujusmodi vitæ exitus istis contigerit, nefas arbi-
 tror præterire. Cum ergo quatuor principes impe-
 rium Romanum inter se partiti essent : duo qui-
 dem ex illis tum ætate tum honoris prærogativa
 potiores, nondum completo biennio post inchoa-
 tam persecutionem, imperio cesserunt, quemad-
 modum a nobis superius declaratum est. Cumque
 reliquum vitæ tempus privato ac plebeio habitu
 transegissent, hujusmodi exitum sortiti sunt. Alter
 quidem, qui et ætatis et honoris privilegio reliquos
 omnes antecesserat, diuturno ac molestissimo mor-
 bo confectus. Alter, qui secundus ab eo fuerat, la-
 queo vitam abruptit : juxta quoddam dæmonum va-
 tacinium, hujusmodi supplicio merito affectus ob
 quamplurima quæ admiserat scelera. Ex duobus
 autem reliquis, postremus quidem quem totius
 persecutionis ducem atque auctorem fuisse retuli-
 mus, ejusmodi dolores pertulit quos supra commemo-
 ravi. Ille vero qui gradu eum præcedebat, beni-
 gnissimus et clementissimus imperator Constanti-
 us; qui toto imperii sui tempore ita se gesserat,
 prout imperatorem decebat; et qui tum erga reli-
 quos omnes humanissimum se ac beneficentissimum
 præstiterat, tum persecutionis adversus nos
 concitatæ expers omnino fuerat, et cultores Dei sub
 ipsius imperio degentes ab omni noxa et injuria
 immunis servaverat; ac neque ecclesiarum ædificia
 subverterat, nec novi quidquam adversus nos
 statuerat; felicem et revera beatissimum **318** vi-
 tæ exitum promeruit. Quippe qui solus omnium in
 imperio suo summa cum tranquillitate et gloria
 successorem relinquens proprium filium, modestis-
 simum et religiosissimum principem, ex hac luce
 migravit. Hujus autem filius Constantinus ab ipso
 statim exordio supremus imperator et Augustus a
 milibus renuntiatus, paternæ erga fidem nostram
 pietatis æmulatorem se præstitit. Hujusmodi exitum
 vitæ quatuor supradicti imperatores diversis
 temporibus sortiti sunt. Ex quibus solus ille quem
 consortium imperii asciti fuerant, confessionem illam quam supra retulimus, edicto palam proposito
 omnibus publicavit.

(Hic in editione Valesii interseritur liber *De martyribus Palæstinae*,
 quem infra seorsim edimus.)

(97) Ἀνακεκρινηκότα διωγμόν. In codd. Ma-
 zarino et Mediceo scriptum inveni διωγμένων : in
 Fuketiano vero δεδιωγμένων. Quæ tametsi depravata
 lectio, viam mihi ad hujus loci emendationem ape-
 ruit. Totus igitur locus ita legendus est, τὸς τῆς
 βασιλείας κοινωνοὺς ἐπὶ τῶν κατὰ πάντων ἀνακεκι-
 νηκότα διωγμόν ὧν καὶ αὐτῶν οὐκ ἄξιον τὸ τοῦ βίου
 τέλος παραδοῦναι σιωπῇ. Vides quantam habeat ele-
ἢ (24) Μέσον αἶθριον ἤφειε. Intelligit medium illud spatium sub divo, quod quatuor undique porticibus claudubatur: eadem plane forma, qua in hodiernis monasteriis sunt quæ vocantur pratella. Quod enim monachi vocant claustrum, nihil aliud est quam quatuor porticus, quarum in medio locus est sub divo quem pratellum vocant. Sed et in quibusdam monasteriis, locus ille subdivalis cancellis munitus est, eodem plane modo quo Eusebius in atrio Ecclesiæ Tyri factum esse dicit, ne scilicet juvenus in eum locum qui floribus conseri solet, insiliat. Id autem Latini proprie atrium vocabant. Certe Isidorus atrio tres porticus extrinsecus adungi solitas esse dicit.

(25) Τὴν τούτων θέαν παραμειψάμενος. Musca-

nime neglexit. Sed cum ante omnia Deum Patrem precibus **380** ac supplicationibus placasset, conspirantibus omnium vestrum votis atque sententiis; cumque cum qui solus mortuos ad vitam revocat, auxiliatorem sibi atque adiutorem adscivisset, Ecclesiam hanc prolapsam excitavit, cum illam prius omni labe purgasset, et medicamentis salubribus curavisset. Jam vero eam veste circumdedit, non illa vetere, sed quam rursus ex divinis oraculis didicerat, in quibus diserte prædictum est: « Et erit posterior gloria domus hujus longe supra priorum ⁹⁰. » Itaque multo amplio rem locum metatus, exteriorem quidem ambitum muro undique communivit, qui totius operis tutissimum esset propugnaculum. Magnum deinde atque excelsum vestibulum ad ipsos solis orientis radios extendit; iis qui a sacro loci ambitu longius remoti sunt, conspectum quemdam eorum, quæ intus reconduuntur, abunde exhibens, et oculos eorum qui a fide nostra alieni sunt, ad conspicienda limina quodammodo invitans; ne quisquam forte prætercurrat, qui non compungatur animo, tum ex memoria præteritæ solitudinis, tum ex stupendo præsentis operis miraculo. Hoc enim modo compunctos, attrahi et ad ingredendum alluci posse aspectu ipso speravit. Cæterum ubi portas ingressus sis, non statim impuræ et illotis pedibus in sacrarium introire permisit. Sed inter templum ac vestibulum maximo intervallo relicto, hoc spatium in quadrati speciem circumseptum quatuor obliquis porticibus circumquaque exornavit, quæ columnis undique attolluntur. Intercolumnia porro ipsa septis e ligno reticulatis, in mediocrem et congruam altitudinem elatis circumclusit. Medium autem spatium apertum et patens reliquit, ut et cœli aspectum præberet, et aerem splendidum solisque radiis colustratum præstaret. Hic sacrarum expiationum signa posuit; fontes scilicet ex adverso ecclesiæ structos, qui interius sacrarium ingressuris copiosos latices ad abluendum ministrarent. Atque hoc primum intrantium diversorium est; cunctis quidem ornatum ac nitorem concilians: iis vero qui institutione adhuc opus habent, congruentem præbens mansionem. Jam vero hoc spectaculum prætervectus, pluribus aliis interioribus vestibulis aditus ad templum patentes

lus vertit: « Quin et horum conspectu præterito. » Christophorsonus vero longa verborum ambage, ut solet, hunc locum ita expressit: « Quin etiam quo istas res ad oculos capiendos magna operum varietate concinne illustraret. » Quæ quidem interpretatio verbis Eusebii nullatenus respondet. Itaque nemo est, ut opinor, qui Musculi versionem commotiorum et meliorem non judicet. Παραμειψάμενος ἔρχο τὴν τούτων θέαν idem valet ac, prætergressus harum rerum spectaculum; seu, « transmissio harum rerum spectaculo ulterius progressus.

(26) Παραπήγμασι τε χαλκοῦ. Christophorsonus vertit « repagulis. »

(27) Βάθροις ἐν τάξει τοῖς καθ' ὄλου. Sic jam pridem conjeceram scribendum esse, ut ex versione nostra apparet pro vulg. καθόλου· tandem vero conjecturam meam confirmavit vetustissimus codex

effectit; rursus ad ipsos solis **381** orientis radios A
tribus ordine januis in uno eodemque latere con-
structis. Quarum mediam duabus aliis utrinque
positis et altitudine et latitudine plurimum præstare
voluit, candidamque æreis tabulis ferro vinetis, et
sculpturis variis præcipue decoravit; ei tanquam
regine satellites alias adjuvengens. Ad eundem mo-
dum cum porticibus ad utrumque templi latus fa-
bricatis parem vestibulorum numerum disposuisset,
diversos aditus quibus copiosum lumen superne in
ædem infunderetur, supra ipsas porticus excogita-
vit, easque fenestras variis e ligno sculpturis mi-
nutissimi operis ornavit. Ipsam vero ædem regiam
opulentioribus magisque pretiosis speciebus instru-
xit, proluxa sumptuum magnificentia ad hoc usus.
Hic jam mihi superfluum videtur ædis ipsius longi-
tudinem ac latitudinem describere, et hunc splen-
didissimum decorem, atque inexplicabilem magni-
tudinem; radiantem operum speciem ac splendo-
rem; fastigia ad cælum usque tendentia; et supra
hæc eminentes Libani pretiosissimas cedros oratione
prosequi, quarum mentionem ne divina quidem
oracula prætermiserunt, in quibus dicitur: « Læ-
tabuntur ligna Domini, et cedri Libani quas plan-
tauit ⁹¹. » Quid jam attinet de solerti et ingeniosa
totius fabricæ dispositione, ac de excellenti singu-
larum partium pulchritudine accuratius disserere,
præsertim cum oculorum testimonium omni
quæ auribus percipi potest notitiam excludat. Porro
cum templum in hunc modum absolvisset, thronis-
que altissimis in honorem præsentium, ac præ-
terea subselliis per universum templum ordine dis-
positis exornasset; postremo Sanctum sanctorum,
altare videlicet, in medio constituit. Utque hæc sac-
craria multitudini inaccessa essent, ea rursus li-

⁹¹ Psal. ciii, 16.

Mazarinus, in quo ita diserte scriptum inveni. Sed
major difficultas est, cuinam generi hominum hæc βά-
θρα, seu subsellia, parata fuerint. Leo quidem Alla-
tius in epistola ii *De templis Græcorum*, hæc sub-
sellia ad communem usum laicorum disposita fuisse
existimavit, quod confirmare videtur Clemens in
Constitutionibus apostolicis lib. ii, cap. 57. Verum
Eusebius ipse aliud inuovit. Infra enim totam hujus
ecclesiæ fabricam allegorice exponens, thronis qui-
dem designari scribit episcopos ac presbyteros:
subselliis vero, diaconos et reliquos Ecclesiæ mini-
stros. Quare hæc subsellia, ministris potius Ecclē-
siæ quam laicis parata fuisse videntur. Certe laici
sedendi in ecclesia potestatem non habebant, ut docet
Optatus in l. iv. Quod quidem ita intelligendum
est, ut in conventu ecclesiastico, dum divinum ce-
lebratur officium, sedere non liceret laicis. Peracto
autem officio sedere ipsis licebat, ut docet Athana-
sius in epistola ad solitarios: « Ἦδη μὲν οὖν ἦσαν οἱ
πρεσβυτεροὶ τοῦ λαοῦ γενομένης ἀπολύσεως ἐξεληθόντες.
Ἐταυροῦ ποῦ, ἀρτί γὰρ ἦσαν ἀπὸ τῆς εὐχῆς ὀλίγα
ἀναζόμενοι.

(28) Καὶ ταῖς ἐπὶ τὸν μέσον οἶκον εἰσβολαῖς
πρωμένους. Christophorus verit: « Atque adeo
ad fenestras inferioris templi affixit. » Quod quid
sibi velit, equidem nescio. Neque enim intelligo,
quomodo exhedræ fenestris affigi possint. Existima-
vit tamen Christophorus, εἰσβολὰς fenestras si-
gnificare. Eusebius quidem paulo supra de fene-

nois, ὡς θαυμασίον τοῖς ὄρωσι παρέχειν τὴν θύαν.
Ἄλλ' οὐδὲ τοῦδαφος δρα εἰς ἀμελὲς ἔκειτο αὐτῷ· καὶ
τὸδε γοῦν λίθῳ μαρμάρῳ εὖ μάλα κόσμῳ παντὶ λαμ-
πρύνας, ἤδη λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ νεοῦ μετῆται,
ἐξέδρας καὶ οἴκους τοὺς παρ' ἐκότερα μεγίστους;
ἐπισκευάζων εὐτέλῃ, ἐπὶ ταύτων εἰς πλευρὰ τῷ
βασιλείῳ, συνεζευγμένους καὶ ταῖς ἐπὶ τὸν μέσον
οἶκον εἰσβολαῖς ἠνωμένους (28). ἅ καὶ αὐτὰ τοῖς ἐπι-
καθάρσεως καὶ περιβόαντηριῶν τῶν διὰ ὕδατος καὶ
ἀγίου Πνεύματος; ἐγγρηΐουσιν, ὁ εἰρηκώτατος ἡμῶν
Σολομῶν ὁ τὸν νεῶν τοῦ Θεοῦ δειμάμενος ἀπειργά-
ζετο, ὡς μικρὴν λόγον, ἀλλ' ἔργον γεγονέναι τὴν ἄνω
λεγεθεῖσαν προφητεῖαν. Γέγονε γὰρ καὶ νῦν ὡς ἀλη-
θῶς ἐστὶν ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ
τὴν προτέραν. Ἔδει γὰρ καὶ ἀκόλουθον ἦν, τοῦ ποι-
μένος αὐτῆς καὶ δεσπότου ἀπαξ τὸν ὑπὲρ αὐτῆς θά-
νατον καταδεξαμένου, καὶ μετὰ τὸ πάθος, ὁ χάριν
αὐτῆς ῥυποῦν ἐνεδύσατο σῶμα, ἐπὶ τὸ λαμπρὸν καὶ
ἐνδοξον μεταθεληκός, αὐτὴν τε σάρκα τὴν λυθει-
σαν, ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν ἀγαγόντος, καὶ τῆνδε
ὁμοίως τῶν τοῦ Σωτῆρος οἰκονομιῶν (29) ἐπαύρα-
σθαι· ὅτι δὴ καὶ τούτων πολὺ κρεῖττονα (30) λαβοῦσα
παρ' αὐτοῦ τὴν ἐπαγγελίαν, τὴν πολὺ μείζονα δόξαν
τῆς παλιγγενεσίας, ἐν ἀφάρτου σῶματος ἀναστάσει,
μετὰ φωτὸς ἀγγέλων χορείας, ἐν τοῖς οὐρανῶν ἐπι-
θέκονα τοῦ Θεοῦ βασιλείῳ, σὺν αὐτῷ Χριστῷ Ἰησοῦ
τῷ πανευεργετῇ καὶ Σωτῆρι διαρκῶς ἐπὶ τοὺς ἑξῆς
αἰῶνας ἀπολαθεῖν ποθεῖ. Ἀλλὰ γὰρ τέως ἐπὶ τοῦ παρ-
όντος, τούτοις ἡ πάλαι χῆρα καὶ ἔρημος Θεοῦ χά-
ριτι περιδληθεῖσα τοῖς ἀνθεσι, γέγονεν ἀληθῶς ὡς
κρίνον, ἥ φησιν ἡ προφητεῖα. Καὶ τὴν νυμφικὴν ἀνα-
λαβοῦσα στολήν, τὸν τε τῆς εὐπρεπειας περιθεμένη
στέφανον, οἷα χορεύειν διὰ Ἡσαίου παιδεύεται, τὰ
χαριστήρια τῷ βασιλεῖ Θεῷ φωναῖς εὐφήμοις γεραί-
ρουσα, αὐτῆς λεγούσης ἐπακούσωμεν· « Ἀγαλλιάσω

stris loquens per quas lumen in porticus infun-
debatur, ea voce usus est, ἀνωθεν ἐπὶ ταύταις ἄλλῳ
πλεονί φωτὶ διαφόρους τὰς ἐπὶ τὸν οἶκον εἰσβολὰς
ἐπέθηκε. Ubi Christophorus « fenestras » vertit.
Verum hoc in loco εἰσβολὰς simpliciter et sine
adjectione ulla positæ, fenestras significare non
possunt. Aut igitur portas designat ipsius basilicæ,
quas etiam παρόδους supra vocavit; aut ambula-
tiones quasdam per quas aditus patebat in basilicam;
quas transennas vocat Paulinus in epist. 12. Malim
D tamen portas intelligere. Porro per œcos illos et
exhedras, intelligit Eusebius baptisterium, secreta-
rium, saluatorium; quæ conjuncta erant basili-
cæ.

(29) Τῶν τοῦ Σωτῆρος οἰκονομιῶν. In animad-
versionibus ad librum primum Eusebii, observavi-
nus οἰκονομιῶν non de sola incarnatione Christi
dici; sed quæcumque Christus in carne gessit ad
salutem generis humani, ea generaliter οἰκονομιῶν
vocari. Quod quidem pluribus exemplis illic allatis
confirmavimus. Sed et hic locus id ipsum aperte
demonstrat, in quo οἰκονομίας pluraliter applicat
Eusebius, non mortem solum, sed etiam resurrec-
tionem Christi.

(30) Τούτων πολὺ κρεῖττονα. In codd. Mediceo
et Mazarino scribitur κρεῖττον. Sic etiam prius
scriptum fuerat in Fuk. Forte κρεῖττόνων legendum
est.

ἡ ψυχὴ μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ· ἐνέδουσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης· περιέθηκέ μοι ὡς νομφίῳ μίτραν, καὶ ὡς νόμφῳν κατεκόσμησέ με κόσμῳ, καὶ ὡς γῆν ἀψύρουσαν τὸ ἄνθος αὐτῆς· καὶ ὡς κῆπος τὰ σπέρματα αὐτοῦ ἀνατελεῖ, οὕτως Κύριος ἀνέτειλε δικαιοσύνην καὶ ἀγαλλίαμα ἐνώπιον πάντων τῶν ἔθνῶν. » Τούτοις μὲν οὖν αὕτη χορεύει· οἷσις δὲ καὶ ὁ νομφίος Λόγος ὁ οὐράνιος αὐτῆς· Ἰησοῦς Χριστὸς αὐτὴν ἀμείβεται, ἄκουε λέγοντος τοῦ Κυρίου· « Μὴ φοβοῦ ὅτι κατησχύθης, μηδὲ ἐντραπῆς ὅτι ὠνειδίσθης· ὅτι ἀισχύνην αἰώνιον ἐπιλήθη, καὶ ὄνειδος τῆς χρείας σου οὐ μὴ μνησθήσῃ. Οὐχ ὡς γυναῖκα ἐγκαταλειμμένην καὶ ὀλιγόψυχον κέκληκέ σε Κύριος, οὐδ' ὡς γυναῖκα ἐκ νεότητος μεμισμένην. Εἶπεν ὁ Θεὸς σου· Χρόνον μικρὸν ἐγκατέλιπόν σε, καὶ ἐν ἐλέῳ μεγάλῳ ἐλεήσω σε· ἐν θυμῷ μικρῷ ἀπέστρεψα τὸ πρόσωπόν μου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἐν ἐλέῳ αἰωνίῳ ἐλεήσω σε, εἶπεν ὁ βυσσάμενός σε Κύριος. Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου, ἡ πούσα ἐκ χειρὸς Κυρίου τὸ ποτήριον τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ· ποτήριον γὰρ τῆς πώσεως, τὸ κόνδου τοῦ θυμοῦ μου, ἐξέπιες καὶ ἐξεκένωσας. Καὶ οὐκ ἦν ὁ παρακαλῶν σε ἀπὸ πάντων τῶν τέκνων σου, ὧν ἔτεκες, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀντιλαμβανόμενος τῆς χειρὸς σου. Ἴδου εἰληφα ἐκ τῆς χειρὸς σου τὸ ποτήριον τῆς πώσεως, τὸ κόνδου τοῦ θυμοῦ μου, καὶ οὐ προσθήσεις ἔτι πεινῆ αὐτό· καὶ δώσω αὐτὸ εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἀδικησάντων σε καὶ ταπεινωσάντων σε. Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου, ἐνδύσαι τὴν ἰσχύν, ἐνδύσαι τὴν δόξαν σου. Ἐκτίναξαι τὸν χοῦν καὶ ἀνάστηθι. Κάθισον, ἐκλυσαι τὸν δεσμὸν τοῦ τραχήλου σου· ἄρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου καὶ ἴδε συναγμένα τὰ τέκνα σου· ἴδου συναγθησαν καὶ ἦλθον πρὸς σέ· ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος· ὅτι πάντας αὐτοὺς ὡς κόσμον ἐνδύσῃ καὶ περιθήσῃ αὐτοὺς ὡς κόσμον νόμφης· ὅτι τὰ ἔρημά σου καὶ τὰ διεσπαρμένα καὶ τὰ καταπεπτωκότα, νῦν στενοχωρήσει ἀπὸ τῶν κατοικούντων σε· καὶ μακρυνθήσονται ἀπὸ σοῦ οἱ καταπίνοντές σε. Ἐρουσί γὰρ εἰς τὰ ὕδα σου οἱ υἱοὶ τοῦ οὐ· ἀπολώλεκας· Στενοὶ μοι ὁ τόπος· ποίησόν μοι τόπον ἵνα κατοικήσω· καὶ ἐρεῖς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἐγέννησέ μοι τούτους; ἐγὼ δὲ ἄτεχνος καὶ χήρα· τούτους δὲ τίς ἐξέθρεψέ μοι; ἐγὼ δὲ κατελείψθην μόνη. Οὗτοι δὲ μοι ποῦ ἦσαν; » Ταῦτα Ἡσαίας προσέσπισε, ταῦτα πρόπαλαι περὶ ἡμῶν ἐν ἱεραῖς Βίβλοις καταβέβλητο. Ἐχοῖν δὲ πού τούτων τὴν ἀφεύδειαν ἤδη ποτὲ ἔργοις παραλαβεῖν. Ἀλλὰ γὰρ τοιαῦτα τοῦ νομφίου Λόγου πρὸς τὴν ἑαυτοῦ νόμφην τὴν ἱερὰν καὶ ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἐπιφωσκόντος, εἰκότως ὁ νομφοστόλος ὄδς (51), αὐτὴν τὴν ἔρημον, τὴν πτώμα κειμένην, τὴν παρὰ ἀνθρώποις ἀνέλπιδα, ταῖς κοιναῖς ἀπάντων ἡμῶν εὐχαῖς, χεῖρας τὰς ἡμῶν αὐτῶν ὀρέξας, ἐξήγγειρε καὶ ἐξανέστησε, Θεοῦ τοῦ παμβασιλέως νεύματι, καὶ τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ δυνάμεως ἐπιφανείᾳ, τοιαύτην τε ἀναστήσας κατεστήσαστο, ὅταν ἐκ τῆς τῶν ἱερῶν χρησμῶν καταγραφῆς

⁵¹ Isa. Lxi, 10, 11.

(51) Ὁ νομφοστόλος ὄδς. Recte Christophorus « sponsæ exornatorem » vertit. hinc νομφοστόλια: apud Basilium Seleucensem in libro *De vita*

A gnels cancellis munivit, minutissimo opere ad summum artis fastigium elaboratis, adeo ut admirabile intuentibus spectaculum exhibeant. Quin etiam ne ipsum quidem solum negligendum putavit. Quod cum mirum in modum marmore exornasset, inde ad ea quæ extra templum posita sunt conversus, exhedras et œcos amplissimos utrinque summa cum peritia fabricavit, qui sibi invicem ad latera ipsius basilicæ conjunguntur, portisque quibus in medium templum intratur, connexi sunt. Quas quidem ædes in gratiam **382** eorum qui expiatione et purgatione per aquam et Spiritum sanctum opus habent, Salomon noster vere pacificus templi hujus conditor exstruxit. Adeo ut cœlestis illa prædictio cujus supra memini, non amplius nudis in verbis subsistat, sed opere ipso impleta cernatur. Facta est enim nunc revera gloria domus hujus posterior supra priorem. Nam cum Pastor ejus ac Dominus, pro salute illius semel mortem perpassus, post passionem corpus quod ipsius gratia sordidum induerat, in splendidum et gloriosum transmutasset, et carnem jam tabescentem ex corruptione ad immortalitatem traduxisset, consentaneum erat ut hæc quoque Servatoris dispensationibus similiter frueretur. Quippe quæ multo potioribus ab ipso promissis acceptis, longe majorem regenerationis gloriam in corporis incorruptibilis resurrectione, cum cœlestibus angelorum choris, in ipsa Dei regia ultra cœlos posita, una cum ipso omnium beneficiorum auctore ac Servatore Jesu Christo in perpetuum deinceps percipere desiderat. Interim tamen in præsentis sæculo hæc olim vidua ac deserta, hisce per Dei gratiam ornata floribus, facta est revera ut liliū, quemadmodum propheta dixit. Qualiter vero sponsalis veste induta, coronaque decoris redimita, ab Isaia saltare doceatur, et faustis vocibus Deo gratias cum veneratione canere, ipsius verbis audiamus: « Exsultet anima mea in Domino. Induit enim me vestimento salutis, et tunica lætitiæ circumdedit me. Quasi sponso coronam circumposuit mihi, et quasi sponsam ornavit me muliebri mundo. Et sicut terra quæ auget florem suum, et sicut hortus germinat semina sua; sic Dominus germinabit justitiam et exultationem coram universis gentibus ». » Et hæc quidem canens illa tripudiat. Quibus autem verbis sponsus cœlestis, ipse scilicet Jesus Christus qui est Verbum Patris, illi vicissim respondeat, audi Dominum dicentem: « Noli timere eo quod ignorantia affecta fueris: nec reveraris eo quod opprobria passa sis. Quoniam perpetuæ ignorantia oblivisceris, et probri viduitatis tuæ non recordaberis, non ut mulierem desertam et pusillanimum vocavit te Dominus, neque ut mulierem ab adolescentia odio habitam. Dixit

Theclav. pag. 10 editionis Antwerpiensis, et νομφοστολισθῆναι apud eundem, p. 40; Musculus tamen « paranymphum » vertit, non male.

Deus tuus : Modico tempore dereliqui te ; et **383** in misericordia magna miserebor tui. In ira levi averti faciem meam abs te ; et in misericordia aeterna miserebor tui, dixit Redemptor Dominus²² : Exsurge, exsurge, quæ bibisti de manu Domini calicem furoris ejus. Calicem enim ruinæ, poculum furoris mei ebibisti atque exhausisti : et non erat qui consolaretur te in omnibus filiis tuis quos genuisti : nec erat qui apprehenderet manum tuam. Ecce tuli de manu tua calicem ruinæ, poculum furoris mei. Nec adjicies ultra ut bibas illum : Et dabo illum in manus eorum qui te injustitia affecerunt ac depresserunt. Exsurge, exsurge, indue fortitudinem, indue gloriam tuam. Excute pulverem et surge. Sede, solve vinculum colli tui²³. Attolle circumquaque oculos tuos, et vide congregatos filios tuos. Ecce congregati sunt et venerunt ad te. Vivo ego, dicit Dominus : quia omnibus his velut ornamento vestieris, et circumdabis tibi eos quasi ornatum sponsa. Quia deserta tua et quæ corrupta erant ac prolapsa, nunc angusta erunt incolis tuis ; et longe fient abs te qui devorabant te. Dicent enim in aures tuas filii tui quos perdidisti : Angustus est mihi locus ; facito mihi locum ut inhabitem. Et dices in corde tuo : Quis istos genuit mihi ? Ego orba et vidua. Hos autem quis educavit mihi ? Ego derelicta sum sola : **Hi** vero ubinam erant mihi ? **Hæc** Isaias vaticinatus est²⁴ : hæc in sacris Voluminibus de nobis multo ante præscripta erant. Cæterum oportebat ut horum verborum veritatem rebus ipsis completam tandem acciperemus. Quoniam igitur sponsus Verbum Dei hæc sponsæ suæ, sacrosanctæ scilicet Ecclesiæ, protocutus fuerat, recte atque ordine noster iste sponsæ vestitor, hanc desertam et vacuam, et tanquam cadaver humi jacentem, omnique humana spe destitutam, communibus omnium vestrum precibus, manus ei vestras porrigens, Dei summi omnium Regis nutu, et præsentis Jesu Christi potentia erexit atque excitavit. Excitatam vero ad eum modum constituit ac disposuit, quem ex sacrorum oraculorum descriptione didicerat. Est quidem hoc opus miraculum, et omni admiratione majus, iis præsertim qui ad solam rerum exteriorum speciem attendunt. Omnibus vero miraculis mirabiliora **384** sunt archetypa, et primitivæ eorum imagines, spiritalia Deoque digna

Α εδιδάσκατο. Θαύμα μὲν οὖν μέγιστον τοῦτο καὶ πέρα πάσης ἐκπλήξεως, μάλιστα τοῖς ἐπὶ μόνῃ τῇ τῶν ἔξωθεν φαντασίᾳ τὸν νοῦν προσανέχουσι. Θαμάτων δὲ θαυμασιώτερα τὰ τε ἀρχέτυπα, καὶ τούτων τὴ πρώτητυπα νοητὰ καὶ θεοπρεπῆ παραδείγματα, τῆς ἐνθέου φημί καὶ λογικῆς ἐν ψυχαῖς οἰκοδομῆς ἀνανεώματα· ἦν αὐτὸς ὁ Θεόπαις κατ' εἰκόνα τὴν αὐτὸς αὐτοῦ δημιουργήσας, πάντῃ τε καὶ κατὰ πάντα τὴ θεοεἰκελον δεδωρημένος, ἀφάρτον φύσιν, ἀώματον, λογικὴν, πάσης γεύδους ὕλης ἄλλοτριαν, αὐτονοερὰν οὐσίαν (32), ἅπαξ τὸ πρῶτον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι συστησάμενος, νόμφην ἀγίαν, καὶ νεῶν πανέρον, ἑαυτῷ τε καὶ τῷ Πατρὶ κατεργάσατο. Ὁ καὶ σαφῶς αὐτὸς ὁμολογῶν ἐκφαίνεται, λέγων· « Ἐνοικίω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεός, καὶ αὐτοὶ ἔσονται μοι λαός. » Καὶ τοιαύτῃ μὲν ἡ τελεία καὶ κεχαθαρμένη ψυχῇ, ἀρχῆθεν οὕτω γεγεννημένη, οἷα τὸν οὐράνιον λόγον ἀγαματοφορεῖν. Ἄλλὰ γὰρ φθόνῳ καὶ ζήλῳ τοῦ φιλοπονήσου δαίμονος, φιλοπαθῆς καὶ φιλοπόνηρος ἐξ αὐτεξουσίου αἰρέσεως γενομένη, ὑπαναχωρήσαντος αὐτῆς τοῦ θείου, ὡς ἂν ἔρημος προστάτου, εὐάλωτος καὶ εἰς ἐπιβουλήν εὐχερῆς τοῖς ἐκ μακροῦ διαφθοροῦμένοις ἀπελήλεκται (33), ταῖς τε τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν καὶ νοητῶν πολεμίων ἐλεπόλεσι καὶ μηχαναῖς καταβληθεῖσα. πτώμα ἐξαισιον καταπέπτωκεν, εἰς ὅσον οὐδ' ἐπὶ λίθῳ λίθον τῆς ἀρετῆς ἐστῶτα ἐν αὐτῇ διαμείναι. Ὀλην δὲ διόλου χαμαὶ κείσθαι νεκράν, τῶν περὶ Θεοῦ φυσικῶν ἐνοσιῶν πάμπαν ἀπεστερημένην. Πεπτωκυῖαν δὲ ταύτην ἐκλήνην τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ κατασκευασθεῖσαν, ἐλυμήνατο οὗχ ὕς οὗτος ὁ ἐκ δρυμῶ τοῦ παρ' ἡμῖν ὄρατοῦ, ἀλλὰ τῆς φθοροποιῆς δαίμωνος, καὶ θῆρες ἄγριοι νοητοὶ· οἱ καὶ τοῖς πάθεσιν οἷα πεπτωρακτωμένοις τῆς σφῶν κακίας βέλεσιν (34) αὐτὴν ἐξυφάναντες, ἐνεπύριζαν ἐν πυρὶ τὸ θεῖον ὄντως ἀγιαστήριον τοῦ Θεοῦ, εἰς τὴν γῆν τε ἐθεθήλωσαν τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ· εἶτα πολλῷ τῷ προσχώματι τὴν ἀθλίαν καταορύξαντες, εἰς ἀνέλπιστον πάσης περιέτρεψαν σωτηρίας. Ἄλλ' ὄγε κηδεμὼν αὐτῆς Λόγος, ὁ θεοφεγγής καὶ σωτήριος, τὴν κατ' ἀξίαν δέχτην τῶν ἁμαρτημάτων ὑποσχούσαν, αὐθις ἐξυπαρχῆς ἀνελάμβανε, Πατρὸς παναγάθου φιλανθρωπικῆ παιθόμενος. Αὐτὰς δὲ οὖν πρῶτας τὰς τῶν ἀνωτάτω βασιλευόντων ψυχὰς προελόμενος, τῶν μὲν δυσσεβῶν καὶ ὀλεθρίων πάντων, αὐτῶν τε τῶν δεινῶν καὶ θεομισῶν τυράννων, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν δι' αὐτῶν τῶν θεοφιλεστάτων ἐκαθήρατο, εἶτα δὲ τοὺς αὐτῷ γνωρίμους ἄνδρας,

²² Isa. LIV, 4-8. ²³ Isa. LI, 17-25; LII, 1-2. ²⁴ Isa. XLIX, 18-21.

(32) *Αὐτονοερὰν οὐσίαν*. Sic animam humanam vocat Eusebius, quod sit per se et natura sua intelligens. Sic philosophi νοεράς οὐσίας vocant substantias spirituales, quas vulgo intelligentias vocamus. At Christophorusνονος νοεράν idem putavit esse ac νοητὴν, gravi errore. Sic enim vertit : « substantiam sola mentis intelligentiæ cognitam ei tribuens. » Atqui magnum discrimen est inter νοητὸν, id est, intelligibile, et νοερόν, quod est intellectuale. Nam Chimæra verbi gratia, et hujusmodi intellectus fragmenta, νοητὰ sunt, sed νοερά nequaquam. Eadem vox occurrit infra. Nebridius in epistola 71 ad Augustinum utrumque optime distinxit his

verbis. Potest enim quemadmodum intellectualis animus ad intelligibilia sua videnda a sensu admodum necitur, etc.

(33) *Διαφθοροῦμένοις ἀπελήλεκται*. Sic in codd. Medicæ et Maz. scribitur pro vulg. ἀπολέλειπται. Quod Rob. Stephanus adnotaverat. Eandem quoque scripturam habet codex Fuk. et Savil.

(34) *Πεπτωρακτωμένοις... βέλεσιν*. Intelligit maleolos, et hujusmodi incendiaria tela, ut loquitur Amm. Marcellinus. Alludit autem ad locum Pauli apostoli, qui Satanæ tribuit tela ardentia quibus homines oppugnat.

τοὺς πάλαι διὰ βίου ἱερωμένους αὐτῶ (35) κρύβδην A γε μὴν ὡς ἐν κακῶν χειμῶνι πρὸς τῆς αὐτοῦ σκέπης καλυπτομένους, εἰς φανερόν ἀγαγών, καὶ ταῖς τοῦ Πνεύματος μεγαλοδωραεῖς ἐπαξίως τιμήσας· αὐτοῖς καὶ διὰ τούτων τὰς μικρῶ πρόσθεν ἐρρυθρωμένας ψυχὰς, ὕλης τε παντοίας καὶ χύματος τῶν ἀσέδων ἐπιταγμάτων συμπεφορημένας, ὄρυξι καὶ δικέλλαις ταῖς πληκτικαῖς τῶν μαθημάτων διδασκαλαῖς, ἐξεκάθηρέ τε καὶ ἀπέσμηξε· λαμπρόν τε καὶ διαυγῆ τῆς πάντων ὕμων διανοίας τὸν χώρον ἀπειργασμένος, ἐναυθα λοιπὸν τῷ πανσόφῳ καὶ θεοφιλεῖ τῷδε παρὰ δέδωκεν ἡγεμόνι· ὅς τὰ τε ἄλλα κριτικὸς καὶ ἐπιλογιστικὸς τυγχάνων, τὴν τῶν αὐτῶ κεκληρωμένων ψυχῶν εὐ διαγινώσκων καὶ φυλοκρινῶν (36) διάνοιαν, ἐκ πρώτης, ὡς εἰπεῖν, ἡμέρας οἰκοδομῶν, οὐπω καὶ εἰς δεῦρο πέπαυται, τοτὲ μὲν διαυγῆ τὸν χρυσόν, B τοτὲ δὲ δοκιμον καὶ καθαρὸν τὸ ἀργύριον, καὶ τοὺς τιμίους καὶ πολυτελεῖς λίθους ἐν πᾶσιν ὕμιν ἀρμότων, ὡς ἱερὰν αὐτοῖς καὶ μυστικὴν ἔργοις τοῖς εἰς ὑμᾶς ἀποπληροῦν προφητεῖαν, δι' ἧς εἰρηται· « Ἴδὸν ἐγὼ ἐτοιμάζω σοι ἀνθρακὰ τὸν λίθον σου, καὶ τὰ θεμέλιά σου ἀσφαιροῦν, καὶ τὰς ἐπάλλξεις σου ἴασπιν, καὶ τὰς πύλας σου λίθους χρυστάλλου, καὶ τὸν περιθόλον σου λίθους ἐκλεκτούς, καὶ πάντας τοὺς υἱούς σου διδασκτοὺς Θεοῦ, καὶ ἐν πολλῇ εἰρήνῃ τὰ τέκνα σου· καὶ ἐν δικαιοσύνῃ οἰκοδομηθήσῃ. » Δικαιοσύνη ἤθητα οἰκοδομῶν κατ' ἀξίαν τοῦ παντὸς λαοῦ διήρει τὰς δυνάμεις, οἷς μὲν τὸν ἔξωθεν αὐτὸν μόνον περιφράττων περιθόλον, τὴν ἀπλανῆ πίστιν περιτειχίσας (πολὺς δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ μέγας λεὼς, οὐδὲν κρεῖττον φέρειν οἰκοδομημα διαρκῶν), οἷς δὲ τὰς ἐπὶ τὸν οἶκον C ἐπιτρέπων εἰσόδους, θυραυλεῖν καὶ ποδηγεῖν τοὺς εἰσιόντας (37) κατατάττων, οὐκ ἀπεικώτως τοῦ νεῶ πρόπυλα νενομισμένους· ἄλλους δὲ πρώτους τοῖς ἔξωθεν ἀμφὶ τὴν αὐλήν (38) ἐκ τετραγώνου κίσιν

⁹⁰ Levit. xxvi, 12.

(35) *Διὰ βίου ἱερωμένους αὐτῶ.* Hunc locum nou intellexerunt interpretes, qui διὰ βίου interpretati sunt « per vitæ sanctimoniam consecratos. » Duo fuerunt genera sacerdotum : alii annui, ut apud Judæos sub principibus Romanis obtinuit, et apud gentiles fere omnes. Alii erant perpetui, quos διὰ βίου vocabant. Vetus inscriptio apud Gruterum pag. 313, *Ἀρχιεπίσκοπος Ἐρμοπολίτην ἀρχιερέα τοῦ σύμπαντος ξύστου διὰ βίου.* Et in vetere nummo Perperenorum, quem edidit Jac. Sirmondus in « Antitrivano » secundo, *ἱερεὺς διὰ βίου.* Sic igitur Eusebius sacerdotes Christianorum vocat *ἱερωμένους διὰ βίου*, eo quod illorum sacerdotium non annuum sit, sed perpetuum instar sacerdotii Christi, qui sacerdos est in æternum secundum ordinem Melchisedech ; ut ait propheta. Certe *ἱερωμένους* sacerdotes sunt apud Eusebium in capite 5 hujus libri *ἱεροουργοὶ* τε τῶν ἱερωμένων. — *Διὰ βίου*, perpetuum sacerdotium verti, secutus Velleium Paterculum, qui « perpetuos archontas » interpretatus est, quos Athenienses vocabant *ἀρχοντας διὰ βίου*, ad differentiam decennialium, et annuorum magistratum. Sic in *Gestis purgationis Cæciliani* Munatius Felix dicitur *flamen perpetuus*, et apud Augustinum in libro III *Contra Cresconium*, capite 29. Ex quo corrigenda est epistola 165 ejusdem Augustini, ubi legitur : « Recita illa gesta apud Numacium Felicem, Flavianum procuratorem tunc ejusdem civitatis vestræ. » Scribe « Munatium Felicem flaminem perpetuum, curatorem tunc ejus-

dem civitatis vestræ. » Error natus est ex scribendi compendio. Sic enim scriptum erat FL. EP., ut legitur in *Gestis purgationis Cæciliani*. Quibus notis flamen perpetuus designatur, ut tradit Magno in libro De notis. Eorum mentio fit in lege 2 ced. Theodos., quemadmodum munera civilia indicantur : « Sacerdotales et flamines perpetuos atque etiam duumvirates ab annuarum præposituris inferioribusque muneribus immunesse præcipimus. » (36) *Καὶ φυλοκρινῶν.* Ita scribendum est, ut habet vetustissimus codex Maz. Id est singulis suum locum ac ordinem attribuens. Vide quæ sequuntur infra. Si quis tamen vulgatam lectionem φιλοκρινῶν retinere maluerit, non valde repugnabo. Nam et *φυλοκρινεῖν* est *διατερεῖν* teste Hesychio. (37) *Θυραυλεῖν καὶ ποδηγεῖν τοὺς εἰσιόντας.* Intelligit Eusebius hypodiatconos, qui portas ecclesiæ servabant, et intrantes singulos ad sua loca deducebant : catechumenos videlicet ad penitentes, et energumenos ad narthecem seu catechumenium : fideles vero in chorum seu basilicam. Vide canonem 22 concilii Laodicensi, et quæ ad illum notarunt Zonaras et Balsamo. (38) *Τοῖς ἔξωθεν ἀμφὶ τὴν αὐλήν.* Paulo ante observavimus locum illum patentem et apertum, qui medius erat inter vestibulum ac templum, a Latinis dictum esse atrium. Græci eundem locum αὐλήν vocabant, quæ vox non semel occurrit in Evangelio, ubi vetus interpres semper atrium vertit.

nia eam obruentes, omaem prorsus spem salutis illi ademerunt. Verum divinum et salutare Verbum curam illius gerens, postquam debitas scelerum pœnas eam persolvisse sensit, optimi Patris clementiæ obsecundans, denuo eam restituit. Ac primum quidem cum summorum orbis Romani imperatorum animos sibi adjunxisset, universum orbem terrarum omnibus impiis et exitiosis hominibus, ipsisque adeo **385** crudelibus Deoque invisis tyrannis, eorum quos dixi, Deo charissimorum principum opera repurgavit. Deinde viros probe sibi cognitos, et jampridem perpetuo sacerdotio sibi consecratos, qui tamen occulte, utpote sæviēte persecutionum procella, ab ipso protegebantur, in lucem produxit, et sancti Spiritus magnificentissimis donis, ut decebat, ornavit; perque hos animas paulo ante inquinatas, omnique coluvie et impiarum jussionum acervis adobrutas, rursus objugatoriis divinarum præceptorum prædicationibus tanquam sarculis et ligonibus purgavit atque abstersit. Cumque mentium vestrarum locum purum ac nitidum reddidisset, huic sapientissimo posthæc Deique amantissimo præsidi eum tradidit. Qui cum in aliis rebus singulari judicio et ratiocinandi solertia præditus, tum in animarum quarum curam sortitus est, cogitationibus dignoscendis ac discernendis perspicacissimus, ab initio fere ad hunc usque diem ædificare non destitit: nunc autem splendidissimum, nunc purum ac probum argentum, nunc pretiosissimos lapides in unoquoque

A ὑπεστήριξε, ταῖς πρώταις τῶν τεττάρων Εδραγγαλίῳ τοῦ γράμματος προβολαῖς (39) ἐμβιδάζων. Τοὺς δ' ἤδη ἀμφὶ τὸν βασιλεῖον οἶκον προβολαῖς ἐκατέρωθεν (40) παραζεύγυσιν, ἔτι μὲν κατηχομένους, καὶ ἐν αὐτῇ καὶ προκοπῇ καθεστῶτας, οὐ μὴν πόρρω που καὶ μακρὰν τῆς τῶν ἐνδοτάτω θεοπτίας τῶν πιστῶν (41) διεζευγμένους. Ἐκ δὴ τούτων τὰς ἀκράτους ψυχὰς θείῳ λουτρῷ χρυσοῦ δίκην ἀποσμηθεύσας παραλαβὼν, κἀνταῦθα τοὺς μὲν κίσι τῶν ἐξωτάτω πολὺ κρείττοσιν, ἐκ τῶν ἐνδοτάτω μυστικῶν τῆς Γραφῆς δογματῶν ὑποστηρίζει, τοὺς δὲ πρὸς τὸ φῶς ἀνοίγμῃ καταυγάζει· προπύλῃ μὲν ἐνὶ μεγίστῃ τῆς τοῦ παμβασιλέως ἐνδὸς καὶ μόνου θεοῦ δοξολογίας, τὸν πάντα νεῶν κατακοσμῶν, Χριστοῦ δὲ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρ' ἐκάτερα αὐτῆς τοῦ Πατρὸς αὐθεντίας, τὰς δευτέρας αὐγὰς τοῦ φωτὸς (42) παρασχόμενος, τῶν τε λαίπῶν διὰ τοῦ παντὸς οἴκου ἀφθονον καὶ πολὺ διάφορον τῆς καθέκαστον ἀληθείας τὸ σαφὲς καὶ φωτεινὸν ἐνδεικνύμενος, πάντῃ δὲ καὶ πανταχόθεν τοὺς ζῶντας καὶ βεθηκότας καὶ εὐπαγεῖς τῶν ψυχῶν λίθους ἐγκρίνας, τὴν μέγαν καὶ βασιλικὴν ἐξ ἀπάντων οἶκον ἐπισκευάζεται, λαμπρὸν καὶ φωτὸς ἔμπλεω τὰ τε ἐνδοθεν (43) καὶ τὰ ἐκτὸς (44), ὅτι μὴ ψυχῇ μόνον καὶ διανοίᾳ (45), καὶ τὸ σῶμα δὲ αὐτοῖς ἀγνεύας καὶ σωφροσύνης πολυανθεὶ κόσμῳ κατηγλάιστο. Ἐνεῖσι δ' ἐν τῷδε τῷ ἱερῷ καὶ θρόνοι, βάθρα τε μυρία καὶ καθιστήρια· ἐν θύραις ψυχαῖς τὰ τοῦ θείου Πνεύματος ἐπιζῆνει δωρήματα, οἷα καὶ πάλοι ὄφθη τοῖς ἀμφὶ τοὺς ἱερῶς ἀποστολοῦς, οἷς ἐφάνησαν διαμ-

(39) Τοῦ γράμματος προβολαῖς. Hanc vocem Latine exprimere difficile est. Musculus quidem « propugnacula » vertit; Christophorus « repagulas. » Neutrum probō. Ego « obices » interpretatus sum.

(40) Προβολαῖς ἐκατέρωθεν. Delenda est vox προβολαῖς, quæ sensum turbat, et ex superiore litæa perperam huc irrepit. Quod miror ab interpretibus animadversum non fuisse.

(41) Οὐ μὴν πόρρω που... τῆς θεοπτίας τῶν πιστῶν. Intelligit eos qui a veteribus Christianis competentes vocabantur. Hi erant quasi quidam sacri baptismatis candidati. Tres igitur catechumenorum ordines hic distinguit Eusebius. Primi erant, qui Symbolum duntaxat, id est, Christianæ fidei rudimenta percipiebant; quos quidem exteriori ecclesiarum ambitui comparat. Secundi sunt quibus quatuor Evangeliorum brevis expositio tradebatur: eosque Eusebius comparat columnis, quæ circa atrium quadrangulari forma dispositæ sunt. Tertii sunt competentes, qui proxime ad fideles accedunt. Si quis tamen per primos illos qui ambitui ecclesiarum comparantur, laicorum promiscuam multitudinem intelligere velit: secundos vero qui columnis comparantur atriis, de illis accipiat, qui inter laicos cæteris eruditiores sunt, equidem non magno opere repugnabo.

(42) Τὰς δευτέρας αὐγὰς τοῦ φωτός. Ad hæc verba in margine codicis Maz. hoc scholion ascriptum est: « Ἀνθρώπε, τί σοι τῶν μακρῶν τούτων καὶ πανηγυρικῶν λόγων ὄφελος; ἢ τί κέρδος σοι τοῦ παντὸς τοῦδε φιλοπονήματος καὶ συντάγματος, οὗχ ὁμότιμον, ὡς ὄρω, τὴν Ἰὴν τῷ Πατρὶ, ὅτε μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συνεισάγοντι· πανταχοῦ δὲ ἐπὶ τῶν λόγων τῷ Πατρὶ τὰ πρῶτα χαρίζομένῳ, τῷ δὲ Ἰῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὰς δευτέρας τοῦ φωτὸς αὐγὰς

παρεχομένῳ; Καλὰ δὲ εἰπεῖν ὧν μία φύσις, δύναμις τε καὶ ὄψα, καὶ ἐν ἑξαλίμῃ τῆς λαμπρότητος· εἰκότως τοίνυν σὺ μὲν μετὰ τῶν σῶν δογμάτων καὶ ποιημάτων ἐν Ἰγώνια που καὶ παραδόσῃ κατάκεισαι, λήθη παντελεῖ σχεδὸν καὶ βαθεῖα σιγῇ καλυφθεὶς, ὁ τοιοῦτος δογματιστῆς· ἐν δὲ τῇ τοῦ θεοῦ Ἐκκλησίᾳ λαμπροὶ λαμπρῶς ἀναστρέφονται, καὶ φαίνουσιν ἡλίῳ φαιδρότερον, καὶ τὴν οἰκουμένην τῷ κλέει καὶ τοῖς λόγοις περιαιγάζουσιν, ὅτε μέγιστος πατήρ θεολόγος, καὶ οἱ μετ' ἐκείνου δογματισταὶ καὶ διδάσκαλοι. Ταῦτα ἐνταῦθα γράψαι δεῖν ᾤθη, ἵνα οἱ ἀναγινώσκοντές σε μὴ συναρπάζωνται, ἀλλὰ γινώσκοντές σε, καταφρονῶσι καὶ σοῦ καὶ τῶν σοῦ λόγων, καὶ τῶν δογμάτων. In codice Mediceo brevius ascriptum est scholion his verbis: Καὶ τὸδε βλάσφημον.

(43) Τὰ τε ἐνδοθεν. Hunc locum ex codice Mediceo, Fuketiano et Mazarino pristinae sanitati restitui.

(44) Ἐνδοθεν καὶ τὰ ἐκτὸς, etc. Id est: « basilicam construxit splendidam ac luminis plenam, tam intus quam extra. »

(45) Ὅτι μὴ ψυχῇ μόνον καὶ διανοίᾳ. Est hic locus illustris de castitate et continentia clericorum, qui tamen haec in obscuro latuit ob pravam interpretum versionem. Sic enim vertit Musculus, cujus versionem secutus est Christophorus: « Interiora autem et exteriora, quoniam non animam modo et mente, sed et corpore constant, castitatis ac temperantiae floridissimo ornatu illustravit. » Quæ tamen interpretatio ferri non potest. Causam autem erroris ipsis præbuit prava interpunctio, quæ in editione Rob. Stephani et in Regio codice habetur. Nam post vocem αὐτοῖς ascripta est virgula. Verum codex Med. et M. z. merito eam virgulam non agnoscuti.

ριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός· ἐκάθισέ τε ἐφ' ἓνα ἕκαστον αὐτῶν. Ἄλλ' ἐν μὲν τῷ πάντων ἄρχοντι, ἕως αὐτὸς ὅλος ἐγκάθηται Χριστὸς, ἐν δὲ τοῖς μετ' αὐτὸν δευτερεύουσιν (46), ἀναλόγως καθόσον ἕκαστος χωρεῖ Χριστοῦ δυνάμει καὶ Πνεύματος ἁγίου μερισμοῦς. Βάθρα δ' ἂν εἶεν καὶ ἀγγέλων, καὶ αἱ τινῶν ψυχαί, τῶν εἰς παιδαγωγίαν καὶ φρουρὰν ἐκείνῃ παραδεδομένων. Σεμνὸν δὲ καὶ μέγα καὶ μονογενὲς θυσιαστήριον, ποῖον ἂν εἴη ἢ τῆς τοῦ κοινοῦ πάντων ἱερέως τῆς ψυχῆς τὸ εἰλικρινὲς καὶ ἁγίον Ἄγιον; ᾧ παρεστὼς ἐπὶ δεξιᾷ ὁ μέγας τῶν ὄλων ἀρχιερεὺς αὐτὸς Ἰησοῦς ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ, τὸ παρὰ πάντων εὐώδες θυμίαμα, καὶ τὰς δι' εὐχῶν ἀναίμους καὶ ἀλόγους θυσίας, φαίδρῳ τῷ βλέμματι καὶ ὑπτίαις ὑποδεχόμενος χερσὶ, τῷ κατ' οὐρανὸν Πατρὶ καὶ Θεῷ τῶν ὄλων παραπέμπεται, πρῶτος αὐτὸς προσκυνῶν, καὶ μόνος τῷ Πατρὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀποπέμνων σέβας, εἶτα δὲ καὶ πᾶσιν ἡμῖν εὐμενῆ διαμένειν καὶ δεξιὸν εἰς αἰὲν παραιτούμενος. Τοιοῦτος ὁ μέγας νεὸς, ὃν καθ' ὅλην τῆς ὕψ' ἥλιον οἰκουμένης ὁ μέγας τῶν ὄλων δημιουργὸς Λόγος συνεστήσατο, τῶν ἐπέκεινα οὐρανῶν ἀψίδων πάλιν καὶ αὐτὸς νοερὰν ταύτην ἐπὶ γῆς εἰκόνα κατεργασάμενος, ὡς ἂν διὰ πάσης τῆς κτίσεως, τῶν τε ἐπὶ γῆς λογικῶν ζώων ὁ Πατὴρ αὐτῷ τιμῶτό τε καὶ σέβοιτο. Τὸν δὲ ὑπερουράνιον χῶρον (47) καὶ τὰ ἐκεῖσε τῶν τῆδε παραδείγματα, τὴν τε ἄνω λεγομένην Ἱερουσαλὴμ καὶ τὸ Σιών ὄρος τὸ ἐπουράνιον, καὶ τὴν ὑπερκόσμον πόλιν τοῦ ζῶντος Θεοῦ, ἐν ἣ ἑκατὶ ἀγγέλων πανηγύρεις καὶ Ἐκκλησία πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς, ταῖς ἀρβήτοις καὶ ἀνεπιλογίστοις ἡμῖν θεολογίαις, τὸν σφῶν ποιητὴν καὶ πανηγυμόνα τῶν ὄλων γεραίρουσιν, οὐ τίς θνητὸς οἶός τε κατ' ἀξίαν ἡμνήσας; Ὁ τίς δὲ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, αὐτὰ δὲ ταῦτα ἃ ἠτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ὧν ἡδὴ ἐν μέρει καταξιωθέντες ἄνδρες ἄμα παισὶ καὶ γυναῖξι, μικροὶ καὶ μεγάλοι, πάντες ἀθρώως ἐν ἐνὶ πνεύματι καὶ μετὰ ψυχῆ, μὴ διαλίπωμεν ἐξομολογούμενοι, καὶ τὸν τῶν τοσοῦτων ἡμῖν (48) ἀγαθῶν παρτίων ἀνευφημοῦντες, « τὸν εὐλατεύοντα πάσαις ταῖς ἀνομίαις ἡμῶν, τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους ἡμῶν, τὸν λυτροῦμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν ἡμῶν, τὸν στεφανοῦντα ἡμᾶς ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, τὸν ἐμπιπλῶντα (49) ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν· ὅτι οὐ κατὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν, οὐδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν· ὅτι καθ' ὅσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, ἐμάκρυνεν ἀφ'

⁹⁷ Isa. LIV, 11-14.

(46) Ἐρ δὲ τοῖς μετ' αὐτὸν δευτερεύουσιν. Presbyteros intelligit, qui secundum sacerdotii gradum obtinent. Et episcopum quidem ac presbyteros thronis Ecclesiæ comparat: subselliis vero diaconos.

(47) Τὸν δὲ ὑπερουράνιον χῶρον. Sic vulgatam lectionem, τὸν τε ὑπ. γ., corrigendum est prorsus necessaria emendatione. Postquam enim Eusebius de duplici Ecclesiæ fabrica abunde locutus est, materialis scilicet ac spiritali, et utramque sibi invicem comparavit, transit tandem ad cælestem illam Jerusalem, quippe quæ idea ac primitivum exemplar est de-

vestrum coagmentans; ut suis erga vos operibus sacram denuo et arcanam prædictionem adimpleat, quæ sic habet: « Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum, et fundamenta tua sapphirum, et propugnacula tua jaspidem, et portas tuas lapides crystalli, et murum tuum lapides electos: et omnes filios tuos doctos a Deo, et in multa pace filios tuos; et in justitia ædificaberis ». In justitia igitur ædificans, totius populi vires ac facultates congrua ratione distinxit; hos quidem exteriorē duntaxat cingens muro, id est firma fide. Cuius generis infinita est multitudo, quæ præstantiorem structuram ferre non potest. Illis vero aditus in templum permittens; ad portas stare et intrantes deducere eos jubet: qui non absurde templi vestibulis comparantur. Alios primis columnis quæ forinsecus circa atrium in quadranguli speciem dispositæ sunt suffulsit, intra primos litteralis quatuor Evangeliorum sensus obices eos inducens. Jam vero nonnullos circa regiam ædem utrinque lateribus applicat, qui adhuc quidem catechumeni sunt: et augmentum ac progressum faciunt, non tamen procul **386** absunt ab ipsa abditissimorum Dei mysteriorum inspectione qua fideles fruuntur. Ex horum numero eos quorum animæ immaculatæ sunt et divino lavacro instar auri purgatæ assumens: alios columnis quæ exterioribus illis longe præstantiores sunt, arcanis scilicet et intimis sacræ Scripturæ sententiis suffulcit. Alios vero fenestris ad lumen in ædes immittendum factis illustrat. Ac universum quidem templum uno maximo vestibulo, unius scilicet Dei summi omnium regis adoratione exornavit. Christum vero et Spiritum sanctum utrinque ad latus paternæ auctoritatis, quasi secundum lumen præbet. Sed et in reliquis singillatim fidei nostræ sententiis, per totam basilicam copiosissimam ac præstantissimam veritatis lucem atque evidentiam ostendit. Præterea vivos et stabiles ac firmos animarum lapides undique seligens, amplam ac regiam domum ex omnibus construxit: splendoris ac luminis plenam tam intus quam extra: quandoquidem non anima solum illis ac mens, sed etiam corpus castitatis ac modestiæ florido ornatu resplendent. Insunt etiam in hoc templo throni, et subsellia scamnæque innumera: in cunctis scilicet animabus in quibus sancti Spiritus resident dona, cuiusmodi olim visa sunt sacrosanctis apostolis: quibus linguæ instar ignis

gentis in terris Ecclesiæ. At Musculus, cuius versione more suo secutus est Christophorus, et ipse in hujus loci versione nihil omnino vidit, et totam venustatem sententiæ lectoribus obscuravit.

(48) Vulg. τὸν τοσοῦτον ἡμῖν. Scripti codices non consensu habent τὸν τῶν τοσοῦτων ἡμῖν ἀγαθῶν παρτίων, et ad oram codicis Med. annotatur σκληρὰ σύνταξις, id est: « dura atque aspera constructio. »

(49) Ἐμπιπλῶντα. Ita in vetustissimo codice Maz. scribitur rectius quam vulg. ἐμπιπλ. Eundem errorem jam antea notare meminimus.

divisæ, et singulis insidentes apparuerunt. Verum in ipso quidem omnium principe ac præside, totus, ut verisimile est, insidet Christus. In iis vero qui secundum dignitatis locum obtinent, quatenus quisque dispertita virtutis Christi sanctique Spiritus dona capere potest. Subsella quoque angelorum sunt quorundam animæ, quorum institutio et custodia illis demandata est. Augustum vero magnumque et unicum altare quodnam aliud est, quam summi omnium sacerdotis purissima mens prorsusque Sanctum sanctorum? Cui dexter assistens maximus ille omnium Pontifex, ipse scilicet Jesus unigenitus Dei Filius, suavissimum ab omnibus sufflitum et incruenta ac spiritalia precum sacrificia, hilari vultu et supinis manibus suscipiens, cœlesti Patri et universorum Deo transmittit: primus ipse eum adorans, solusque congruentem paternæ majestati honorem exhibens: deinde vero obsecrans, ut is propitius omnibus nobis ac benignus perpetuo esse velit. Hujusmodi **387** est magnum illud templum, quod per universum terrarum orbem magnus ille mundi opifex Verbum Dei constituit; hancque intellectualium imaginem eorum quæ ultra ipsos cœli fornices posita sunt, ipse in terris denuo perfecit: ut ab omni creatura et ab animantibus ratione præditis, Pater ipsius debito honore cultuque afficeretur. Illam vero supercœlestem regionem et ea quæ illic sunt exemplaria horum quæ hic cernimus: supernam illam Hierusalem, cœlestem montem Sion, et ultra mundum positam civitatem Dei viventis, in qua innumerabiles angelorum chori, et Ecclesia primogenitorum qui in albo cœlestium civium descripti sunt, conditorem suum ac summum omnium ducem hymnis quibusdam inexplicabilibus quos nec intelligentia assequi possumus, venerantur: nullus mortalium pro dignitate celebrare suffecerit. Etenim « nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt ea quæ Deus præparavit diligentibus se⁹⁹. » Quarum quidem rerum jam aliqua ex parte Dei beneficio compotes facti, viri cum mulieribus et pueris; summi pariter atque infimi; omnes simul uno spiritu unoque animorum consensu tantorum nobis honorum auctorem confiteri ac celebrare nunquam desinamus: « Qui propitiatur omnibus iniquitatibus nostris; qui sanat omnes infirmitates nostras; qui redimit ab interitu vitam nostram; qui coronat nos in misericordia et miserationibus; qui explet in bonis cupiditatem nostram. Quia non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quia quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quemadmodum miseretur pater filiorum suorum, misertus est Dominus timentium se⁹⁹. » Hæc et in presentia et cunctis deinceps temporibus memoria recolentes, Deumque præsentis hujus festivitatis et splendidæ hujus ac lætissimæ lucis auctorem ac præsidem diu noctuque singulis horis, et omnibus, ut ita dicam, momentis quibus spiritum ducimus, ante oculos mentis nobis proponentes, totis animi viribus eum diligamus ac veneremur. Jamque exsurgentes, contentissima nostri affectus voce eum obsecremus, ut nos intra septa ovilis sui tueri perpetuo ac servare velit, pacemque **388** suam inviolabilem nobis atque inconcussam præset in Christo Jesu Servatore nostro, per quem ei sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT V.

Exempla legum imperialium.

Nunc vero exempla imperialium constitutionum Constantini ac Licinii ex Romana lingua in Græcam conversa deinceps adjiciamus.

Exemplum constitutionis imperatorum Constantini et Licinii.

« Jamdudum quidem, cum animadverteremus non esse cohibendam religionis libertatem, sed uniuscujusque arbitrio ac voluntati permittendum, ut ex animi sui sententia rebus divinis operam daret, sanximus ut tum ceteri omnes tum Christiani, sectæ ac religionis suæ fidem atque observantiam retinere. Sed quoniam in eo rescripto quo hæc facultas illis concessa fuerat, multæ ac diversæ sectæ diserte ac nominatim additæ videbantur, quidam eorum ob

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

Ἀντίγραφον βασιλικῶν νόμων (Nic. H. E. VII, 42).

Φέρε δὴ λοιπὸν καὶ τῶν βασιλικῶν διατάξεων Κωνσταντίνου καὶ Λικινίου τὰς ἐκ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς μεταληφθεῖσας ἐρμηνείας παραθώμεθα.

Ἀντίγραφον βασιλικῶν διατάξεων ἐκ Ῥωμαϊκῆς γλώσσης μεταληφθεῖσῶν.

« Ἡδὴ μὲν πάλαι σκοποῦντες τὴν ἐλευθερίαν τῆς θρησκείας οὐκ ἄρνητέαν εἶναι, ἀλλ' ἐνὸς ἐκάστου τῆ διανοίᾳ καὶ βουλήσει ἐξουσίαν δοτέον τοῦ τὰ θεῖα πράγματα τημελεῖν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, ἕκαστον κεκλευόμενοι, τοὺς τὴν Χριστιανοῖς, τῆς αἰρέσεως καὶ τῆς θρησκείας τῆς ἑαυτῶν τὴν πίστιν φυλάττειν. Ἄλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ καὶ διάφοροι αἰρέσεις ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀντιγραφῇ, ἐν ἧ' τοῖς αὐτοῖς συνηχωρήθη ἢ τοιαύτη ἐξουσία, ἐδόκουν προστεθεῖσθαι σα-

⁹⁹ I Cor. II, 9. ⁹⁹ Psal. CII, 5 13.

φῶς (50), τυχὼν ἰσως τινὲς αὐτῶν μετ' ὀλίγον ἀπὸ A τῆς τοιαύτης παραφυλάξεως ἀνεκρούοντο· ὅποτε εὐ-
 τυχῶς ἐνὶ Κωνσταντινῶς ὁ Αὐγουστος, κἀγὼ Λικίν-
 νιος ὁ Αὐγουστος, ἐν τῇ Μεδιολάνῳ ἐληλύθειμεν, καὶ
 πάντα ὅσα πρὸς τὸ λυσιτελεῖς καὶ τὸ χρησίμον τῷ
 κοινῷ διέφερον, ἐν ζητῆσει ἐσχομεν, ταῦτα μεταξὺ
 τῶν λοιπῶν ἄτινα ἐδόκει ἐν πολλοῖς ἄπασιν ἐπωφελῆ
 εἶναι, μᾶλλον δὲ ἐν πρώτοις διατάξαι ἐδογματίσαμεν,
 οἷς ἢ πρὸς τὸ θεῖον αἰδῶς τε καὶ τὸ σέβας ἐνελεχτο,
 τοῦτ' ἐστίν, ὅπως δῶμεν καὶ τοῖς Χριστιανοῖς καὶ
 πᾶσιν ἐλευθέραν αἴρεσιν τοῦ ἀκολουθεῖν τῇ θρησκείᾳ
 ἣ δ' ἂν βουληθῶσιν· ὅπως ὃ τί ποτέ ἐστι θεϊότης
 καὶ οὐρανοῦ πράγματος (51), ἡμῖν καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ
 τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν διαγούσιν εὐμενὲς εἶναι δυ-
 νηθῆ. Τόλυν ταύτην τὴν βούλησιν τὴν ἡμετέραν
 ὀμεινῶ καὶ ὀρθοτάτῳ λογισμῷ ἐδογματίσαμεν, ὅπως
 μηδενὶ παντελῶς ἐξουσία ἀρνητέα ἢ τοῦ ἀκολουθεῖν
 καὶ αἰρεῖσθαι τὴν πῶν Χριστιανῶν παραφύλαξιν ἢ
 θρησκείαν, ἐκάστῳ τε ἐξουσία δοθείη τοῦ διδόναι
 ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν ἐν ἐκείνῃ τῇ θρησκείᾳ, ἣν αὐ-
 τὸς ἑαυτῷ ἀρμόζειν νομίσῃ, ὅπως ἡμῖν δυναθῆ τὸ
 θεῖον ἐν πᾶσι τὴν ἐθιμον σπουδῆν καὶ χαλοκάγαθίαν
 παρέχειν. Ἄτινα οὕτως ἀρέσκουν ἡμῖν ἀντιγράψαι
 ἀκόλουθον ἦν, ἵν' ἀφαιρεθειῶν παντελῶς τῶν αἰρέ-
 σεων, αἵτινες τοῖς προτέροις ἡμῶν γράμμασι τοῖς
 πρὸς τὴν σὴν καθοσίωσιν ἀποσταλεῖσι περὶ τῶν
 Χριστιανῶν ἐνελεχοντο, καὶ ἄτινα πάνυ σκαίαι καὶ τῆς
 ἡμετέρας πράττητος ἀλλότρια εἶναι ἐδόκει, ταῦτα
 ὕφαιρθῆ, καὶ νῦν ἐλευθέρως τε καὶ ἀπλανῶς ἕκαστος
 τῶν τὴν αὐτὴν προαίρεσιν ἐσχηκότων τοῦ φυλάττειν
 τὴν τῶν Χριστιανῶν θρησκείαν, ἀνευ τινὸς ὀχλή-
 σεως, τοῦτο αὐτὸ παραφυλάττοι. Ἄτινα τῇ σῆ ἐπι-
 μελείᾳ πληρέστατα δηλώσαι ἐδογματίσαμεν, ὅπως
 εἰδείης ἡμᾶς ἐλευθέραν καὶ ἀπολελυμένην ἐξουσίαν
 τοῦ τημελεῖν τὴν ἑαυτῶν θρησκείαν τοῖς αὐτοῖς
 Χριστιανοῖς δεδωκέναι· ὅπερ ἐπειδὴ ἀπολελυμένως
 αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν δεδωρῆσθαι (52), θεωρεῖ ἢ σὴ καθο-
 σίωσις, καὶ ἐτέροις δεδῶσθαι ἐξουσίαν τοῖς βουλο-
 μένοις τοῦ μετέρχεσθαι τὴν παρατήρησιν καὶ θρη-

A hanc fortasse causam paulo post ab huiusmodi ob-
 servantia destiterunt. Quamobrem cum nos, Con-
 stantinus ac Licinius Augusti, felicibus auspiciis
 Mediolanum venissemus, et quæcunque ad commo-
 dum utilitatemque reipublicæ pertinebant, sollicitè
 inquireremus, inter cætera quæ universis multifa-
 riam profutura iudicavimus, seu potius præ reliquis
 omnibus hæc constituenda esse censuimus, quibus
 divini numinis cultus ac veneratio contineretur :
 hoc est, ut Christianis et reliquis omnibus libera
 facultas a nobis tribuatur quamcunque voluerint
 religionem consecrandi : quo scilicet quidquid illud
 est divinum ac cæleste numen, nobis et universis
 qui sub imperio nostro degunt, propitium esse
 possit. Hanc igitur nostram voluntatem salubri et
 rectissimo consilio promulgavimus, ut nemini pror-
 sus Christianam observantiam ac religionem se-
 quendi aut eligendi licentia denegetur. Sed unicui-
 que liceat ad eam religionem quam sibi conducere
 censuerit, animum applicare; quo divinum numen
 propensum erga nos studium ac benignitatem in-
 omnibus possit ostendere. Porro consentaneum
 B 389 fuit ut hæc nobis ita placere rescriberemus,
 quo, sublatis penitus omnibus sectis quæ in priorè
 nostra de Christianis epistola ad Tuam Devotionem
 missa continebantur, cum illa quæ prorsus sinistra
 et a nostra mansuetudine aliena esse videbantur,
 omnino removeantur : tum ut in posterum quicun-
 que Christianam religionem observandam sibi esse
 statuerunt, eam libere et constanter absque ulla
 molestia et impedimento retineant. Quæ, quidem
 C idcirco tuæ solertiæ iudicanda censuimus, ut libe-
 ram et absolutam licentiam religionis suæ colendæ
 Christianis concessam a nobis esse cognoscas. Quod
 quoniam a nobis simpliciter et absolute illis con-
 cessum est, simul etiam aliis observantiam et cul-
 tum suum sectari volentibus, id concessum esse Tua
 Devotio intelligit. Quod profecto temporum nostro-
 rum tranquillitati convenire perspicuum est : ut

(50) Προστεθεῖσθαι σαφῶς. In codice Fuketiano
 et Saviliano scribitur ἀσαφῶς. Utra autem verior
 sit lectio, difficile est dicere. Nam cum prior illa
 lex Constantini pro Christianis, cuius hic mentio
 sit, hodie desideretur, obscurum est quidnam hic
 sibi velit Constantinus, cum ait in ea lege adjectas
 fuisse multas ac diversas αἰρέσεις, eaque de causa
 multos a legis Christianæ professione deterritos.
 Christophorsonus quidem διαφόρους αἰρέσεις inter-
 pretatus est dubias et controversas sententias :
 quasi ea lex non perspicuum, sed obscurum et
 ambiguum sensum habuerit. Atque ita Baronius ad
 annum Christi 313, hæc Christophorsoni verba
 intellexit. Langus vero et Musculus αἰρέσεις opi-
 niones et hæreses exposuerunt, multo certe rectius.
 Αἰρέσεις enim pro sensu seu διανοίᾳ sumi non pos-
 sunt, sed opinionem significant et sectam. Cum
 igitur imperator Constantinus in illa priori lege,
 cunctis colendi, prout vellent, numinis liberam fa-
 cultatem concessisset, illud etiam adiecerat, non
 Christianis solum, sed etiam reliquis cujuslibet
 sectæ hominibus, id est Judæis et Samaritanis,
 Marcionitis quoque et Montanistis, Novatianis, Sa-
 hellianis, omnibus denique omnium religionum
 sectis idem esse concessum. Quo quidem facto,

religioni Christianæ non levis fieri videbatur inju-
 ria, quippe quæ cum hæreticis et schismaticis et
 eum Judæorum perfidia quasi ex æquo componere-
 tur. Quare admonitus postea a Catholicis Constan-
 tinus, hac posteriore lege id emendavit; sectarum
 omnium mentione penitus sublata, hoc est quod
 D infra dicit his verbis : "Ἴν' ἀφαιρεθειῶν παντελῶς
 τῶν αἰρέσεων αἵτινες τοῖς προτέροις ἡμῶν γράμ-
 μασι ἐνελεχοντο.

(51) Θεϊότης καὶ οὐρανοῦ πράγματος. Apud
 Nicephorium legitur θειοτάτου, quod non probō. Sed
 nec vulgata lectio sana est.

(52) Αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν δεδωρῆσθαι. Post hæc
 verba in codd. Maz., Fuk. ac Savil. et apud Nice-
 phorium sequuntur hæc voces : θεωρεῖ ἢ σὴ καθο-
 σίωσις, καὶ ἐτέροις δεδῶσθαι ἐξουσίαν, etc., optime;
 nisi quod pro δεδωρῆσθαι scribendum est procul
 dubio δεδῶρηται, ut ex versione nostra apparet.
 Est autem hæc secunda Constantini constitutio data
 ad præfectum prætorii eum ipsum, ad quem data
 fuerat prima lex pro Christianis. Ac prima quidem
 lex data fuerat Romæ, Constantino II et Licinio II
 coss. statimque in Orientem missa ad Maximinum,
 ut habetur in libro IX, cap. 9. Hæc autem secunda
 data est Mediolani, anno sequente.

unicuique liberum sit quamcunque voluerit colendi A
 Numinis rationem eligere atque observare. Atque
 id a nobis eo factum est, ut ne cui divino cultui
 atque honori quidquam a nobis detractum esse vi-
 deretur. Hoc autem amplius in gratiam Christiano-
 rum decernimus, ut loca ipsorum in quibus antehac
 convenire consueverant, de quibus in litteris prius
 ad Devotionem Tuam datis alia erat forma superiori
 tempore constituta, si qui aut a fisco nostro aut ab
 alio quopiam ea emisse visi fuerint, ipsis Christianis
 absque ulla pecunia et sine repetitione ulla superad-
 jecti pretii, incunctanter ac sine ulla ambage resti-
 tuant; et si qui eadem loca dono acceperint, ut ea
 protinus Christianis reddant. Quod si qui ea loca
 emerunt aut donata acceperunt, aliquid a nostra
 clementia petere velint; ii præfectum qui in illa
 provincia jus dicit, adeant, ut a nostra Serenitate
 ratio ipsorum habeatur. Quæ quidem omnia protinus
 sine ulla dilatione corpori Christianorum restitui
 tua cura ac diligentia oportebit. Et quoniam iidem
 Christiani non solum ea loca in quibus convenire
 solebant, sed etiam alia possedisse noscuntur, quæ
 non privatim ad singulos ipsorum, sed ad jus cor-
 poris pertinerent, hæc omnia post legem a nobis
 memoratam 390 absque ulla dubitatione iisdem
 Christianis, hoc est cuilibet corpori et conventiculo
 ipsorum restitui jubebis: supradicta scilicet ratione
busdam spiritibus, ut veteres illi; nec spectris dæmonum imperitam multiudinem seducentium, nec fraudibus et commentis hominum impiorum celebrat, sed ipsi a quo honoratus est Deo, gratias persolvit; conscius scilicet bonorum quæ ab eo accepit, non veterum ritu, palatium cruore ac labo inquinans, nec fumo et igne et holocaustis terrenos dæmones placans; verum summo omnium regi gratam et acceptam victimam, suum videlicet regium animum, ac mentem Deo dignissimam consecrans. Sola enim hæc victima Deo jucunda est, quam imperator noster absque igne et sanguine, puris animi cogitationibus litare condidit, dum partim veris opinionibus ac sentiis in animo reconditis pietatem confirmat; partim magnificis orationibus laudes Dei prædicat, et regis actibus Dei clementiam æmuletur, totus ei addictus, magnique instar doni semetipsum ei dedicans, velut primitias orbis cujus ipse administrationem accepit. Hanc igitur maximam hostiam ante omnes rite immolat imperator. Immolat vero utpote bonus pastor, non

Agnorum cædens primogenitorum hecatombas,
sed rationalis gregis qui ab ipso pascitur animos,
ad cognitionem Dei cultumque perducens.

CAPUT III.

At Deus hujusmodi delectatus hostia, donumque sibi oblatum libenter accipiens, venerandi hujus et eximii sacrificii antistitem collaudat, multosque annorum circuitus ejus imperio adjicit; pro modo religionis qua ab imperatore colitur, sua in illum beneficia vicissim adaugens. Omnesque ei festivitates celebrare concessit cum summa singularis imperii felicitate; singulis decennialium circulis unum ex ejus liberis ad imperialis throni consortium promovens. Primo enim natu maximum qui paterno appellatur nomine, primo imperii decennio consortem regni renuntiavit. Eum deinde **609** qui secundus erat ætate, secundo imperii decennio; tertium deinceps tertio ejus festivitatis quam nunc celebramus decennio. Cumque jam quartus volvi cœperit circulus, utpote temporum spatiis magis magisque sese extendentibus, copiosa generis societate, et Cæsarum nuncupationibus

(53) Ἄκροις ἀθέων ἀνδρῶν. Corrupta vox est ἄκροις, pro qua quid substituendum sit, nescio. Nisi forte placet ἀκροάσεις. Laudat enim Constantinum, quod decennialibus suis oratores ethnicos non admittat.

(54) Vulg. πρὸς τῶν ἀπάντων καλλιερεῖ. Scribendum est πρὸ τῶν ἀπάντων, vel πρῶτος.

(55) Κατὰ τὴν πρώτην τῆς βασιλικῆς περιόδου δεκάδα. Si rem exactius disquiramus, falsum est, Constantinum juniorem Cæsarem a patre creatum fuisse primo imperii Constantini decennio. Constantinus enim junior a patre Cæsar creatus est, Gallicano et Basso coss. Kalendis Martiis, anno Christi 317. Erat hic annus imperii Constantini xi. Quare non intra primum decennium, sed potius intra secundum Cæsar creatus est junior Constantinus. Proinde hic Eusebii locus benigne interpretandus est, et κατὰ τὴν πρώτην δεκάδα, sumendum est pro ἀμφὶ τῆν.

οὐ χθονίους κατὰ τοὺς παλαιούς συντελεῖ πνεύμασιν, οὐδὲ λαοπλάνων φάσμασι δαιμόνων, οὐδ' ἀπάταις καὶ ἄκροις ἀθέων ἀνδρῶν (53), αὐτῷ δὲ τὰ χαριστήρια τῷ τετιμηκότι, συνησθημένος τῶν εἰς αὐτὸν κεχρηγημένων ἀγαθῶν, ἀποδίδωσιν· οὐ κατὰ τοὺς παλαιούς, αἵμασι καὶ λίθοις τοὺς βασιλικούς οἴκους μαιίνων, οὐδὲ καπνῷ καὶ πυρὶ, ζῶων τε ὀλοκαύτων θυσίαις, χθονίους δαίμονας ἀπομειλισσόμενος, τὴν δ' αὐτῷ τῷ βασιλεῖ τῶν ὄλων προσφιλῆ καὶ χαρίεσσαν θυσίαν, αὐτὴν δηλαδὴ τὴν αὐτοῦ βασιλικὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν τὸν θεοπρεπέστατον, ἀφιερῶν αὐτῷ· θυσία γὰρ αὕτη προσσηρῆ αὐτῷ μόνη· ἦν δὴ βασιλεὺς ὁ ἡμεδαπός, καλλιερεῖν ἀπύροις καὶ ἀνείμοις τοῖς κατὰ διάνοιαν κεκαθαρμένοις λογισμοῖς δεδίδακται, ψυχῆς μὲν ἀδιαψεύστοις δόγμασι τὰ τῆς εὐσεβείας κρατῶντων, λόγῳ δὲ μεγαλοπρεπεῖ γεραίρων τὴν θεολογίαν, πράξει τε βασιλικαῖς τὴν τοῦ κρείττονος ζηλῶν φιλανθρωπίαν, ὅλος τε ἀνακείμενος αὐτῷ, καὶ μέγα δῶρον ἀνατιθεὶς αὐτῆς ἑαυτὸν, οὐ πεπίστευται κόσμου τὸ ἀκροθίνιον· τοῦτο δὴ μέγιστον ἱερεῖον πρὸ τῶν ἀπάντων καλλιερεῖ (54) βασιλεὺς, θύει δ' ἅτε ποιμὴν ἀγαθός, οὐκ

Ἄρῶν πρωτοτόνων βέζων κλειτὰς ἑκατόμβας, τῶν δ' ὑπ' αὐτῷ ποιμαινομένων λογικῶν θρεμμάτων τὰς ψυχὰς τῇ αὐτοῦ γνώσει καὶ εὐσεβείᾳ προσάγων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὁ δὲ τῷ τοιῷδε χαίρων ἱερεῖῳ, καὶ τὸ δῶρον ἀσμένως ἀσπασζόμενος, τῆς σεμνῆς καὶ καλλιπρεποῦς θυσίας τὸν ἱεροφάντην ἀγάμενος, προσθήκας αὐτῷ μακρῶν περιόδων τῆς βασιλείας προσθήθησιν, ἀμοιβαίως ταῖς εἰς αὐτὸν ὄσαις αὖξιν τὰς εὐεργεσίας· παρέχει τε παντοίας ἑορτὰς ἐκτελεῖν σὺν πολλῇ τῇ βυστώνῃ τῆς μοναρχίας, ἐφ' ἑκάστη περιόδῳ δεκαετοῦς πανηγύρεως, ἕνα τινὰ τῶν αὐτοῦ παιδῶν ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλικοῦ θρόνου κοινωνίαν προχειρίζομενος· πρῶτον γε τοῦ πατρὸς τὸν ὁμώνυμον, κατὰ τὴν πρώτην τῆς βασιλικῆς περιόδου δεκάδα (55), τοῦ βασιλικῶν κοινωνῶν ἀπέφηνε κλήρου, δεύτερον δ' ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ δεκάδι, τὸν ἐφεξῆς τῷ χρόνῳ, τὸν τρίτον ὡσαύτως, ἐπὶ τῇ τρίτῃ τῆς μετὰ χεῖρας ἑορτῆς δεκάδι· ἦδη δὲ καὶ τετάρτης ἀνακυκλουμένης περιόδου (56), ὡς ἂν τῶν χρόνων εἰς μῆκος ἐκτεινομένων, συναύξων τὴν βασιλείαν ἀφθόνῳ κοινωνίᾳ τοῦ γένους, Καισάρων τε ἀναδείξει (57), προφητῶν

(56) Vulg. ἦδη δὲ τῆς τετάρτης ἀνακυκλουμένης περιόδου. Const. imperator tricennalia edidit Constantio et Albino coss. viii Kalendas Augusti, qui dies tricesimum ejus imperii annum inchoabat. Ab hoc igitur die supradictis coss., anno Christi 335, incipiebat quarta periodus decennialis imperii Constantini juxta computationem Eusebii: cum tamen incipere potius deberet ab insequente anno, primo scilicet ac tricesimo. Verum hæc non ita exacte supputari solent ab oratoribus.

(57) Καισάρων τε ἀναδείξει. Dalmatium et Hanniballianum intelligit, quorum prior Cæsar, alter vero Rex a Constantino declaratus est anno imperii tricesimo, die xv Kalendas Octobris, ut legitur in Fastis Idatii. Hieronymus in Chronico scribit tricennialibus Constantini Dalmatium Cæsarem factum fuisse. Ubi tricennalia posuit pro anno imperii tricesimo, cum tamen tricennalia proprie sit dies primus anni tricesimi. Etenim imperatores

θειών (58) ἀποπληροῖ θεοσπίσματα, & δὴ πάλαι καὶ πρόβαται ὧδέ πη ἐβόα· « Καὶ διαλήφονται τὴν βασιλείαν ἄγιοι Ὑψίστου. » Οὕτω δὴτα χρόνων ἅμα καὶ παιδῶν ἀξήσεις βασιλεῖ τῷ θεοφιλεστάτῳ Θεῷ αὐτός ὁ παμβασιλεὺς δωρούμενος, ἀκμάζουσαν αὐτῷ καὶ νεαρὰν τὴν κατὰ τῶν ἐπὶ γῆς ἔθνῶν ἡγεμονίαν, ὥσπερ ἄρτι φύειν ἀρχομένην καθίστησιν· αὐτός τε αὐτῷ συντελεῖ τὴν πανήγυριν, νικητὴν αὐτὸν καθιστὰς ἐχθρῶν ἀπάντων καὶ πολεμίων, εὐσεβείας τε ἀληθοῦς ὑπόδειγμα τοῖς ἐπὶ γῆς ἅπασιν ἀποφαίνων. Ὁ δ' ὡς φῶς ἡλίου μαρμαρυγαῖς ταῖς τῶν Καισάρων ἐπλάμψεσι, τοὺς πορρωτάτω τοῖς τόποις ἀπωκισμένους, ταῖς εἰς μακρὸν ἐξ αὐτοῦ παραπεμπομέναις ἀκτίσι καταυγάζει, ὧδε μὲν ἡμῖν τοῖς τὴν ἐφ' ἡμῶν λαχοῦσι τὸν ἐπάξιον αὐτοῦ καρπὸν (59), θάτερον δὲ τῶν παιδῶν θατέρῳ γένοι τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάλιν ἄλλον ἀλλαγῆθι, λαμπτήρας οἶα καὶ φωστῆρας τῶν ἐξ αὐτοῦ προχέομένων φώτων, διενείματο· εἶθ' ὑπὸ μάνα ζευγλῆν βασιλικῷ θεθρίππου (60) τέτταρας ὑποζεύξας αὐτὸς ἑαυτῷ οἶα τινας πάλους τοὺς ἀνδρειοτάτους Καισάρας, ἡγίαις τε αὐτοῦς ἐνθέου συμφωνίας τε καὶ ὁμονοίας ἀρμολάμενος, ἀνωθεν ὑψηλῶς ἡνιογῶν ἐλαύνει, ὁμοῦ τὴν σύμπασαν, ὅσῃν ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, διικπεύων, αὐτός τε τοῖς πᾶσιν ἐπιπαρῶν, καὶ τὰ πάντα διασκοπούμενος. Κἀπειτα τῆς οὐρανοῦ βασιλείας εἰκόνι κεκοσμημένος, ἄνω βλέπων, κατὰ τὴν ἀρχέτυπον ἰδέαν τοὺς κάτω διακυβερνῶν ἰθύνει, μονάρχου δυναστείας μιμηματι κραταιούμενος· τοῦτο γὰρ ἀνθρώπων φύσει τῶν ἐπὶ γῆς μόνῃ (61), τῶν ἀπάντων δεδώρηται βασιλεὺς· νόμος γὰρ οὗτος (62)

¹ Dan. vii, 18.

Romani quinquennalia, decennalia ac vicennalia sua celebrabant die primo quinti, decimi aut vicesimi anni principatus sui. Quippe hæc vocabula nihil aliud significant, quam Natalem imperii qui quinto quoque anno ac decimo recurrente, maxima pompa ac festivitate celebrabatur. Durabat autem hæc festivitas uno aut altero die, quo circenses ac theatrales ludi edebantur. Proinde cum Dalmatius non sit factus Cæsar VIII Kalendas Augusti, qui dies annum imperii Constantini tricesimum inchoabat, improprie locutus est Hieronymus, qui Cæsarem illum creatum esse dixit tricennialibus Constantini. Rectius Eusebius noster hoc loco id refert post tricennalia, incipiente jam IV periodo decennali imperii Constantini. Nam post tricennialium festivitatem novam periodum inchoabant, quasi tricesimus annus qui tantum delibatus fuerat, completus jam esset. Atque ut jurisconsulti dicere solent, in dignitatibus annum ceptum pro completo haberi: ita etiam in quinquennialibus, decennialibus et reliquis huiusmodi festivitatum facere consueverant. Sic intelligendus est locus Amm. Marcellini in lib. XIV, ubi de tricennialibus Constantii loquitur his verbis: *Arelate hiemem agens Constantius, post theatrales ludos atque circenses ambizioso edibus apparatu, die VI Idus Octobris, qui imperii ejus annum tricesimum terminabat, etc.* Omnino enim Marcellinus annum xxx terminatum posuit pro inchoato, ob eam quam dixi rationem.

(58) Προφητῶν θείων. Codex Fnk. θείων προφητῶν. Et paulo post οὕτω δὴτα χρόνων, etc. Ποιῶτος locus ille quem ex divinis prophetis citat Eusebius, legitur in cap. VII Danielis.

(59) Τὸν ἐπάξιον αὐτοῦ καρπὸν. Constantium Cæsarem intelligit. Hic enim primum ad regendam Gallias a patre missus fuerat. Postea vero in Orientem translatus est, ut docet Julianus in oratione I

A imperium amplificans, divinatorum prophetarum implet oracula, quibus jampridem prædictum erat: *Ei suscipient regnum sancti Altissimi* ¹. Ad hunc modum, temporum simul ac liberorum incrementa piissimo imperatori largitus summus omnium imperator Deus, vigentem ei ac florentem orbis terrarum dominationem præstat, perinde ac si nunc primum nasci atque erumpere cœpisset. Ipseque adeo hanc ei festivitatem curat atque adornat; quippe quem hostium et inimicorum omnium victorem constituit, ac veræ pietatis exemplum humano generi proposuit. At noster imperator, tanquam solis jubar homines locorum spatiis longissime remotos, Cæsarium suorum præsentia, quasi quibusdam radiis ex se procul emissis illustrat.

B Ac nobis quidem qui Orientem incolimus, sobolem plane se dignam attribuit: alterum vero ex filiis, alteri hominum parti: alium rursus alibi, tanquam faces quasdam, et luminaria ex sua luce diffusa partitus est. Fortissimos deinde quatuor Cæsares, quasi quosdam equuleos uno imperialis quadrigæ copulans jugo, et cælestis consensus atque concordie habenis eos devinciens, ipse sublimis velut auriga, incitat atque impellit, universum terrarum orbem qui solis illustratur radiis, percurrens, ubique præsens et omnia inspectans. Denique cælestis imperii imaginem ferens, oculis in cælum deflexis, ad primitivi illius exemplaris similitudinem reo mortalium regit, monarchiæ Dei adumbrata quadam effigie roboratus. Hoc enim summus univer-

C *De laudibus Constantii, et Libanius in Basilico.*

(60) Βασιλικῷ θεθρίππου. Nihil hoc loco vidit interpres qui hunc locum ita vertit, *Porro imperii quadrisarium dispertiti jugum, quasi quatuor equis, id est, sibi, et tribus filiis Cæsariibus fortissimis imponens.* Atqui Eusebius quatuor Cæsares diserte dicit, quos quatuor equis comparat, qui uno jugo copulati imperialem currum trahabant, cui auriga præerat Constantinus. Quatuor autem Cæsares sunt Constantinus junior, Constantinus et Constans Constantini imperatoris filii, et Dalmatius filius Dalmatii, de quo supra.

(61) Vulg. τὸν ἐπὶ γῆς μόνος. Diu me torsit hic locus. Tandem vero certissimam ejus emendationem deprehendi. Scribo igitur, *Τοῦτο γὰρ τῶν ἀνθρώπων φύσει τῶν ἐπὶ γῆς μόνῃ, τῶν ἀπάντων δεδώρηται βασιλεὺς, id est, Hoc enim soli omnium quæ in terra sunt animantium homini Deus indulsit, ut scilicet monarchiæ divinæ similitudinem exprimeret.* Idem repetit Eusebius infra pag. 611, ubi enumerat beneficia, quæ genus humanum a Deo Verbo accepit: Βασιλικόν τε τοῦτο τὸ ζῶον ἀπειργάζετο, μόνον τῶν ἐπὶ γῆς βασιλεύειν καὶ βασιλεύεσθαι, τοῦτ' εἰδέναι ἀναδελφίας. At interpres pro μόνος, hoc loco legisse videtur νόμος. Sic enim vertit, *Istam enim imperii formam lex, quæ rex omnium est, humano generi tribuit.*

(62) Νόμος γὰρ οὗτος. Hæc de summo omnium Rege ac Deo dicuntur, qui vere lex est ac norma regniæ potestatis. Potest etiam hic legi μόνος, ut sensus sit solum Deum regiam potestatem obtinere, quippe qui solus omnibus imperet, et monarchiam obtineat. Itaque in superiore periodo scribendum videtur μόνῃ μόνος τῶν ἀπάντων δεδώρηται βασιλεὺς. Neque aliter Eusebium scripsisse existimo. Sententia enim aptissima est et elegantissima, et

sorum rex, soli omnium quæ in terra sunt animantium, humano generi indulsit. Quippe hic regis potestatis lex est, quæ omnes unius imperio subiacere decernit. Porro imperium singulare, supra omnes status et administrationes eminent. Etenim multorum æquali inter se potestate præditorum dominatio quæ huic opposita est, turba potius ac tumultus dici debet. Proinde unus Deus, non duo tresve aut etiam plures. Nam deorum multitudo **610** Deum penitus tollit. Unus rex, ejusque sermo et regia lex una; quæ non verbis ac syllabis enuntiatur; nec in chartis aut tabulis perscripta, temporis longinquitate corrumpitur: sed vivus ac per se subsistens Dei Sermo; qui omnibus qui sub ipso et post ipsum sunt, Patris regnum disponit atque ordinat. Hunc cœlestes ambiunt exercitus, et infinita angelorum millia Deo ministrantium; turmæ item innumerabiles militiæ supra mundum positæ, et invisibilem spirituum; qui intra cœli septa residentes, totius mundi ordinem ac dispositionem curant. Quorum omnium dux ac princeps est, regius Dei Sermo, velut quidam summi imperatoris præfectus. Hunc magistrum militiæ, magnum pontificem prophetam Patris, magni consilii nuntium; paternæ lucis splendorem; unigenitum Filium, aliisque hujusmodi innumeris vocabulis sacra theologorum appellant oracula. Quem quidem vivum Sermonem, legem ac sapientiam, omnisque boni complementum Pater cum constituisset, cunctis qui imperio suo subjacent, summum hoc bonum muneris loco donavit. Ille vero cuncta permanens et ubique incedens, et Patris beneficia copiose in universos extendens, usque ad ipsa quæ in terris degunt ratione prædita animalia, similitudinem regii principatus produxit; hominis animum ad imaginem ipsius formatum divinis exornans facultatibus. Idecirco hominis animus alias quoque virtutes divina quadam derivatione participat. Solus enim sapiens est is, qui solus fortis et potens. Idem justitiæ procreator, pater rationis atque sapientiæ; fons lucis ac vitæ; veritatis ac virtutis dispensator: ipsius denique imperii

CAPUT IV.

Verum unde hominibus datum est hæc nosse? quis hæc mortalium auribus annuntiavit? Unde carnali linguæ id concessum est, ut res a carne et corporis mole semotas loqueretur. Quis invisibilem regem propius intuitus, has in illo dotes ac virtutes vidit? Etenim elementa quidem affinitate cum corporibus conjuncta, et res ex iisdem elementis compositæ, corporis sensibus percipiuntur. Verum nemo unquam invisibile illud regnum quo cuncta gubernantur, corporis oculis se vidisse gloriatus est: nec mortalis natura, sapientiæ pulchritudine legerimus. Et hæc periodus cum præcelente optime coharebit.

(63) Vulg. *ὁ τούτου λόγος, καὶ νόμος βασιλικὸς εἷς*. In cod. Fuk. deest virgula, optime. Filius enim Dei est sermo seu ratio et lex Dei Patris, ut paulo post dicit Eusebius.

(64) *Μέγιστος, ἀγαθὸν δόμα*. Delenda vox ἀγα-

βασιλικῆς ἐξουσίας, ὃ τὴν κατὰ πάντων μίαν ἀρχὴν ὀριζόμενος· μοναρχία δὲ τῆς πάντων ὑπέρκειται συστάσεως τε καὶ διοικήσεως· ἀναρχία γὰρ μᾶλλον καὶ στάσις, ἢ ἐξ ἰσοτιμίας ἀντιπαρεξαγομένη πολυαρχία· διὸ δὴ εἰς Θεὸς, ἀλλ' οὐ δύο, οὐδὲ τρεῖς, οὐδὲ ἔτι πλεονες· ἀκριβῶς γὰρ ἄθεον τὸ πολύθεον· εἰς βασιλεὺς, καὶ ὁ τούτου λόγος καὶ νόμος βασιλικὸς εἷς (63), οὐ βήμασι καὶ συλλαβαῖς ἐκφωνούμενος, οὐδ' ἐν γραφαῖς καὶ στήλαις χρόνου μήκει δαπανούμενος, ζῶν δὲ καὶ ὑφεστῶς Θεὸς Λόγος, τοῖς ὑπ' αὐτὸν καὶ μετ' αὐτὸν ἅπασι τὴν τοῦ Πατρὸς διαταττόμενος βασιλείαν. Στρατιαὶ δὲ τούτων οὐράνιοι περιπολοῦσι, μυριάδες τε ἀγγέλων Θεοῦ λειτουργῶν, πλήθη τε στρατοπεδείας ὑπερκοσμίου, τῶν τε εἰσω οὐρανοῦ πνευμάτων ἀφανῶν, τῆ τοῦ παντὸς κόσμου τάξει διακονομένων· ὧν πάντων ὁ βασιλικὸς καθηγεῖται Λόγος, οἷά τις μεγάλου βασιλέως ὑπαρχός· Ἀρχιστράτηγον αὐτὸν καὶ ἀρχιερέα μέγαν, προφήτην τε τοῦ Πατρὸς καὶ μεγάλης βουλής ἄγγελον, φωτὸς τε ἀπαύγασμα πατρικοῦ, μονογενῆ τε Υἱὸν, καὶ τούτων ἕτερα μυρία θεοπίζουσιν ἀναφωνοῦσαι θεολόγων φωναί· ὃν δὴ ζῶντα Λόγον καὶ νόμον καὶ σοφίαν, ἀγαθὸν τε πλήρωμα παντὸς ὁ γεννήσας ὑποστησάμενος μέγιστον, ἀγαθὸν δόμα (64) τοῖς ὑπὸ τὴν βασιλείαν πᾶσιν ἐδωρησατο· ὁ δὲ διέκωνε τὰ πάντα, πάντη τε ἐπιπορευόμενος. καὶ τὰς τε τοῦ Πατρὸς χάριτας ἀφθόνως ἐξαπλῶν εἰς πάντας, μέχρι καὶ τῶν ἐπὶ γῆς λογικῶν, τὸ τῆς βασιλικῆς δυναστείας ἐξέτεινε μίμημα, θεϊκαῖς δυνάμει τὴν εἰκόνα τὴν αὐτοῦ (64') πεποιημένην ἀνθρώπου ψυχὴν κατακοσμήσας· ἔνθεν αὐτῇ καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἡ κοινωνία, θεϊκῆς ἐξ ἀποβόλας περίεστι. Μόνος μὲν γὰρ σοφὸς ὁ καὶ Θεὸς μόνος. Ὁ δ' αὐτὸς τὴν οὐσίαν ἀγαθὸς μόνος, ἰσχυρὸς δὲ δυνατὸς αὐτὸς μόνος· καὶ γεννήτωρ μὲν αὐτῆς δικαιοσύνης, πατὴρ δὲ λόγου καὶ σοφίας, πηγὴ τε φωτὸς καὶ ζωῆς, ἀληθείας τε καὶ ἀρετῆς ταμίαις, καὶ δὴ βασιλείας αὐτῆς, ἀρχῆς τε πάσης καὶ ἐξουσίας καθηγεμῶν. etiam est Deus. Idem solus natura bonus: solus

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ἄλλὰ ταῦτα πόθεν ἀνθρώποις εἰδέναι; Τίς δ' ἀκοῆ θνητῶν ταῦτα διηκονήσατο; Πόθεν δὲ γιῶτι τῆ σαρκὸς, τὰ σαρκῶν ἀλλότρια καὶ σωμάτων ἀποφθέγγεσθαι; Τίς τὸν ἀφανῆ βασιλέα διοπτρεύσας, ταύτας ἐν αὐτῷ κατεῖδε δυνάμεις; Αἰσθήσει μὲν γὰρ σωμάτων ἀδελφὰ στοιχεῖα, τὰ τ' ἐκ τούτων συγκρίματα καταλαμβάνεται· ἀλλ' οὐδεὶς πω σωμάτων ὀφθαλμοῖς τὴν κατὰ πάντων ἀφανῆ βασιλείαν εἶπει παραλαβὼν, ἐσεμνύνατο, οὐδὲ θνητῆ φύσις τὸ σοφίας κατενόησε κάλλος. Τίς δὲ σαρκῶν αἰσθήσει τὸ δικαιοσύνης ἐνεῖδε πρόσωπον; Ἐνόμου δ' ἀρχῆς καὶ βαθόν, vel certe vox δόμα· alterutra enim vox vacat. Malim tamen posteriorem vocem expungere. Sic enim Eusebius infra cap. 12.— Monet Heinichen, legendum potius videri μέγιστον ἀγαθὸν δόμα. EDIT.

(64') *τὴν εἰκόνα τὴν αὐτοῦ*. Forte τὴν κατ' εἰκόνα αὐτοῦ. EDIT.

σιλικής εξουσίας πόθεν ἀνθρώποις ὑπεισῆλθεν ἔννοια; Πόθεν αὐτοκρατορική δύναμις τῷ σαρκί καὶ αἵματι πεπιλημένη; Τίς δὲ τὰς ἀφανεῖς καὶ ἀσηματιστοὺς ἰδέας, καὶ τὴν ἀσώματον καὶ ἀσηματιστον οὐσίαν τοῖς ἐπὶ γῆς ἐξηγόρευσεν; Ἄλλ' ἦν ἄρα τούτων εἰς ἐρμηνεὺς, ὁ διὰ πάντων ἤκων τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ τῆς ἐν ἀνθρώποις λογικῆς καὶ νοερᾶς πατρὸς οὐσίας, μόνος μὲν τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος ἐξημμένος, τοῖς δὲ σφετέροις ἐκγόνοις τὰς πατρικὰς ἀπορροίας ἐπάρδων. Ἔνθεν ἅπασιν ἀνθρώποις, Ἔλλησιν ὁμοῦ καὶ βαρβάρους, οἱ κατὰ φύσιν αὐτομαθεῖς λογισμοί, ἔνθεν λόγου καὶ σοφίας ἔννοια, ἔνθεν φρονήσεως καὶ δικαιοσύνης σπέρματα, ἔνθεν αἱ τῶν τεχνῶν καταλήψεις, ἔνθεν ἀρετῆς ἐπιστήμη, σοφίας τε φίλον ὄνομα, καὶ σεμνὸς φιλοσόφου παιδείας ἔρωσ· ἔνθεν ἀγαθοῦ παντὸς καὶ καλοῦ γνῶσις, ἔνθεν αὐτοῦ φαντασία Θεοῦ, καὶ βίος θεοσεβείας ἐπάξιος, ἔνθεν ἀνθρώπων βασιλείας ἰσχύς, καὶ κράτος ἄμαχον τῶν ἐπὶ γῆς ἀπάντων. Ὡς δὲ τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ χαρακτήρα, λόγος ὁ τῶν λογικῶν ὑφίστη πατήρ, βασιλικόν τε τοῦτο τὸ ζῶον ἀπειργάζετο, μόνον τῶν ἐπὶ γῆς βασιλεύειν καὶ βασιλεύεσθαι τοῦτ' εἰδέναι ἀναδείξας, προμελετᾷ τε καὶ προδιδάσκεισθαι (65) ἐνθὲν δὲ τῆς οὐρανόου βασιλείας τὴν ἐπηγγελμένην ἐλπίδα, δι' ἣν καὶ ἀφίεται, θνητοῖς τε εἰς ὁμιλίαν ἔλθειν αὐτὸς ὁ τῶν παίδων οὐκ ἀπόκνει πατήρ, τὰ δ' αὐτοῦ γεωργῶν (66) σπέρματα καὶ τὰς ἄνωθεν ἀνανεούμενος χορηγίας, οὐρανόου μετέξειν βασιλείας, τοῖς πᾶσιν εὐηγγελίζετο, ἐκάλει τε καὶ παρεκάλει πόδης τὴν ἄνω πορείαν εὐτρεπεῖς εἶναι, τὴν ἐπάξιον στολήν τῆς κλήσεως παρασκευασμένους· ἐπλήρου τε ἀρρήτων δυνάμει τὴν σύμπασαν, ὅσην ὁ ἥλιος ἐρορεᾷ, τοῦ κηρύγματος, τῷ τῆς κατὰ γῆν βασιλείας μιμήματι τὴν οὐράνιον ἐκτυπούμενος, ἐφ' ἣν καὶ σπεύδειν τὸ πᾶν τῶν ἀνθρώπων παρορμᾷ γένος, ἀγαθὴν ἐλπίδα ταύτην προβεβλημένος.

compararent. Et inexplicabili quadam virtute universum terrarum orbem qui solis radiis illustratur, prædicatione sua implevit: terreni regni similitudine exprimens regnum cælorum. Ad quod ipse universum genus humanum incitat atque impellit; hac fiducia bonaque spe omnibus ostentata.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

Ἦς ὁ μὲν τῷ Θεῷ φίλος ἐντεύθεν ἤδη μετέξει, τοῖς ἐμφύτοις τῷ Θεῷ κοσμητέων ἀρεταῖς, καὶ τὰς ἐκείθεν ἀπορροίας τῆ ψυχῇ καταδεδεγμένους· καὶ λογικὸς μὲν ἐκ τοῦ καθόλου γεγονώς λόγου, σοφίας δὲ μετουσίᾳ σοφός, ἀγαθὸς δ' ἀγαθοῦ κοινωνία, καὶ δίκαιος μετοχῇ δικαιοσύνης, σώφρων τε σωφροσύνης

(65) Vulg. προμελετῶν τε καὶ προδικάζεσθαι. Scribendum puto προμελετᾶν. Sic enim Eusebius loquitur infra, ubi de Deo Verbo ita scribit: Μέτρα τε ζωῆς τοῖς πᾶσι θνητῶν διανύουσι βίον διαθεσμοθετήσας, προμελετᾶν ἐν τῷδε τὰ προίμια τῆς ὑπὲρ τὸν νῦν αἰῶνα ζωῆς ἅπασιν ἀνθρώποις συγκεχώρηκεν. Eadem utrobique sententia est. Quippe in altero loco de regno cælesti loquitur; in altero de vita æterna: et utriusque proliodia quædam ac præexercitia hominibus in hac vita a divino Verbo ait esse concessa. Quare non dubito quin Eusebius ita scripserit: προμελετᾶν τε καὶ προοιμιάζεσθαι ἐνθὲν δὲ τῆς οὐρανόου βασιλείας τὴν ἐπηγγελμένην ἐλ-

nem **611** intelligentia unquam comprehendit? Quisnam vero justitiæ vultum carnis oculis aspexit? Unde legitimi imperii et regię potestatis notio hominibus oblata est? Unde imperialis potentia homini ex carne et sanguine compacto? Quis invisibilem et figuræ omnis expertem formam, quis incorpoream externisque carentem lineamentis substantiam, mortalibus exposuit? Unus certe horum interpretes fuit, per omnia permanens Dei Sermo. Qui rationalis et intellectualis substantiæ quæ in hominibus conspicitur, pater est ac procreator: qui cum solus Patris cohæreat divinitati, filios suos paternis effluxibus rigat. Hinc universis hominibus, Græcis pariter et barbaris, naturales sine ullius magisterio ratiocinationes: hinc rationis ac sapientiæ notiones: hinc prudentiæ ac justitiæ semina: hinc artium comprehensio: hinc virtutis scientia, et nomen philosophiæ, et venerandus amor sapientiæ: hinc omnis boni honestique cognitio: hinc ipsius Dei efficta in animo imago: et vivendi ratio divino cultui apte respondens. Hinc homini vis suppetit regia, et in cuncta quæ in terra sunt, imperium inexpugnabile. Postquam vero ratio illa rationalium parens, in hominis animo effigiem indidit ex imagine ac similitudine Dei expressam, hominemque prorsus regale animal effecit; uni ex terrenis animantibus ei tribuens, ut regnare et regnanti parere nosset; utque proliodia ac proœmia spei regni cælestis quod nobis promissum est, jam tum ab hac vita auspicaretur: cujus gratia ipse advenit, et cum mortalibus versari ipse utpote filiorum pater non refugit: sua ipsemet excolens semina, et cælestia renovans dona: cælestis regni omnibus copiam fore annuntiavit. Cunctos item vocavit: hortatusque est ut ad illam in cælum profectionem prompti ac parati essent, vestemque ea vocatione dignam sibi

CAPUT V.

Cujus quidem spei noster hic Deo charus imperator, etiam in hac vita sit particeps; quippe qui innatis virtutibus a Deo exornatus sit, et cælestes effluxus ex illo fonte in animum derivaverit. **612** Etenim rationalis quidem est ex illa universali ratione; sapiens vero participatione divinæ sapien-

tiæ. Atque ita sensus est apertissimus. Subaudiendum est autem verbum ἀναδείξας, quod præcessit. Hæc cum multo ante scripsissem, nactus tandem Fuketianum codicem, meam conjecturam ejus auctoritate confirmatam saltem ex parte deprehendi. In eo enim legitur: προμελετᾶν τε καὶ προδιδάσκεισθαι, optime.

(66) Τὰ δ' αὐτοῦ γεωργῶν. Malim scribere τὰ καὶ αὐτοῦ. Porro tota hæc Eusebii pagina valde hiulca est, ob frequentiam nimiam verborum quæ in imperfecto tempore posita leguntur. Ex quo tædiosa ac morosa existit oratio.

tiæ, bonus bonitatis illius communione. Et justus quidem est illius participatione justitiæ; temperans ex illo temperantiæ exemplari; fortis vero divinæ virtutis beneficio. Hic ergo jure optimo imperator vocabitur, qui animum suum omnibus virtutum coloribus ac lineamentis ad cœlestis imperii similitudinem effinxit. Qui vero ab his alienus extiterit, et qui hujus universi regem abnegaverit, nec cœlestem animorum parentem agnoverit; nec convenientem imperatori cultum atque ornamentum sumpserit, sed deformitate ac turpitudine animum impleverit, et pro imperiali mansuetudine, feræ belluæ immanitatem induerit; pro liberali affectu pestiferum improbitatis venenum; pro prudentia stultitiam; denique, loco rationis ac sapientiæ, sædissimam omnium vitiorum insipientiam; ex qua tanquam ex amara potione, pernicioso nascuntur germina; vita scilicet intemperans et perditæ cupiditates, cædes, bellum adversus Deum, impietas: qui, inquam, his omnibus vitiis mancipatus fuerit, is licet tyrannica violentia dominari interdum videatur, revera tamen imperator nunquam merito dicitur. Quo enim modo cœlestis monarchiæ similitudinem exprimeret, qui mille dæmonum falsas atque adulterinas imagines in animo suo impressas gestat? Quo pacto princeps sit et omnium dominus, is qui infinitos ac sævissimos dominos sibimet ipse asciverit? qui servus sit sædæ libidinis, servus effusæ in mulieres insanis, servus pecuniæ malis artibus partæ, servus iracundiæ et furoris, servus metus ac pavoris, postremo erentorum dæmonum, et spirituum perniciem animis creantium vile mancipium? Solus ergo imperator astipulante nobis veritatis testimonio prædicetur, hic imperator omnium Deo charissimus: qui solus liber, seu potius reipsa dominus est. Qui et pecuniarum cupiditate et mulierum amore superior est: victor voluptatum, etiam illarum quas natura permittit, qui non furori et iracundiæ succumbit, sed eos affectus in potestate habet, hic revera imperator, convenientem actibus suis appellationem sortitus; vere Victor; quippe qui de perturbationibus quæ hominum animos elidere solent, victoriam reportavit. Qui ad primitivum illud exemplar summi omnium imperatoris effictus **613**

(67) Vulg. *χρηματίζει οὗτος*. Codex Fuk. *χρηματίζειν οὗτος*, longe rectius.

(68) *Ὡσπερ ἀπὸ πικροῦ πόματος*. Interpretis verit, *ex qua tanquam ex amara stirpe, germina perniciose nascuntur*. Quod procul dubio elegantius est. Neque enim *πόμα* et *βλάστημα* ullam inter se habent convenientiam. Videtur tamen Eusebius alludere hoc loco ad calicem iniquitatis, de quo in psalmis dicitur: *Bibent ex hoc omnes peccatores terræ* (Psal. lxxiv, 9), etc.

(69) Vulg. *καὶ σωστός*. Non dubito quin Eusebius scripserit *καὶ σωστός*. Est enim elegans patronomasia, βίος ἄσωτος καὶ ἄσωτος, quam latina lingua exprimere non potest. In Fuketii codice desunt hæc voces καὶ σωστός.

A ἰδέξ, καὶ τῆς ἀνωτάτω μετασχὼν δυνάμεως ἀνδρείος· ἀτὰρ δὴ καὶ βασιλεὺς ἀληθεὶ λόγῳ χρηματίζειν οὗτος (67), ὁ τῆς ἐπέκεινα βασιλείας τὸ μίμημα, βασιλικαῖς ἀρεταῖς τὴν ψυχὴν μεμορφωμένος· ὁ δὲ τούτων ἀπέξενωμένος, καὶ τὸν βασιλεῖα τῶν ὄλων ἀπαρνηθεὶς, μηδὲ τὸν ἐπουράνιον ψυχῶν ἐπιγραφάμενος πατέρα, μηδὲ τὸν πρέποντα βασιλεὶ κόσμον περιθέμενος, ἀμορφίαν δὲ καὶ αἰσχρὸς ἀναλαβὼν τῇ ψυχῇ, καὶ θηρὸς μὲν ἀγρίου θυμὸν βασιλικῆς ἡμερότητας ἀντικαταλλαξάμενος, ἰὼν δὲ δυσάλθῃ κακίας ἀντ' ἐλευθερίου διαθείσεως, μωρίαν δ' ἀντὶ φρονήσεως, καὶ ἀντὶ λόγου καὶ σοφίας τὴν παντὸς δυσειδεστάτην ἀλογίαν, ἐξ ἧς ὥσπερ ἀπὸ πικροῦ πόματος (68), τὰ λυμαγτικὰ συνομαρτεῖ βλαστήματα, βίος ἄσωτος καὶ ἄσωτος (69), πλεονεξία, μαιφονία, θεομαχία, δυσθεβία· τούτοις ἐνδοθεὶς, κἂν νομίζεται ποτε τυραννικῇ βίᾳ κρατεῖν, ἀλλ' οὐπὼν τάληθεὶ λόγῳ χρηματίζει βασιλεὺς οὗτος. Πῶς δ' ἂν τὸ μίμημα τῆς μοναρχικῆς ἐξουσίας οἷός τε ἂν εἴη φέρειν, ὁ μυρίας ψευδογραφουμένας δαιμόνων εἰκόνας τῇ αὐτοῦ ψυχῇ τετυπωμένους; Πῶς δ' ἀρχῶν καὶ τῶν ὄλων κύριος, ὁ μωρίου κατ' ἑαυτοῦ πικροῦς δεσπότης ἐφειλικυμένος, καὶ δοῦλος μὲν αἰσχρᾶς ἡδονῆς, δοῦλος δ' ἀκολάστου γυναικομανίας, δοῦλος δὲ χρημάτων ἐξ ἀδίκου ποριζομένων. δοῦλος θυμοῦ καὶ ὀργῆς, δοῦλος φόβου καὶ δειμάτων, δοῦλος μαιφόνων δαιμόνων, δοῦλος ψυχοφθόρων πνευμάτων; Διὸ δὴ μόνος ἡμῖν βασιλεὺς τὴν ἀληθείᾳ μάρτυρι κεκηρύχθω, ὁ τῷ παμβασιλεὶ θεῷ φίλος, ὁ δὴ μόνος ἐλεύθερος, μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος ἀληθῶς, καὶ χρημάτων μὲν ἀνώτερος, γυναικῶν δὲ ἐπιθυμίας κρείττων, νικητῆς δὲ ἡδονῶν καὶ τῶν κατὰ φύσιν, κρατῶν δὲ θυμοῦ καὶ ὀργῆς, ἀλλ' οὐ κρατούμενος· αὐτοκράτωρ ἀληθῶς οὗτος, φερώνυμον τῇ πράξει (70) φέρων τὴν ἐπηγορίαν· Νικητῆς ἐτίμως (71), ὁ τὴν νίκην τῶν καταπαλαιόντων θηρῶν γένος παθῶν ἀράμενος· ὁ πρὸς τὴν ἀρχέτυπον τοῦ μεγάλου βασιλέως ἀπεικονισμένος Ἰδέαν, καὶ ταῖς εἰς αὐτῆς τῶν ἀρετῶν αὐγαῖς, ὥσπερ ἔν κατόπτρῳ τῇ διανοίᾳ μορφωθείς, ἐξ αὐτῶν δὲ ἀποτελεσθεὶς σώφρων, ἀγαθός, δίκαιος, ἀνδρείος, εὐσεθής, φιλόθεος· ἀληθῶς δὴ καὶ μόνος φιλόσοφος (72) βασιλεὺς οὗτος, ὁ ἑαυτὸν εἰδὼς, καὶ τὰς ἐξωθεν αὐτῷ, μᾶλλον δ' οὐρανόθεν ἐπαρδομένας παντὸς ἀγαθοῦ χορηγίας ἐξεπιστάμενος· ὁ τῆς μονάρχου δυναστείας τὸ σεβάσμιον πρόσημα τῷ τῆς ἀμπεχόνης ἐξαιρέτῳ περιελημμένῳ διαφαίνων, καὶ τὴν πρέπουσαν αὐτῷ βασιλικῇ ἀλουργίᾳ μόνος ἐπαξίως ἐμπεριελημμένος (73).

(70) *Φερώνυμον τῇ πράξει*. Duæ ultimæ voces desunt in codice Fuketii.

(71) *Νικητῆς ἐτίμως*. Alludit ad pronomem Constantini. Nam Constantinus Victoris sibi pronomem adseverat, ut notavi ad libros *De vita Constantini*.

(72) Vulg. *ὁ δὴ καὶ μόνος φιλόσοφος*. Codex Fuk. ἀληθῶς δὴ καὶ μόνος, rectius.

(73) *Βασιλικὴν ἀλουργίαν*. Quæret hic aliquis, cur Eusebius dixerit Constantinum solum regali purpura amictum fuisse. Quatuor enim tunc erant Cæsares, qui purpuram gestabant. Certe Cæsares purpuram gestasse docet Aumm. Marcellinus in libro xvi, ubi narrat quomodo Constantius Julianum Cæsarem declara-

Βασιλεύς οὗτος, ὁ νυκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὸν ἐπουράνιον ἀνακαλούμενος Πατέρα, ὁ τοῦτον ἐν ταῖς οὐχαῖς ἐπιδοῦμενος, ὁ τῆς ἀνωτάτω βασιλείας ὀριγώμενος· μὴ γὰρ τὰ παρόντα ἄξια τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ συνειδώς, τὰ θνητὰ καὶ ἐπίκηρα καὶ ποταμοῦ δίκην βέοντα καὶ ἀπολλύμενα, τὴν ἀφάρτων καὶ ἀσώματον τοῦ Θεοῦ βασιλείαν ποθεῖ, κάκενης τυχεῖν εὐχεται, διὰ μεγάλωφρονα λογισμὸν, ὑπὲρ τὴν οὐράνιον ἀψίδα τὴν δ.άνοιαν μετεωρίσας, καὶ τῶν (75) ἔκει φῶτων ἄλεκτον πόθον ἐνεστερνωσμένον· ὧν τῇ παραθέσει, σκότους οὐδὲν διαφέρειν ἡγεῖται τὰ τοῦ παρόντος βίου τίμια· τὴν τε γὰρ ἀνθρώπων ἀρχὴν, θνητοῦ καὶ προσκαίρου βίου, μικρὰν καὶ ὀλιγοχρόνιον ἐπιστασίαν οὖσαν ὀρᾷ, οὐ μακρῶν κρείττονα τῆς ἀπὸ πάλιν ἢ ποιμένων ἢ βουκόλων ἀρχῆς, μᾶλλον δὲ, καὶ ἐργωδεστέραν ἢ δυσκολωτέραν (74) θρεμμάτων ἡγεῖται· τὰς τε τῶν δῆμων ἐκδοθήσεις, καὶ τὰς κολάκιων φωνὰς πρὸς δόχλου τίθεται (75) μᾶλλον ἢ πρὸς ἡδονῆς, διὰ στερρὸν ἦθος καὶ γνησίαν ψυχῆς παιδευσιν. Ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ὑπηκόων δουροφρίαν (76), μυριάδας στρατοπέδων, ὀπλιτῶν πεζῶν τε ὁμοῦ καὶ ἱππικῶν δούλα καὶ ὑπήκοα πλήθη, οὐδαμῶς ὀρών καταπλήττεται· οὐδ' ἐπὶ τῇ τοῦτων ἀρχῇ τυφοῦται, στρέφων εἰς αὐτὸν τὴν δ.άνοιαν (77), τὴν κοινήν ἀπάντων φύσιν καὶ παρ' ἑαυτῶ βλέπων· ἐσθῆτά γε μὴν χρυσοῦφῃ ποικίλοις ἀνθεσιν ἐξυφασμένην, ἀλουργίδα τε βασιλικὴν σὺν αὐτῶ διαδήματι, γελᾷ, τοὺς πολλοὺς θεώμενος ἐκπεληγμένους, καὶ τὸ φάντασμα κομιδῆ νηπίων δίκην, ὅδ' ἵ μορμολύκειον θειάζοντας· οὐδαμῶς αὐτὸς (78) τὰ ὁμοια πεπονθῶς δι' ἐπιστήμην τοῦ θεοῦ, τῇ ψυχῇ ἀντὶ περιδύματος, σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη, εὐσεβεῖς τε καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς πεποιτικόμενον, τὸν ἐπ' ἀληθείας πρέποντα βασιλεῖ κῶσμον περιτίθῃσιν. Ἐτι μὴν πρὸς τοῦτους τὰ τριπόθητα τοῖς πολλοῖς χρήματα, χρυσοὺν λέγων καὶ ἄργυρον καὶ ὅσα λίθων θαυμάζεται γένη, λίθους ἀληθῶς ὑπάρχειν ἀνωφελεῖς καὶ ἀχρηστον ὕλην, οἷα τῇ φύσει ὄντα τυγχάνει, τοιαῦτα καὶ ὄντα βλέπει, οὐδὲν πρὸς κακῶν ἀλέξημα οἷα τε ὄντα βοηθεῖν· τί γὰρ ταῦτα πρὸς νόσων ἀπαλλαγὴν, ἢ θανάτου ἀποφυγὴν ἰσχύει; Ὅμως δ' οὖν, καίπερ ταῦτα εἰδὼς ἐπιστημόνως, αὐτῶν τῇ χρήσει πρὸς εὐπρεπῆ τῶν ἀρχομένων κόσμον, ἀπαθεῖ λογισμῶ διατίθεται (79), γελῶν τοὺς

A Ex his formatus, temperans, bonus, justus, fortis, pius, amator Dei : quodque illi uni convenit, amator sapientiae est imperator noster. Quippe qui seipsum probe novit : et qui extrinsecus, seu, ut verius dicam, caelitus sibi concessam esse honorum omnium affluentiam intelligit. Qui singularis imperii augustam appellationem, eximii paludamenti praerogativa demonstrat ; et conveniente sibi imperiali purpura solus merito amictus est. Hic vere imperator, qui noctu atque interdiu caelestem invocat Patrem ; qui in precibus opem ejus implorat ; qui caelestis regni flagrat desiderio. Nam cum intelligat res praesentis saeculi, cum summo omnium imperatore Deo minime esse comparandas, quippe quae mortales sint et caducae, et amnis instar fluentes atque assidue pereuntes, idcirco corruptionis expers ac spiritale Dei regnum concupiscit. Illud regnum consequi optat ac precatur, praee animi celsitudine, supra ipsos caeli fornices mentem suam attollens. et splendentium illic luminum incredibili quodam desiderio percitus. Praee quibus tenebras esse existimat, quaecunq; in hoc mundo pretiosa habentur. Nam imperium quo homines reguntur, cum nihil aliud sit quam mortalis vitae exigua ac brevis procuratio, haud multo praestantius esse censet quam imperium caprariorum aut pastorum aut bubulcorum : sed potius difficilior et morosior praesidens pecori. Sed et populorum acclamationes, et voces adulatorum, molestiae potius deputat quam voluptati, ob constantiam morum et sinceram animi disciplinam. Praeterea quoties subditorum obsequium ; quoties innumerabiles copias, et tam perditum quam equitum agmina sibi famulantia ac dicto audientia contuetur, nequaquam admiratione percillitur, neque eam ob causam intumescit : sed mentis acie in semetipsum conversa, communem omnium hominum naturam in se quoque agnoscit. Vestem quidem auro intextam et variis floribus pictam, imperialem item purpuram una cum diademate deridet, cernens multitudinem hujusmodi rerum admiratione percussam, et omnem hunc apparatus velut larvam quamdam more puerorum suspicientem. Verum ipse nihil hujusmodi passus,

vit. Sed responderi potest, Eusebium non dicere simpliciter Constantinum solum amictum fuisse purpura ; sed solum merito purpuram gestasse. — Porro legendum nobis videtur ἐμπεριβελημένους pro ἐμπεριεληγμένους. EDIT.

(75) Vulg. τόν. Correximus τῶν. EDIT.

(74) Vulg. ἢ δυσκολωτέραν. Lego δυσκολωτέρων θρεμμάτων, quod miror interpretem non vidisse. Est enim homo omnium animalium morosissimum, et quod difficillime regitur.

(75) Vulg. πρὸς δόχλου τίθεσθαι. Scribo τίθεται. ut est in cod. Fukanii. Porro interpretes hanc lectionem non intellexit ; quam Latine ad verbum ita possumus interpretari, molestiam potius deputat quam voluptati.

(76) Τὴν τῶν ὑπηκόων δουροφρίαν. Scribendum videtur δουροφρίαν. Duplex enim subditorum genus hic designat Eusebius ; armatos scilicet, et provinciales. Quorum hi quidem pecunias ac tributa conferunt imperatori : quod δουροφρίαν vocat Eusebius ac Themistius ; leni scilicet vocabulo rem omnium

D acerbissimam obvelans. Illi vero pecunias in stipendium accipiunt.

(77) Vulg. στρέφων εἰς αὐτὴν τὴν δ.άνοιαν. Scribendum est procul dubio εἰς αὐτὸν, quod miror ab interprete animalversum non fuisse.

(78) Οὐδαμῶς αὐτός. Transposita hic sunt vocabula, ut cuius apparet. Lego igitur οὐδαμῶς δ' αὐτὸς τὰ ὁμοια πεπονθῶς, ἐπιστήμην τοῦ θεοῦ, etc. Male in Fulk. codice legitur δι' ἐπιστήμην τοῦ θεοῦ.

(79) Ἀπαθεῖ λογισμῶ διατίθεται. Idem est, quod supra dixit. οὐδαμῶς τ' αὐτὸς τὰ ὁμοια πεπονθῶς. Porro totus hic locus ita distinguendus atque exponendus est : Ὅμως δ' οὖν καίπερ ταῦτα εἰδὼς ἐπιστημόνως αὐτῶν τῇ χρήσει, πρὸς εὐπρεπῆ τῶν ἀρχομένων κόσμον ἀπαθεῖ λογισμῶ διατίθεται, id est, Sed quamvis id optime norit ipso earum rerum usu edoctus, tamen erga decentem ornatum subditorum suorum nequaquam animo commovetur. Quod idem est ac si diceret : non concupiscit opes ac divitias subditorum suorum, nec illis invidet elegantem

animum suum scientia Dei, velut **614** vestimento quodam, temperantia, iustitia, pietate ac reliquis virtutibus variegato, induit; utpote cultu vero imperatori maxime conveniente. Ad hæc divitias ad quas hominum vota suspirant, aurum scilicet et argentum, et quæcumque in admiratione habentur lapidum genera: lapides revera esse intelligit prorsus inutiles, et rem sine ullo fructu. Qualia igitur ista suapte natura sunt, tanquam ipse ea æstimat; nihil utique ad depulsionem malorum conducunt; quam enim vini ac virtutem hæc habent vel adsanandos morbos, vel ad mortem propulsandam? Verum quamvis id ita esse apprimè norit, tamen ad decentem ornatum subditorum causa iis utitur; animi vigore nihil ob hæc immutato, ridens eos homines, qui ob simplicitatem atque imperitiam ista mirantur. Porro a crapula ac temulentia, et ab exquisitis cupiditiis, utpote quæ lurconum propriæ sint, abstinere atque abhorret, aliis ista convenire censens, non sibi. Hæc enim plurimum afferre nocuenti, et intellectui tenebras offundere, pro certo habet. His omnibus de causis imperator, rerum divinarum scientia instructus, et ingenti animo præditus, ad res præsentis vita præstantiores aspirat, cœlestem invocans Patrem; ejusque regnum omnibus votis desiderans, et cuncta cum singulari pietate faciens: universis denique imperio suo subjectis, quos velut optimus magister erudiendos suscepit, summi imperatoris ac Dei notitiam tradens.

CAPUT VI.

Porro Deus velut pignora quædam futuræ remunerationis ei in antecessum præbens, tricennales ipsi coronas tribuit, felicibus annorum circulis contextas. Jamque terdenis annorum spatiis confectis, publicas populorum, seu potius totius mundi festivitates, universis hominibus celebrare concedit. Interim vero dum mortales floribus cognitionis Dei redimiti exsultant, non absurdum fuerit cœlestes etiam choros naturæ legibus incitatos, cum terrenis pariter gaudio exsilire. Ipsumque adeo universorum regem, instar optimi patris lætitia afflicti credibile est, dum bonos filios Deum rite colentes videt; atque ob id maxime, principem auctoremque earum rerum, pluribus annorum curriculis honorare. Adeo ut non jam satis habeat, terdenis annorum circulos imperio ejus tribuere: sed illud in longissimum tempus, et in ultimum usque ævum producat. **Ævum 615** porro integrum nec senescit unquam nec interit; ejusque nec initium nec finem mentes mortalium dispicere possunt. Sed neque centrum

cultum atque ornatum, ut facere solent principes invidi atque avari. Talis erat Valentinianus major, qui divites omnes ac bene vestitos oderat, quemadmodum refert Amm. Marcellinus. Non ita Constantinus; quippe qui et suum ipse cultum atque ornatum parvi faciebat; et subditos suos ambitioso vestimtu ornari, non molesteferebat. Hæc ideo pluribus exposui, quod et obscura sunt, et ab interprete non intellecta.

(80) *Τριακονταετηρικός... στεφάνους*. Alludit ad coronas aureas, quas provinciales imperatoribus Romanis offerre solebant, non solum ob imperii primitias, verum etiam in quinquennialibus eorum ac decennialibus.

(81) *Υπανδύμους δὲ μάλλον*. Nemo est, qui non videat scribendum esse, *πανδήμους*, μάλλον δὲ κοσμικὰς ἑορτὰς. At enim Eusebius, has tricennialium festivitates, non solum populorum frequentia, sed etiam totius mundi communi lætitia celebrari. Quippe festorum alia sunt publica, alia privata. Alia urbium propria, alia totius provinciæ. Quædam totius orbis Romani, ut Kalendæ Januariæ, Natalis

ταῦτα διὰ νηπιότητα φρονῶν ἐπτοημένους, κραιπλῆς γε μὴν καὶ μέθης, τῆς τε περιττῆς καρυκείας, οἷα γαστριμάργοις οἰκείας, ἀπέχεσθαι, προσήκειν ἑτέροις ταῦτα, ἀλλ' οὐχ ἑαυτῶν ὑπολαμβάνων. Ζημιούν γὰρ τὰ μεγάλα, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς νοερὸν ἀμαυροῦν τὰ τοιαῦτα πέπεισται. τούτων δὲ ἕνεκα πάντων, ὁ τὰ θεῖα πεπαιδευμένος βασιλεὺς, καὶ τὰ μεγάλα φρονῶν, τοῦ παρόντος βίου τῶν κρειττόνων ἐφίεται, τὸν Πατέρα καλῶν τὸν ἐπουράνιον, καὶ τὴν ἐκείνου βασιλείαν ποθῶν, πάντα τε σὺν εὐσεβείᾳ πράττων, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτῷ ἀρχομένοις ὡς ὑπὸ διδασκάλῳ παιδευομένοις ἀγαθῶ, τὴν τοῦ μεγάλου βασιλέως θεογνωσίαν προβαλλόμενος.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὁ δὲ τῶν ἀμοιβαίων τὰ ἐχέγγυα προμνύμενος, τριακονταετηρικός αὐτῷ διανέμει στεφάνους (80), χρόνων ἀγαθοῖς περιόδους ἀποτελεσθέντας. τριτοῦς τε ἤδη δεκάδων περιελθῶν κύκλους, πανδήμους, μάλλον δὲ (81) κοσμικὰς ἑορτὰς, πᾶσιν ἐφίησιν ἀνθρώποις ἐκτελεῖν. Τῶν δ' ἐπὶ γῆς θεογνωσίας ἄνεσι φαίδρυνομένων, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ἂν εἴη, καὶ τὰς ἐν οὐρανῷ χορείας νόμοις φύσεως ἐλοχόμενας, τοῖς ἐπὶ γῆς συγκαίρειν, αὐτὸν τε τὸν ἐπὶ πάντων βασιλέα, πατρός ἀγαθοῦ δίκην, ἐφ' υἱοῖς ἀγαθοῖς θεοσεβοῦσιν εὐφραίνεσθαι, καὶ ταύτῃ μάλιστα τὸν καθηγεμόνα καὶ τῶν ἀγαθῶν αἴτιον, πολυχρόνοις γεραίρειν τιμαῖς: ὡς μὴ ἀπαρκεῖν τρεῖς ἐν δεκάσι περιόδους τῆ βασιλείᾳ, μένειν δὲ αὐτὴν (82) ἐπὶ μήκιστον, καὶ εἰς μακρὸν παραπέμπειν αἰῶνα. Αἰὼν δ' ὁ σύμπας, ἀγῆρωκ καὶ ἀτελεύτητος, οὔτ' ἀρχῆ, οὔτε περιγραφῆ θνητῶν λογισμοῖς πεφυκὸς ὀραῖσθαι, ἀλλ' οὐδ' ἐκ μέσου κέντρου λαμβάνεσθαι: οὐδὲ τὸ νῦν αὐτοῦ λεγόμενον (83) ἐφίησιν τοῖς ἐθέλουσι περιδράττεσθαι, μήτι γε τὸ μέλλον (84) ἢ τὸ παρῶν τοῦ χρόνου. τὸ μὲν γὰρ

imperatorum, quinquennialia et similia. Certe in codice Fuketii ita scriptum reperi ut conjeceram.

(82) *Μέγιστον δὲ αὐτὴν*. Hic locus sic mihi restituendus videretur: ὡς μὴ ἀπαρκεῖν τρεῖς ἐν δεκάσι περιόδους τῆ βασιλείᾳ νέμειν, αὐτὴν δὲ ἐπὶ μήκιστον καὶ εἰς μακρὸν παραπέμπειν αἰῶνα. Error natus est ex voce νέμειν, quam in μένειν librarii mutarunt, proclivi errore. Quod si μένειν retinere quis vellet, tunc scribendum esset παραπέμπειν.

(83) *Υποδὲ τὸν ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον*. Procul dubio scribendum est: οὐδὲ τὸ νῦν αὐτοῦ λεγόμενον ἐφίησιν τοῖς ἐθέλουσι περιδράττεσθαι. Quo modo etiam legit interpres. Hujus autem emendationis auctor est ipse Eusebius, qui paulo post ita scribit de presentis tempore: τὸ δὲ γε νῦν αὐτοῦ λεγόμενον, ἅμα νοήματι, etc.

(84) *Υποδὲ τισὶ τὸ μέλλον*. Interpres vertit *nedum futurum tempus aut præteritum*. Quare apparet eum legisse μήτι γε τὸ μέλλον, optime. In codice Fulk. scribitur *μή τις τὸ μέλλον*. — Nos, doctissimo Πέιιχεν assentientes, μήτι γε scripsimus. Edit.

οὐκ ἔστιν, ἥδη δὲ παρήλαε (85) · τὸ δὲ μέλλον οὐκ ἄρα
 πάρεστι, διὸ οὐδ' ἔστι· τὸ δὲ γὰρ νῦν αὐτοῦ λεγόμε-
 νον, ἀμνηστον καὶ φωνῆ, λόγου θάττον διαδιδράσκει.
 Οὐκ ἔστι δ' ἄλλως αὐτὸ ἐπιλαβέσθαι, ὡς ἐστῶτος.
 Ἡ γὰρ τὰ μέλλοντα προσδοκᾶν, ἢ παρελθόντα συν-
 ορᾶν ἀνάγκη· ἅμα γὰρ ἐννοεῖ διολισθαίνων, φεύγει·
 οὕτως ὁ σύμπας αἰὼν οὐ φέρει θνητῶν λογισμοῖς
 καθυποτάττεσθαι, ἀλλ' ἀνάινεται τὴν παρὰ τοῦτοις
 δουλείαν. Τὸν δ' αὐτοῦ Βασιλέα (86) καὶ Δεσπότην
 ὁμολογεῖν οὐ παραιτεῖται· φέρει δ' αὐτὸν ἐπὶ νῶτων
 ὄχρουμενον, ἐναθρονομένης τοῖς ἐξ αὐτοῦ καλλωπίσμα-
 σιν (87). Ὁ δὲ ἀνωθεν αὐτὸν ἠγιοχῶν, οὐ σειρή χρυσοῦ
 κατὰ τὸ ποιητικὸν ἐνδυσάμενος, σοφίας δ' ἀβρόχτου
 δεσμοῖς ὥσπερ τισὶν ἡνίαις χαλινώσας, μῆνας ἐν
 αὐτῷ καὶ χρόνους, καιροὺς τε καὶ ἐνιαυτοὺς, νυκτῶν
 τε καὶ ἡμερῶν ἀμοιβαῖα διαστήματα, σὺν ἀρμονίᾳ τῆ
 περὶ κατεδάλετο, ποικίλοις αὐτὸν ὄροις καὶ μέτροις
 κεραιθῶν· ὁ μὲν γὰρ εὐθυγενὴς ὢν (88), καὶ εἰς
 ἀπειρον ἐκτεινόμενος, τὴν τε τοῦ αἰῶνος ἐπιχορῶν
 ὥσπερ ἀεὶ ὢν (89) εἰληφῶς, αὐτὸς τε αὐτοῦ ὢν τοῖς
 μέρεσιν ἐμφορῆς, μάλλον δὲ ἀμφοτέρω ὢν καὶ ἀδιάστα-
 τος, εἰς μόνην εὐθειαν μηχανόμενος, αὐξιεῖ· ὁ δὲ
 μέσοις αὐτὸν διαλαθῶν τμήμασι, καὶ ὥσπερ εὐθειαν
 γραμμὴν εἰς μῆκος τεταμένην διελὼν κέντροις, πολὺ
 πλῆθος ἐν αὐτῷ κατεδάλετο, ἕνα τε ὄντα καὶ μονάδι
 παρεικασμένον, παντοίοις κατεδήσατο ἀριθμοῖς, πε-
 λύμορφον ἐξ ἀμόρφου τὴν ἐν αὐτῷ ποικιλίαν ὑποστη-
 σάμενος. Μίαν μὲν γὰρ πρώτιστα πάντων ἐν αὐτῷ
 τὴν ἀμορφον ὕλην, ὥσπερ τινὰ πάνδοχον οὐσίαν
 ὕφιστη· δευτέρον δ' ἐν ὕλῃ ποιότητα, δυνάμει δυάδος,
 εἶδος ἐξ ἀειδοῦς ἀπεργαζόμενος ἐπολεῖ· τριάδος δ'
 ἀριθμῷ τριχῆ διαστατὸν, εἰς τε πλάτους καὶ μῆκος
 καὶ βάθος, σύνθετον ἐξ ὕλης (90) καὶ εἶδους σῶμα
 κατεργάζετο. Διττῆς δ' ἐκ δυάδος τὴν τῶν στοιχείων

A suum percipi, nec tempus quod præsens nominatur
 comprehendi a quoquam sinit, nedum futurum aut
 præteritum. Hoc enim non est, quippe quod jam
 transiit. Futurum vero nondum adest, ac proinde
 non est omnino. Præsens autem quod dicitur tem-
 pus, simul cum ipsa cogitatione ac locutione imo
 etiam citius evolat. Prorsus vero ipsum tanquam
 præsens apprehendere non licet. Nam aut futura
 expectemus, aut præterita contemplemur, necesse
 est. Quippe simul cum ipsa cogitatione fugiens ela-
 bitur. Hoc igitur totum ævum, mortalium supputa-
 tionibus subjici se minime patitur; sed servire illis
 recusat. Deum tamen Regem ac Dominum suum
 agnoscere non renuit; eumque dorso suo insiden-
 tem vehit, ornamentis quæ ab illo accepit, sese ef-
 ferens. Ille vero e sublimi ævum regens, non aurea
 constrictum catena, ut est apud poetam, sed inex-
 plicabilis sapientiæ vinculis velut habentis quibus-
 dam vinctum ac frenatum, menses ac tempestates,
 annos, et dierum ac noctium alternas vices cum
 admirabili quodam concentu in ipso constituit; vari-
 risque terminis ac mensuris illud circumscripsit.
 Nam cum ævum suapte natura rectum sit; et in
 immensum tendens, dicaturque ævum quasi ἀεὶ ὢν,
 [id est, semper existens]; cumque ipsum suis par-
 tibus simile, aut potius partium ac distantiarum ex-
 pers sit, ipsum quidem in rectum duntaxat productum
 augetur. Deus vero mediis ipsum segmentis disper-
 tiens, ac velut lineam rectam in longum productam
 multis dividens punctis, immensam in eo multitu-
 dinem conclusit. Cumque unum esset et unitati si-
 millimum, ille variis ipsum numeris illigavit, et ex
 informi multiforme illud effecit. Nam primum qui-
 dem informem materiam, quasi omnium substau-

(85) Vulg. ὁ δὲ παρήλαε. Scribo ἥδη δὲ παρήλαε.
 De præterito enim loquitur. Paulo post lego οὐκ ἔστι
 δὲ ὄντως ἐπιλαβέσθαι.

(86) Τὸν δ' αὐτοῦ Βασιλέα. Scribendum videtur
 Θεὸν δ' αὐτοῦ βασιλέα, quomodo etiam legit interpretes.
 Alludit autem Eusebius ad locum Pauli apostoli
 (1 Tim. 1, 17): qui Deum vocat Regem sæculorum,
 Βασιλέα τῶν αἰῶνων.

(87) Τοῖς ἐξ αὐτοῦ καλλωπίσμασιν. Dies intel-
 ligt et menses et annos, et tempestatum vicissitudi-
 nes, et cætera ejusmodi, quibus Deus ævum seu
 sæculum exornavit.

(88) Εὐθυγενὴς ὢν. Lego εὐθυγενής.

(89) Ὅσπερ ἀεὶ ὢν. Eandem τοῦ αἰῶνος etymo-
 logicam affert Proclus libro 14 in *Timæum* Platonis,
 pag. 241, ubi multa de ævo juxta sententiam Plato-
 nicorum disserit. Eundem vide in capite 53 et 54
Institutionum Platoniarum. At Eusebius Platonis
 sententiam partim sequitur, partim ab ea discedit.
 Cum enim ait ævum nec senescere nec interire, esse
 uniformem ac sui semper simile; partibus carere ac
 distinctione, in eo consentit cum Platone. Sed cum
 illud progredi dicit atque augetur; cum species
 ejus facit præteritum tempus, præsens ac futurum;
 in hoc et a Platone et a seipso dissentit. Quidquid
 enim progreditur et augetur, partes habeat necesse
 est. Apud Platonem ævum nihil aliud est quam æterni-
 tatis. Ævum enim Plato facit immobile; ad ejus
 similitudinem tempus ait creatum esse a Deo, quod
 quidem definit imaginem mobilem ævi immobilis,

numero atque ordine progredientem, ut legitur in
Timæo. Recte Chalcedius in *Timæum* Platonis:
Temporis, inquit, proprium progredi, ævi propria
mansio, semperque in idem perseveratio. Temporis
item partes, dies, noctes et anni; ævi partes nullæ.
Temporis item species præteritum, præsens, futurum;
ævi substantia uniformis, in solo proprioque præ-
sente. Eusebius vero ævum accepit pro sæculo, seu
 potius pro tota, ut ita dixerim, massa et collectione
 temporum. Ait enim ὁ σύμπας αἰὼν. Certe in sacris
 litteris αἰὼν et αἰῶνες sumuntur pro tempore. Quippe
 D tempus duobus modis accipitur. Alterum est parti-
 culare, quod singulis rebus attributum est. Alterum
 generale, quod non magis brevæ rei competit quam
 illi. Et hoc veteres ævum vocabant, ut docet Censo-
 rinus in libro *De die natali*, cap. 16, ubi ævum de-
 finit, *tempus unum et maximum, immensum, sine*
origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, sem-
perque futurum est, neque ad quemquam hominum
magis quam ad alterum pertinet. Addit deinde hoc
 ævum in tria dividi tempora, præteritum, præsens,
 et futurum. In quo plane cum Eusebio nostro con-
 sentit. Idem ait etiam Marius Victorinus in librum
Rhetoricarum Ciceronis, cap. 75. Sed Gregorius Naz.
 in oratione 35 et 42. ævum sumit pro æternitate,
 ubi vide quæ notant Psellus et Elias Cretensis.

(90) Vulg. σύνθετον ἐξ ὕλης ἐποίη. Scribendum
 videtur σύνθετον ἐξ ὕλης ἀποίου, καὶ εἶδους σῶμα. In
 codice Fuketii deest vox ἐποίη, optime.

ciarum receptaculum in eo condidit ac substavit. A
 Deinde in materia qualitatem creavit, binarii numeri potentia decorum faciens, id quod prius expers erat venustatis. Posthæc ope ternarii numeri, corpus ex materia formaque compositum, trium dimensionum capax fecit; longitudinis scilicet, latitudinis et altitudinis. Tum ex geminato binario quaternarium elementorum numerum commentus, terram, aquam, aerem et ignem, quasi perennes
616 quosdam fontes ad hujus universi utilitatem produxit. Porro quaternarius denarium gignit. Unum enim, duo, tria et quatuor, denarium numerum absolvunt. Ternarius autem junctus cum denario, mensis spatium dedit. Mensis autem duodecim circuitibus, solis cursum absolvit. Ex quo annorum circuli et tempestatum mutationes, informe atque omni specie carens ævum vario quasi colorum lumine distinxerunt, ad requiem et oblectationem eorum qui vitæ spatium decurrunt. Nam ut iis qui spe præmiorum impulsæ, in sacris certaminibus cursu contendunt, intervalla stadii distincta sunt: et quemadmodum longum iter ingressis, via publica mansionibus quibusdam et stadii definita est, ne quis protracta in immensum expectatione alacritatem animi infringat: sic plane summus omnium imperator Deus, totum ævum sapientiæ vinculis astrictum moderatur, et instar aurigæ quocumque visum est ducit. Idem ille moderator universi, ævum antea expers figuræ, colorum venustate et amœnitate florum circumvestiens; diem quidem candore ac solis radiis illustravit: noctem vero atro colore suffundens, stellarum luminibus quasi quibusdam aureis ramentis conspersit. Quin etiam accensa luciferi face, et lunaris luminis varietate, et astrorum splendidissimo cœtu, cælum omne tanquam ingens peplum multiplici colorum venustate exornavit. Aerem item cum e sublimi in profundum extendisset, ejusque ope totam orbis latitudinem ac longitudinem refrigerasset, omni avium genere decorari præcepit, cunctis per aerem commeantibus tam visibilibus quam invisibilibus, hoc velut immensum pelagus ad natandum aperiens. Terram denique cum in medio instar centri libravisset, Oceano circumdedit, cœruleo vestis sue colore exsultantem. Hanc vero posteaquam domici-

cilicinos ex lanis caprinis pannos, et intolerabilia
verbera variaque et commutata identidem tormenta,
ac graves immanissimosque cruciatus; quos cum
ad imperium judicis lictores intenderent manibus
pedibusque, omni violentia nitebantur cogere mar-
tyres ad aliquid illicitum faciendum.

6. Quid porro necesse est referre illas semper
memorabiles eorum voces, quas medios inter do-
lores sereno ac læto vultu sapienter reponebant
interrogationibus judicis, genereose ridendo ad ejus
tormenta, aut gratioso quodam modo eludendo
propositas ab eo quæstiones? Interrogante enim
illo, undenam essent; pro eo quod de terrena ci-
vitate responderent, veram ei suam indicabant pa-
triam, ab Hierusalem se esse prædicantes; intelli-
gebant autem cœlestem illam Dei, quo festinabant,
civitatem: et alia ejusmodi varia dicebant, inex-
pertis sacrarum rerum non intelligibilia, et solis
divinæ fidei consortibus manifesta: quibus judex
magis exacerbatus, animoque æstuans, neque quid
ageret comperiens, ne illis cederet, quasunque
excogitabat machinas; ac denique dejectus spe
omni, unicuique eorum victoriæ assignavit bra-
vium. Sed in hoc quasi varius erat modus: nam
duobus quidem eorum adhuc catechumenis, suis
per ignem baptismus obtigit: altero salvificæ pas-
sionis imagini assimilato, cæteri vero qui cum
dilecto meo erant diversa inter se præmia partiti
sunt.

7. Atque hæc dixerit aliquis, ipsorum volens

genere meminisse; sigillatim vero eos prædicaturus A jure merito totius chori ducem inprimis laudaverit. Pamphilus hic fuit, vir Dei amantissimus, et vere amicus (6) omnium, secundum significationem nominis sui, Cæsariensis Ecclesiæ ornamentum: nam et presbyteralem cathedram presbyter existens glorificavit, ornans simul et ornatus eo quod ibi offertur sacrificio. Sed et aliis quoque in rebus vere divinus erat, divinæque inspirationis participes: cum per omnem vitam cunctis fuerit virtutibus cumulatus, longe quidem valere jubens delicias atque divitias, totum vero sese tradens verbo Dei. Renuntians enim universæ quæ sibi a parentibus obvenerat substantiæ, eamque nudis, imbecillis egenisque distribuens, ipse vitam ducebat proprio carentem, exercitationeque indefessa divinam sibi comparabat philosophiam. (7) | Erat autem ex Berytensium civitate, ubi primam ætatem egit in iis quæ ibi erant puerorum gymnasiis: postquam vero ingenium ejus ad virilem ætatem maturuit, transivit ad sacrarum Litterarum studium; vitæque formam omnino divinam et propheticam suscepit; seque Dei verum martyrem, etiam ante vitæ finem probavit.]

8. Et talis quidem erat Pamphilus: secundus vero cum illo ad agonem processit Valens, grandævus ac reverenda canitie conspicuus, ipsoque aspectu venerabilis senex: insuper vero divinarum Scripturarum intelligens si quis alius, earumque memoriam complexus tam firmam, ut ad earum, quas in ea repositas servabat, sacrarum promissionum usum, non egeret præsidio litteralis consequentiæ. Quamvis autem talis esset, diaconatus tamen gradu in Æliensi (8) Ecclesia erat contentus. Tertius denique numeratus Paulus, actione simul et spiritu ferventissimus, ex Jamnia civitate oriundus: qui etiam ante martyrium, ferri candentis tollerantia, confessionis certamen exultaverat (9).

μεμνημένος. Κατὰ μέρος δὲ ἑκαστοῦ ἀπειριῶν, εἰκότως ἂν τοῦ χοροῦ τὸν πρωτοστάτην μακαρίσει. Πάμφιλος οὗτος ἦν ὁ θεοφιλῆς ὄντως ἀνὴρ καὶ πάντων ὡς ἀληθῶς φίλος τε καὶ προσήγορος, ἐπαληθεύων τὴν ἐπινομίαν, τῆς Καισαρέων Ἐκκλησίας ὁ κόσμος. Ἐπεὶ καὶ τὴν τῶν πρεσβυτέρων καθέδραν πρεσβύτερος ὢν ἐδόξαζε, κοσμῶν ὁμοῦ καὶ κοσμούμενος τῇ ἐνταῦθα λειτουργίᾳ. Κάν τοῖς ἄλλοις δὲ θεῖος ἦν ὄντως καὶ θείας μετέχων ἐμπνεύσεως, ἐπεὶ καὶ παρ' ὄλον αὐτοῦ τὸν βίον ἀρετῇ πάσῃ διαπρέφας ἔτυχε, μακρὰ μὲν χαίρειν εἰπὼν τρυφῇ καὶ πλούτου περισσίᾳ· ὄλον δὲ ἑαυτὸν ἀναθεὶς τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ· ἀποδομῆς γὰρ τοῖς τὰ εἰς αὐτὸν προγόνων ἦκοντα γυμνοῖς, πηροῖς καὶ πένησιν ἅπαντα· αὐτὸς ἐν ἀκτῆμονι διῆγε βίω δι' ἀσκήσεως καρτερικωτάτης τὴν ἔνθεον μετιῶν φιλοσοφίαν. [Ἄρματό μὲν οὖν ἐκ τῆς Βηρυτιῶν πόλεως, ἔνθα τὴν πρώτην ἡλικίαν τοῖς αὐτόθι ἐτέθραπτο παιδευτηρίοις· ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς φρονήσεως εἰς τελείους ἀνδρας αὐτῷ προσήει, μετέβαιεν ἀπὸ τῶνδε ἐπὶ τὴν τῶν ἱερῶν λόγων ἐπιστήμην· ἀνελάμβανε δὲ ἐνθέου καὶ προφητικοῦ βίου τρόπον, καὶ Θεοῦ μάρτυρα αὐτὸς ἀληθῆ ἑαυτὸν καὶ πρὸ τελευταίης τοῦ βίου παρίστη.]

'Ἄλλ' ὁ μὲν Πάμφιλος τοιοῦτος ἦν· δεύτερος δὲ μετ' αὐτὸν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρῆει Οὐάλης, γῆρα καὶ ἱεροπρεπεῖ πολὺ τετιμημένος, αὐτῇ τε προσόψει σμυνὸς καὶ ἱερὸς πρεσβύτης· οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν θείων Γραφῶν εἰ καὶ τις ἄλλος εἰδήμων· τσοαύτας γὰρ τοῖς μνήμας αὐτῶν ἐνεστερνίσαστο, ὡς μὴδὲ ἀποδεῖν τῆς ἀπὸ γραμμάτων τεύξεως τὰς διὰ μνήμης αὐτῷ σωζομένας τῶν ἱερῶν μαθημάτων ἀπαγγελίας. Διάκονος ἦν, καίπερ ὢν τοιοῦτος, τῆς Ἀλιέων Ἐκκλησίας. Τρίτος ἐν τοῖςδε κατηριθμεῖτο Παῦλος θερμορρότατος καὶ τῷ πνεύματι ζῶων ἀνὴρ, ἀπὸ τῆς Ἰαμνητῶν πόλεως ἐγνωρίζετο ὅς δὴ καὶ πρὸ τοῦ μαρτυρίου διὰ καυτήρων ἀπομονῆς, τὸν τῆς ὁμολογίας ἀγῶνα διηθλήκει.

PARS ALTERA.

Sanctorum singulorum certamina, et martyrii exitus.

9. Cum prælaudati tres sancti biennium egissent D in (10) carcere, occasio martyrii oblata ipsis est per eos, qui etiam cum eis extremo affecti supplicio

(6) Πάμφιλος quasi πάντων φίλος, omnium amicus.

(7) Quæ sequuntur, non videntur hoc loco scripta ab Eusebio; sed ab eo qui ex tertio ejus libro De vita Pamphili, hujus ac sociorum martyrium excerpit, suæ collectioni inserendum, huc collata ex libro ejusdem Eusebii primo, ne prorsus acephata esset narratio, quæ de priori Vita nihil haberet: itaque judicavi ea his signis [] a reliquo contextu abjungenda: quod si fecisset Valesius, non dubitasset, credo, eorum causa hanc compositionem diversam ab Historia Eusebiana censere.

(8) Ælia, id est Hierusalem, ab Ælio Adriano sic dicta, postquam illa ab eo in monte Calvarie re-

τούτοις ἐπὶ τῆς εἰρκτῆς δουεῖν ἔτοῖν χρόνων κατατριβομένοις, ὑπόθεσις τοῦ μαρτυρίου ἐγένετο Ἀγύπτιων ἀφίξεις, τῶν σὺν αὐτοῖς τελειωθέντων, οὓς κατὰ

staurata, situm mutavit, Judæis novam urbem ingredi prohibitis.

(9) Ut appareat, quam non verosimile sit, hanc passionem ex alio paulum proluxiori Historiæ Eusebiana textu, quam vulgo habeatur, acceptam: sed alterius anteriorisque operis partem esse, quam deinde in aliud opus auctor transtulerit: conferat Lector cap. 11 libri *De martyribus Palæstinæ*.

(10) Ecgrapha nostra Medicæi ms. ἐπὶ τῆς Κρήτης, in *Creta*, quasi isti ibi exsulassent: sed corriguntur ex ms. Lipomanni, atque ex ipsomet Eusebio, hæc in compendium contrahente, et τῆς εἰρκτῆς scribente.

τὴν Κιλικίαν οὗτοι καταπονούμενοι ἐν τοῖς μετά-
λοις, μέχρι τῶν τόπων καταστήσαντες ἐπὶ τὴν οἰκείαν
ἐπαλινδύσθουν· καὶ δὴ πρὸς ταῖς εἰσόδους τῶν κατὰ
Καισαρείαν πυλῶν, τίνες εἶεν καὶ πόθεν ἀφικόμενοι,
πρὸς τῶν φυλάκων ἐρωτηθέντες, καὶ μηδὲν ἀλη-
θοῦς ἀποκρύψαντες, Χριστιανοὶ δὲ φάντες ἑαυτοῦς, κα-
κούργων τρόπον ἐπ' αὐτῷ φῶρῳ (11) ληφθέντων κατ-
ελαμβάνοντο· πέντε δὲ ἦσαν τὸν ἀριθμὸν. Οἱ δὲ προσ-
αχθέντες τῷ ἄρχοντι, κατὰ τούτου πρόβησισάμενοι,
δεσμοῖς μὲν αὐτίκα παραδίδονται. Τῇ ὕστερα, Περ-
ιττιοῦ μηνὸς ἕξ καὶ δεκάτῃ, κατὰ Ῥωμαίους δὲ τῇ
πρὸ δεκατεσσάρων καλανῶν Μαρτίων, αὐτοὺς δὴ
τούτους, σὺν τοῖς ἀμφὶ τὸν Πάμφιλον, τῷ Φιρμιλιανῷ
προσάγουσιν. Ὁ δὲ τῶν Αἰγυπτίων ἀπεπειρατό-
μόνων, πρὸ τῶν βασάνων εἰδεσιν παντοίοις διαγυ-
μνάζων τοὺς ἄνδρας τὸν μὲν οὖν προήγορον αὐτῶν
ἐν μέσῳ ἀγαγὼν, τίς εἶη καὶ ὅθεν ἦρῳτα. Ὅστις,
ἀντὶ τοῦ κυρίου ὀνόματος, προφητικὸν τι ἑαυτῷ
προσῆπτε· τοῦτο δὲ καὶ πρὸς λοιπῶν ἐγγίνετο, ἀντὶ
τῆς πατρόθεν αὐτοῖς ἐπιτεθείσης ἐπωνυμίας.

Ἥλιαν γοῦν καὶ Ἰερემίαν, Ἡσαΐαν τε καὶ Σα-
μουὴλ καὶ Δανιὴλ ἀκούσας ἂν αὐτῶν ἑαυτοῦς ὀνομα-
ζόντων, καὶ τὸν ἐν χροστῷ Ἰουδαῶν καὶ γνήσιον
Ἰσραηλίτην αὐτοῖς ἔργοις οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ φωναῖς
κυρίως ἐκφερομέναις ἐνδεικνυμένων· τοιοῦτον σὺν τε
πρὸς τοῦ μάρτυρος ἐπακούσας ὁ δικαστὴς ὄνομα,
οὐ μὴν τῇ τοῦ ῥήματος ἐπιστήσας δυνάμει, δευτέρον, ἤ-
τις αὐτοῦ πατρὶς εἶη ἠρῳτα. Ὁ δὲ σύνοδος τῇ προτέ-
ρῃ δευτέραν ἀφίξει φωνὴν, Ἰερουσαλήμ εἶναι λέγων
τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, ἐκείνην δὴ τα νοῶν, περὶ ἧς εἶ-
ρηται Παύλῳ· « Ἡ δὲ ἄνω Ἰερουσαλήμ ἐλευθέρα ἐστίν,
ἧτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν » καὶ, « Προσεληλύθατε Σιών
θρεῖ, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἰερουσαλήμ ἐπουρανίου. »
Καὶ ὁ μὲν ταύτην ἐνόει· ὁ δὲ ἐπὶ χθόνα καὶ χαμαὶ
ῥίψας τὴν διάνοιαν, τίς εἶη αὐτῆ καὶ ὑπὸ (12) γῆς πόλις
κειμένη, ἀκριθῶς ἐπολυπραγμόνει, καὶ δῆτα καὶ βα-
σάνους ἐπήγεν, ὡς ἂν τ' ἀληθὲς ὁμολογοῖη. Ὁ δὲ
στρεβλοῦμενος κατόπιον τῶ χεῖρες, καὶ τοῖν ποδοῖν μαγ-
γάνοις τεσθ διακλώμενος, εἰρηχέναι ἀληθὲς τε (13)
ἰσχυρίζετο. Εἶτα αὖ πάλιν καὶ πολλὰ κίς πυθανομένου,
τίς εἶη καὶ ποῖ (14) κειμένη ἡ λεχθεῖσα πόλις Ἰερου-
σαλήμ, μόνην αὐτὴν εἶναι τῶν Χριστιανῶν πατρίδα,

¹ Gal. iv, 26. ² Heb. xii, 22.

(11) Ἐπ' αὐτῷ φῶρῳ. Forte scribendum ἐπ' αὐτοφῶρῳ. EDIT.

(12) Ἰαδ. Lege ἐπὶ. EDIT.

(13) Τε. Forte γε. EDIT.

(14) Ποί. Forte πῆ, vel ποῦ. EDIT.

(15) Additur in Hist. ὁμολογητάς, confessores.

(16) Additur ibidem, *Perinde ac priores illi quos supra commemoravi (scilicet Ægyptii alii, qui cap. 10 narrabantur XIX Kal. Januariis comprehensi) professos, se ad ministeria confessoribus in Cilicia constitutis exhibenda proficisci: quorum alii quidem, eadem qua illi quibus ministraturi venerant, pœna damnati sunt, oculis ac pedibus inutiles reddidi (uno scilicet oculo eruto, et cruris unius succisis nervis) tres vero ex ipsis, in urbe Ascalone, in qua vincli tenebantur, cum admirabilem animi fortitudinem ostendissent, averso martyrii exitu occubuerunt. Quippe unus illorum Ares nomine, flammis consumptus est; reliquis duobus, quorum unus Pro-*

A fuerunt Ægyptios. Hi a Cilicia revertebantur do-
mum, postquam illuc usque deduxerunt ad metalla
damnatos (15); atque ad ingressum portarum Cæ-
sareæ interrogati (16), qui essent, et unde veni-
rent, cum neque ejus quod erat quidquam dissimu-
larent, seque Christianos esse profiterentur; in-
star maleficorum ipso in facinore deprehensorum,
fuerant comprehensi, numero quinqe: ad præsi-
dem autem adducti, eademque fiducia usi, continuo
in vincula dati erant. Postridie vero, qui XVI dies
erat mensis Perisii, hoc est juxta Romanos dies XIV
ante Kalendas Martias, idem, simul cum illis qui
Pamphilo aderant, Firmiliano exhibentur. Qui so-
los Ægyptios tentandos sibi sumens omni genere
tormentorum, nudari viros jussit; deinde, eum qui
B præcipuus inter omnes videbatur in medium addu-
cens, quis esset et unde interrogabat. Hic cum loco
proprii nominis propheticum aliquid ipsi indicas-
set; idem et alii fecerunt pro nominibus sibi in
patria inditis.

10. Eliam ergo et Jeremiam, Isaiam et Samue-
lem atque Danielelem sese ipsos appellare audiens
Præses (sic enim placuerat illis ostentare quem in-
tus abditum gerebant animum veri Judæi ac Israe-
litæ, non solum operibus, sed etiam vocabulis (17)
clare prolatis) ipse quidem virtutem nominis sibi
a martyre indicati non intellexit; sed porro per-
rexit interrogare, quæ ipsi esset patria: Martyr
vero, eodem compendio usus, alteram emisit vocem,
dicens, Jerusalem sibi patriam esse, eam scilicet
intelligens, de qua Paulus ait ¹, « Quæ sursum est
Jerusalem libera est, quæ est mater nostra: » set
alibi ², « Accessistis ad Sion montem et civitatem
Dei viventis, Jerusalem cœlestem. » Talia igitur co-
gitabat martyr; sed præses, mentem terræ affixam
habens, quæ illa esset Jerusalem, et ubi terrarum
sita (18) studiosius requirebat; quin et tormenta
admovebat, ut quod verum esset faterentur. Sed
enim martyr, manus post tergum retortas, pedes-
que quibusdam machinis luxatos habens, verum se
dixisse affirmavit. Cumque nihilominus iterum at-
que iterum interrogaretur, quæ et ubi sita esset ea

D bus, alter *Elias vocabatur, caput gladio præcisum.*
Coluntur autem hi a Græcis 19 Decembris, quasi
quinto die post comprehensionem supplicio affecti.

(17) Ibidem alia datur ratio mutatorum nomi-
num, quod scilicet propria forsant idololatriæ es-
sent, a falsorum deorum nominibus sumpta, ut sunt
Dionysius, Bacchides, Athenæus aliaque similia. Non
tamen ex hac Eusebii conjectura, multo minus ex
isto horum martyrum facto, recte quisquam intule-
rit, in frequenti Christianorum primorum usu fuisse
gentilia nomina baptizandis commutare, in nomina
patriarcharum, prophetarum, vel apostolorum, alia-
que e sacris Scripturis petita.

(18) Nempe jam inde a tempore Ælii Adriani, et
anno Christi 179 restaurata urbs *Jerusalem*, mutato
nomine erat et dicebatur Ælia; ut antiquatum pri-
dem nomen potuerit Romano præsidii peregrinum
prorsus accidere; inaxime si noverat, Ægyptios
esse quos interrogabat.

quam dicebat civitas Jerusalem; solam hanc Christianorum patriam esse respondit, atque illos solos nec alios ullos in ea versari, consistere vero ad orientem, juxta lucem atque solem. Et hic quidem rursus juxta proprium suum sensum philosophabatur; nihil commutatus iis quæ circumstantabant tormentis, sed velut incorporeus nec sentire quidam videbatur dolores; judex vero angustiabatur, ratus, Christianos urbem aliquam Romanæ æmulam et inimicam sibi condere, multusque in eo erat ut perouctando disceret, et ipsam et regionem orientalem quæ sibi indicabatur ubi essent. Videns tamen ad verbera magis etiam immutabilem manere juvenem, et in prioribus responsis perseverare, capitalem tandem contra eum mortis sententiam pronuntiavit.

11. Et res quidem hujusce martyris talem, veluti cujusdam dramatis, exitum habuerunt; cæteros deinde Ægyptios, cum ad diversimoda quoque experimenta nudasset, eundem in modum agitavit. Tum ad Pamphili sodales transgressus, didicit quod jam pridem variis essent cruciatibus tentati. Quare supervacaneum ratus iisdem quæstionibus homines subjicere, seque frustra in iis laboraturum, solum interrogavit, an vel nunc persuaderi sibi sinerent. Audiens vero ex singulis extremam confessionis vocem, consimilem in eos tulit sententiam capitis, atque recessit.

12. Sed nondum tota tragœdia peracta erat. Quomodo autem peracta est? Revocavit eum juvenis quidam de medio turbæ tribunal circumstantis, prosiliens ex famulatio Pamphili, revocavit autem voce magna, deposcens corpora ad sepulturam. Beatus hic Porphyrius erat, genuinus Pamphili vernula, necdum octodecim annos natus (19), scribendi peritissimus, morum ac sapientiæ titulo omnibus encomiis major, ut qui cum tali viro sese exercuerat: qui, ut cognovit latam in Dominum suum sententiam, ex media turba vociferans, oravit ut corpora sibi sepelire liceret. Præses vero, non tanquam homo, sed ut fera, vel si quid fera immanius est, neque postulationis æquitatem suscipiens, neque juventutis rationem ullam habens, solum quia didicit adolescentem se Christianum fateri, carnificibus præcepit omnes in eo torquendo vires contendere. Cum ergo jubenti sacrificare ab-

(19) Utraque hæc commentatio deest in Historia. (20) Hoc quoque tormentum eadem Historia prætermittit.

Ελεγε (μη γὰρ καὶ ἑτέροις ἢ τούτοις μόνοις αὐτῆς μετείναι), κείσθαι δὲ πρὸς ἀνατολαίς, καὶ πρὸς αὐτῷ φωτὶ καὶ ἡλίῳ. Ὁ μὲν καὶ πάλιν διὰ τούτων κατὰ τὸν οἰκεῖον νοῦν ἐφιλοσόφει, τῶν ἐν κύκλῳ βασιάνοις αὐτὸν αἰκίζομένων οὐδὲ ἐπιστρέφόμενος, ὡς περ δὲ τις ἄσαρκος καὶ ἀσώματος οὐδὲ ἐπαισθάνεσθαι ἐδόκει τῶν ἀλγηδόνων. Ὁ δὲ δικαστῆς ἀπορούμενος ἐσφάδαζεν, ἐχθρῶν καὶ Ῥωμαίοις πολεμίαν τάχα πω συστήσασθαι ἑαυτοῖς πόλιν Χριστιανούς οἰόμενος· πολὺς τε ἦν ἐπικείμενος ταῖς βασιάνοις, καὶ ἀνερευνῶν τὴν δηλωθεῖσαν πόλιν, τὴν τε κατὰ ἀνατολὰς ἐξετάζων χώραν· ὡς δὲ ἐπὶ πλεῖον μάστιγι τὸν νεανίαν καταξήνας, ἀπαράλλακτον τῶν προτέρων αὐτῷ βηθέντων ἑώρα, τὴν ἐπὶ θανάτῳ κατ' αὐτοῦ κεφαλικὴν ἐκφέρει ψήφον.

B

Καὶ τὰ μὲν κατὰ τοῦτον, τοιαύτην εἴληψε δραματούργιαν· καὶ τοὺς λοιποὺς δὲ τῶν Αἰγυπτίων, τοῖς παραπληθεῖσι διαγυμνάσας παλαίσμασι, τὸν ὅμοιον ἐπάγει τρόπον. Εἶτα ἐκ τούτου ἐπὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Πάμφιλον μεταβάς ἀνεδιδάσκειτο, ὡς ἄρα πρότερον ἤδη πλείστον εἶεν βασιάνων πεπειρασμένοι (21)· ἄτοπον δὲ εἶναι λογισάμενος ταῖς αὐταῖς αἰκίαις περιβάλλειν τοὺς ἄλλους, καὶ μάταια μοχθεῖν, τοσοῦτον μόνον, εἰ καὶ νῦν πειθαρχοῖεν, ἀνεπυθάνετο· ἀκούσας δὲ παρ' ἐκάστου τὴν ὑστάτην τῆς μαρτυρίας φωνήν, παραπληθεῖς κεφαλικὴν τιμωρίαν κατ' αὐτῶν ἐξενεγκάμενος, ὑπάγει.

Οὐπω δὲ αὐτῷ πᾶν εἶρητο ἔπος· (καὶ πόθεν;) Ἄναβοᾷ μειράκιόν τι τῆς οἰκετικῆς τοῦ Παμφίλου θεραπείας, ἐκ μέσου τοῦ πλήθους τῶν ἀμφὶ τὸ δικαστήριον κυκλούτων παρελθὼν εἰς μέσον· ἐβόα δὲ μεγάλη φωνῆ, ταφῆ τὰ σώματα ἐξαιτούμενον. Πορφύριος ἦν ὁ μακάριος θρέμμα γνήσιον Παμφίλου, οὐδ' ὅλων ἄκρῳ καὶ δέκα ἐτῶν, καλλιγραφικῆς ἔμπειρος, σωφροσύνης δὲ ἕνεκα καὶ τρόπων πάντα καλύπτων ἐγκώμια, ὡς οἶα ὑπὸ τριχῶδε ἀνδρὶ συνησκημένος· ὡς δ' ἔγνω τὴν κατὰ τοῦ δεσπότητος ψήφον, ἀπὸ μέσσης τῆς πληθῆος ἀνέκραγε, γῆ τὰ σώματα παραδοθῆναι ἄξιόν. Ὁ δὲ οὐκ ἀνθρώπος, ἀλλὰ θῆρ, καὶ θηρίου παντὸς ἀγριώτερος, μήτε (22) τῆς αἰτήσεως εὐλόγον ἀποδεξάμενος, μήτε τῷ τῆς ἡλικίας ἀπονειμας νέω συγγνώμην, αὐτὸ μόνον ὡς ὁμολογοῦντα Χριστιανὸν ἔμαθε, πινεὶ σθένει τοῖς βατανισταῖς κατ' αὐτοῦ χρῆσθαι προστάττει. Ὡς δὲ ἐπικλεουόμενον θύειν ἀνένευεν ὁ θαυμάσιος, οὐκέθ' οἶα σάρκα ἀνθρώπου, ἀλλ' οἶα λίθους ἢ ξύλα, ἢ τι τῶν ἀψύχων ἔτερον, ἄχρις ὀστέων αὐτῶν καὶ κατὰ βάθους σπλάγγνων αἰκίζειν αὐτὸν, καὶ πᾶν τὸ σῶμα καταξάινειν ἐπικελεύεται. Εἰς μακρὸν δὲ τούτου γινόμενου, μάτην ἐγχειρεῖν διέγνω. Ἀφώνου, μικροῦ δεῖν καὶ ἀψύχου τοῦ σώματος τῷ γενναίῳ μάρτυρι καταστάντος, παραμένον τὸ ἀνηλεὲς καὶ ἀπάνθρωπον κεκτημένος ὁ δικαστῆς, τριχῶν πεπλεγμένοις ὑφάσμασι τὰς ἐκδαρείσας ταῖς βασιάνοις πλευρὰς ψήχειν καὶ τρίθειν ἐπὶ πλεόν προστάττει· εἶθ', ὡς περ κόρον λαβὼν καὶ τῆς μανίας ἐμφορηθεὶς, μακρῷ καὶ μαλ-

(21) Πεπειρασμένοι. Forte legendum πεπειραμένοι. ΕΔΙΤ.

(22) Desideratur τό, quod referatur ad εὐλόγον. ΕΔ.

θακῶ πυρὶ παραβλήθῆναι αὐτὸν ἀποφαίνεται. Οὗτος ἄ
μὲν οὖν πρὸ τῆς τοῦ Παμφίλου τελειώσεως ὕστατος
ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρελθὼν, τῇ ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπα-
λλαγῇ τὸν δεσπότην προέλαβεν.

Ἦν δὲ ἄρα τὸν Πορφύριον θεωρεῖν ἱερονίκου διαθέ-
σει πάμμαχον νενικηκός (23), κεκονιμένον τὸ σῶμα,
φαιδρὸν δὲ τὴν ὄψιν, θαρσαλέω τε φρονήματι καὶ
γαύρῳ, τὴν ἐπὶ τὸν θάνατον βαδίζοντα, θεοῦ Πνεύ-
ματος ὡς ἀληθῶς ἐμπλεῶν καὶ δὴ φιλοσόφῳ σχήματι
τῷ περὶ αὐτὸν ἀναβολαίῳ τρόπον ἐξωμίδος ἡμφιεσμέ-
νος, ἄνω βλέπων, καὶ πάντα τὸν θνητὸν καὶ ἀνθρώπι-
νον ὑπερφρονῶν βίον, ἀτραμεῖ τῇ ψυχῇ πρόσσεισι τῇ
πυρᾷ. Ἦδη ἑαυτῷ τῆς φλογὸς πελαζούσης, ὡς ἂν δὲ
μηδενὸς αὐτῷ παρόντος λυπτροῦ, ἀταράχῳ καὶ νή-
φοντι λογισμῷ περὶ τῶν οὐκ αἰσίων τοῖς γνωρίμοις ὁ
ἦρωϊς διετάττετο, εἰσέτι τότε τὸ πρόσωπον φαιδρὸν
καὶ ἀπαράλλακτον διαφυλάττων. Ὡς δὲ τοῖς γνωρίμοις
αὐτάρκως συνετάξατο (24), πρὸς τὸν Θεὸν ἔδῃ λοιπὸν
ἠπεύγετο τῆς γέτοι πυρᾶς ἐξ ἀποστήματος κύκλῳ
περὶ αὐτὸν ἀφθείσης, ἐνθόνδε κάκειθεν ὑψήραζε
τῷ στόματι τὴν φλόγα, ἐπισπέρχων αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπὶ
τὴν προκειμένην πορείαν καὶ τοῦτο ἐπραττεν, οὐδὲ
ἕτερον ἢ Ἰησοῦν ἀνακαλούμενος.

Τοιοῦτος καὶ Πορφύριος ἄθλος τῆς δὲ κατ' αὐτὸν
τελειώσεως ἄγγελος τῷ Παμφίλῳ γενόμενος Σέλευκος,
τοῦ σὺν αὐτοῖς καταξιούται παραυτικά κλήρου. Αὐ-
τίκα γοῦν διαγγειλαντα αὐτὸν τῷ Παμφίλῳ τὸ τοῦ
Πορφύριου τέλος, καὶ τῶν μαρτύρων τὸν δῆμον ἐν
φιλήματι ἀσπασάμενον, συλλαβόντες οἱ στρατιῶται
ἄγρουν ἐπὶ τὸν ἡγούμενον. Ὁ δὲ, ὡς περὶ ἐπισπύ-
δων τῷ προτέρῳ αὐτὸν συναπόδημον γενέσθαι, κεφα-
λῇ κολασθῆναι προστάττει. Τῆς Καππαδοκῶν οὗτος
ὠρμαῖο γῆς λαμπρότατα δὲ τῶν ἐν στρατείαις εὐ-
δοκίμησας, τὸν (25) ἐν Ῥωμαϊκαῖς προκοπαῖς οὐ μι-
κρᾶς ἐπελήπται ἀξίας οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτῇ ἡλικίᾳ καὶ
βίωμῃ σώματος, μεγέθει τε καὶ ἰσχύος ἀρετῇ πλείστον
ἔσον τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ἐπλεονέκτει, καὶ τὴν
πρόσοψιν δὲ αὐτὴν περιβλεπτοῦς ἦν τοῖς πᾶσι, τό τε πᾶν
εἶδος ἀξιάγατος μεγέθους ἕνεκα καὶ εὐμορφίας κατ-
αρχᾶς μὲν οὖν διωγμοῦ, διὰ μαστίγων ὑπομονῆς,
τοῖς κατὰ τὴν ὁμολογίαν διέπρεψεν ἀγῶσι μετὰ δὲ τὴν
τῆς στρατείας ἀπαλλαγὴν, ζῆλωτὴν αὐτὸς ἑαυτὸν
καταστήσας τῶν τῆς εὐσεβείας ἀσκητῶν, Χριστοῦ
γενήσιος στρατιώτης ἀποδέδεικται, ὄρφανῶν ἐρήμων,
καὶ χηρῶν ἀποριστάτων (26), τῶν τε ἐν πενίᾳ καὶ ἀ-
σθενείᾳ καταπονουμένων, ἐπίσκοπος τις οἷα καὶ φρον-
τιστῆς ἐπιμελούμενος, πατρός τε καὶ κηδεμόνος δίκην
τῶν ἀπερβιμμένων ἀπάντων τοῦς πόρους καὶ τὰς
κακοπαθείας ἀνακτώμενος (ἔθεν εἰκότως πρὸς (27) τοῖς
τοιοῦτος δὴ χαίρει Θεὸς μᾶλλον ἢ ταῖς διὰ καπνοῦ
καὶ αἵματος θυσίαις), τῆς κατὰ τὸ μαρτύριον ἡξιώθη
τελειώσεως. Δέκατος οὗτος ἀθλητῆς, σὺν τοῖς εἰρημέ-
νοις, μιᾶ καὶ τῇ αὐτῇ τετελειώτω ἡμέρᾳ, καθ' ἣν, ὡς

A rem, lento ac longius posito igne martyrem con-
sumi præcepit. Ita ille, ante consummationem
Pamphili, ultimus progressus ad agonem, dominium
suum prævertit abdicatione corporea.

13. Erat autem videre Porphyrium instar sacri
athletæ universi certaminis victorem gloriosum,
dissectum corpore, sed facie splendidum, letaque
et intrepida mente ad mortem procedere, utique
divino plenum spiritu, et tanquam in habitu philo-
sophico, solum injectum sibi instrumentum, quasi
pallium gestantem, despicientemque omnia; et
mortalem atque humanam hanc vitam contemnen-
tem, absque illa mentis formidine ad rogam procedebat.
Cum vero ad ipsum jam propinquaret flamma,
tanquam si nihil molestiæ pateretur vir ille
strenuus; inconcusso atque constanti sensu, quæ
sua erant legabat familiaribus, usque in illud tem-
pus servans oris serenitatem immutatam. Ut vero
notis suis pro libitu valefecit, totus ad Deum con-
versus est: et quia rogam ad intervallum circum-
positus erat, hunc inde captabat ore flammam,
quasi seipsum incitans ad propositam sibi viam,
hoc autem faciebat, aliud nihil quam Jesum inclu-
mans.

14. Tale fuit certamen Porphyrii; qui vero ip-
sius mortem Pamphilo nuntiavit, Seleucus, ejusdem
cum ipso factus illico est sortis particeps. Etenim
ipsum Porphyrii finem Pamphilo nuntiantem, si-
mul et martyrum catervam osculantem, compre-
henderunt milites, atque ad proconsulem adduxe-
runt: qui ipsum, utpote festinantem simul cum
præcedente Porphyrio hinc migrare, jussit capitali
sententia plecti. Venerat hic ex Cappadocia, vehe-
menterque inclaruerat (28) militaribus exercitiis,
et non mediocriter apud Romanos promotus fu-
erat; quin etiam ætate et corporis robore virium-
que magnitudine et virtute plerosque hominum an-
tecedebat: nam vultu ipso admodum spectabilis
præ cunctis, speciem præferebat undequaque di-
guissimam, formæ eximie gratia. Fuerat autem
initio persecutionis propter fidei confessionem cer-
tantibus adnumeratus per tolerantiam verberum,
sed abdicata militia æmulator factus eorum qui ad
pietatem exercentur, Christi germanum militem
sese probavit; orphanis desolatis ac viduis prole-
ctore carentibus, omnibusque cum penuria et im-
becillitate conflictantibus, provisor factus patris
aut curatoris adinstar, cunctorumque desperato-
rum laboribus atque ærumnis medelam ferens:
quapropter a Deo, qui talibus magis quam victi-
marum nidore ac sanguine delectatur, martyriali
exitu dignus est habitus. Porro decimus hic ath-
leta, una eademque consummavit agonem suam
die, atque ut par est credere, martyrio suo amplis-

(23) *Νενικηκός*. Syntaxeos ratio postulat νενικηκός. Mox interpres legisse videtur κεκοιμένον pro κεκονιμένον. Edit.

(24) *Συνετάξατο*. Editi συντάξατο. Edit.

(25) *Τόν*. Legendum videtur τὸν. Edit.

(26) *Ἀποριστάτων*. Lege ἀπεριστάτων. Edit.

(27) *Πρός*. Forte ἐπί. Edit.

(28) *Ibidem* legitur, Τῆς ἐν στρατείαις ἐπιλέκτου νεολείας, in delecta ad militia juvenute.

simam cœli portam cum reserasset, simul et Pamphilo ipsi spatiosus ad Dei regnum patefactus est ingressus.

15. Seleuci vero vestigia secutus est Theodulus, pius ac venerabilis senex, in proconsulari familia primo honore dignatus, tum morum consulari prærogativa, tum filiorum trium (29) generatione inclutus, qui eadem ac Seleucus factitans, et martyrū aliquos osculo devenerans, domino suo adductus fuit, cumque ad majorem quam aliis iracundiam concitans, ipsam salutaris confessionis passionem excepit cruci traditus.

16. Sub hæc, cum etiamnum deficeret unus, adfuit qui duodenarium numerum impleret Julianus: qui ea ipsa hora peregre adveniens, et vixdum ingressus civitatem, cum intellexisset quæ erant acta, et ad martyrū conspectum festinasset accedere, ubi eorum corpora humi jacentia vidit, circumfusus singulis, omnes est osculatus. Hoc agentem comprehenderunt ministri credium, atque adduxerunt præsi: qui congrua proposito suo faciens, etiam hunc lento igni tradidit. Ita etiam Julianus, gèstiens atque lætitia exsultans, et Deo tantis se bonis dignato magna voce gratias agens, susceptus est inter choroſ martyrū. Erat autem huic quoque genus ex Cappadocia; quoad mores vero plenus pietate ac plenus fide, vir mansuetus atque discretus, studiosus in omnibus, et Spiritus sancti suavitate redolens, eoque dignus factus tali cum beato Pamphilo exitus martyrialis corona.

καὶ τὰ τε ἄλλα σπουδαῖος, καὶ πνέων εὐωδίας ἀγίου καρίῳ Παμφίλῳ τῆς τοῦ μαρτυρίου τελεώσεως

17. Sanctissima eorum corpora, de mandato Firmiliani, per dies quatuor totidemque noctes jacuerunt, ferarum carnivorarum dentibus exposita. Cum vero nulla neque fera neque volucris, aut canis quisquam, per Dei dispositionem, ea contingeret; integra illa atque intacta relicta, congruo cum honore et cura, consuetæ sepulturæ sunt tradita, (50) repositaque in ædium sacrarum pulcherrimis et oratoriis sanctis, in perpetuam memoriam Dei populo ad honorem data.

(29) Trium filiorum patribus præmia apud Romanos fuisse proposita, notius est quam ut hic moneri debeat: atque id hic dici credo *τριγωνίας πατέρα*: Valesius tamen aliter vertit, *quod tertiæ jam stirpis nepotes haberet*: sed hoc Straboni scribitur *τριγένεια*.

(30) Deest hæc clausula in Historia: quam tamen Eusebio abjudicare nihil nos cogit, qui vitam Pamphili æque ac Historiam ecclesiasticam scripsit, cum jam Constantinus lege lata permisisset Christianis sacras ædes condere, et martyrū corpora

ἄνοιξε, μεγίστης τῷ Παμφίλῳ μαρτυρίῳ πύλης οὐρανῶν διανοιχθείσης, εὐμαρῆς ἅμ' αὐτῷ καὶ ἀφθονος ἡ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἐγγίγνετο πάροδος.

Κατ' ἴχνος δὴτα τῷ Σελεύκῳ Θεόδουλος, σεμνὸς τις καὶ θεοσεβῆς παρῆει προσβύτης, τῆς ἡγεμονικῆς οἰκετίας πρώτης τιμῆς ἤξιωμένος, τρόπων καὶ ἡλικίας ἔνεκα· καὶ διὰ τὸ τριγωνίας αὐτὸν πατέρα καθεστάναι, καὶ ἔτι μᾶλλον δι' ἦν ἔσωσε περὶ τοὺς κηδεμονας εὐνοϊαν· τὸ παραπλήσιον δὴ τῷ Σελεύκῳ καὶ οὗτος διαπραζάμενος, καὶ τινας τῶν μαρτύρων ἀσπασάμενος φιλήματι, προσάγεται τῷ δεσπότη, μᾶλλον ἑαυτὸν τῶν ἄλλων ἐπ' ὀργὴν ὀξύννας, ταυτὸν τοῦ σωτηρίου μαρτυρίου πάθος σταυρῷ παραδοθεὶς ἀνεδέξατο.

Ἐπὶ τούτοις ἑνὸς ἔτι λειπόντος, ὃς τὸν δωδέκατον ἀποπληρώσειε τοῖς εἰρημένοις ἀριθμὸν, Ἰουλιανὸς παρῆν τοῦτον ἀποπληρώσων. Ἐξ ἀριθμίας (31) οὗτος αὐτῆς ὥρας ἀφικόμενος, μηδὲ εἰσεθλὼν πως τῇ πύλει, εὐθύς ὡς εἶχεν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, μαθὼν παρὰ τοῦ [γενομένου,] (52) καὶ ὀρμήσας ἐπὶ τὴν τῶν μαρτύρων θέαν, ὡς ἐπὶ τῆς γῆς χαμαὶ κείμενα τὰ τῶν μαρτύρων ἐθεάσατο σώματα, χαρᾶς ἐμπλεῖως γεγωνῶς, ἐκάστω περιπλέκεται, φιλήματι τοὺς πάντας ἀσπασόμενος. Ἐτι δὲ τοῦτο πράττοντα συλλαθόντες οἱ τῶν φόβων διάκονοι προσάγουσι τῷ ἄρχοντι. Ὁ δὲ ἀκλόουθα τῇ προαιρέσει τελῶν, μακρῷ (35) καὶ τοῦτον πυρὶ παραδίδωσιν. Οὕτω δὴτα καὶ Ἰουλιανὸς σκιρτῶν καὶ ὑπεραλλόμενος, μεγάλη τῇ φωνῇ τῷ τηλικούτων αὐτὸν ἀγαθῶν ἀζώσαντι Θεῷ χάριτας ὁμολογῶν, μαρτύρων ἐν χοροῖς ἀνελαμβάνετο. Ἦν δὲ καὶ οὗτος τὸ μὲν γένος τῆς Καππαδοκῶν, τὸν δὲ τρόπον πλήρης μὲν

εὐλαθείας, πλήρης δὲ πίστεως, πρῶτος ἀνὴρ καὶ ἐπει-

πνεύματος, τοσοῦτον συνοδίας στέφος (34) σὺν τῷ μαρτυρίῳ.

Ἐπὶ τέτταρας δὴ ἡμέρας τοσαύτας τε νύκτας προστάξει τοῦ Φιρμιλλιανοῦ τὰ πανάγια σώματα τῶν Θεοῦ μαρτύρων βορὰ τοῖς σαρκοθόροις θηρίοις ἐξέκειτο. Ὡς δὲ οὐδὲν αὐτοῖς προσφεῖ οὐ θῆρ, οὐκ ὄρνειον, οὐ κύων, ἐξ οἰκονομίας Θεοῦ, λειφθέντα ζῶα (35) καὶ ἀθλαστῆ τῆς προσηκούσης τιμῆς καὶ κηδείας λαχόντα, τῇ συνήθει παρεδόθη ταφῇ, ναῶν οἴκοις περικαλλέει ἀποτεθέντα, ἐν ἱεροῖς τε προσευκτηρίοις, εἰς ἀληκτον μνήμην τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ τιμᾶσθαι παρατε-

eis inferre. Si quis tamen malit hæc ab alio addita credere, nolim ei operosius contradicere.

(31) Ἀριθμίας. Forte ἀποδημίας. Edit.

(32) Γενομένου. Præstat ita uncis concludere: [δελνός τὰ γεγεννημένα]. Edit.

(33) Μακρῷ. Interpres legisse videtur μικρῷ. vel potius μαλθακῷ, ut col. 1469, B. Edit.

(34) Τοσοῦτον συνοδίας στέφος. Quid si τοσοῦτον συνοδεύσας στέφος? Edit.

(35) Ζῶα. Procul dubio legendum est ὄσα. Edit.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΝΤΩΝ.

EUSEBII

DE MARTYRIBUS PALÆSTINÆ

LIBER.

Καὶ ταῦτα ἐν τινι ἀντιγράφῳ (1) ἐν τῷ ὀγδόῳ **A 318** ἡσὺς quoque in quodam exemplari reperimus in libro octavo.

Ἔπος τοῦτο ἦν ἐνεακαίδεκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Ξανθικός (4) μὲν, ὅς λέγοιτ' ἀν' Ἀπριλίος κατὰ Ῥωμαίους· ἐν ᾧ τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς ἐπιλαμβανούσης, ἤγειτο μὲν Φλαβιανὸς τοῦ τῶν Παλαιστίνων ἔθνους, ἠπλωτο δ' ἀθρόως πανταχοῦ γράμματα, τὰς μὲν ἐκκλησίας εἰς ἕδαφος φέρειν, τὰς δὲ Γραφὰς ἀφανεῖς πυρὶ γενέσθαι προστάτοντα, καὶ τοὺς μὲν τιμῆς ἐπιλημμένους ἀτίμους, τοὺς δὲ ἐν οἰκεταῖς, εἰ ἔτι ἐπιμένοντες τῇ τοῦ Χριστιανισμοῦ προθέσει, ἐλευθερίας στερίσκειν προαγορεύοντα. Καὶ ἡ μὲν τῆς πρώτης καθ' ἡμῶν γρα-

Anno imperii Diocletiani nono ac decimo, mense Xanthico quem Romani Aprilem vocant, Flaviano provinciam Palæstinam regente; cum salutaris Passionis dies immineret, repente proposita sunt ubique edicta, quibus imperabatur ecclesiis quidem solo æquari, sacros autem codices flammis absumi: et honoratos quidem honoris prærogativa spoliari, plebeios autem et in ministerio constitutos libertate privari, si in Christianæ religionis proposito adhuc permanerent. Et primi quidem adversus nos edicti hujusmodi fuit sententia. Sed non multo post allata

(1) Καὶ ταῦτα ἐν τινι ἀντιγράφῳ. Antequam manuscripts codices inspexissem, existimabam hæc verba addita esse a Rob. Stephano, qui hæc duo supplementa octavi libri *Historiæ ecclesiasticæ* in quibusdam codicibus reperisset. Sed cum in omnibus manuscriptis exemplaribus eadem verba deprehenderim, facile adducor ut credam, omnes illos codices ex uno eodemque exemplari descriptos fuisse. Porro hoc secundum supplementum nihil aliud esse quam librum Eusebii *De martyribus Palæstinæ*, apparet ex verbis quæ ad calcem hujus supplementi leguntur in scriptis exemplaribus. Sic enim habent codex Mazarinus et Medicæus: Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων τέλος. — Librum *De martyribus Palæstinæ* confectum esse ab Eusebio a. 313 p. C. n. eidemque non minorem quam reliquis Eusebii scriptis tribuendam esse fidem, ostendit Kestner. *Excurs.* III, p. 48 sq. De tempore quo illud opusculum sit conscriptum, ex ejusdem sententia ibid. § 40, 1, ambigi nequit, modo quando *Historiæ eccles.* libri VIII et IX compositi fuerint, constitutum sit. Nam, inquit V. D., VIII, 13, med. libellus ille tanquam mox perficiendus indicatur et *Mart. Pal.*, c. 7, narratio, libro IX nunc exhibita ut nondum litteris mandata commemoratur. Itaque *Historia eccles.* nondum ad umbilicum quidem, sed ad librum tantum IX usque adducta, vel... Maximino jamjam morte perfuncto [anno 313, p. Chr.], *martyrum illa funebri quasi laudatio confecta est. Incepta autem vel primis certe lineamentis descripta erat multo maturius, paulo post res ipsas gestas fortasse; quod frequens rerum minutarum, quarum memoria facile obliuatur, commemoratio, et martyrum descriptio, quæ non nisi ex animo, admiratione, charitate et commiseratione modo defunctorum affectio, talis qua-*

lem nunc legimus, proficisci poterat, satis ostendunt. Aliam plane de tempore, quo liber iste conscriptus sit, opinionem sequitur Danzius. Vide Valesii *De vita scriptisque Eusebii diatriben*, p. xli, not. 39 (hujusce voluminis initio). Idem Danzius de Eus., p. 67, conferri jubet Eus. H. E. viii, 13, et Valesium ibid. Sed facile patet rei cardinem verti in recta temporis quo *Historia ecclesiastica* Eusebii est absoluta, constitutione, præsertim cum probabilius adeo sit viii, 13, lectio ἀνεγράψαμεν qua ascita ille liber *De martyribus Palæstinæ* illo loco prorsus non significatur. Vid. not. 3 ibid. ΗΕΙΝΙΧΕΝ.

(2) Liber *De martyribus Palæstinæ*, quem nos jam seorsim edimus, in mss. et in antea editis libro *Historiæ* octavo appendicis vice subjungitur. ΕΔΙΤ.

(3) Ante verba: Καὶ ταῦτα — εὐρομεν, ut testatur Readingus (*Variantt. Lectt.*, p. 796, col. 2), in cod. Cast. sunt hæc: Εὐσεβίου σύγγραμμα περὶ τῶν κατ' αὐτὸν μαρτυρησάντων ἐν τῷ ὀκταέτῃ Διοκλητιανοῦ καὶ ἐφεξῆς Γαλερίου τοῦ Μαξιμίνου διωγμῶ. Et statim sequuntur: Περὶ τῶν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης μαρτυρησάντων κατὰ τὸν ὀκταέτη διωγμὸν, ἀπὸ Διοκλητιανοῦ ἀρξάντα εἰς Γαλέριον τὸν Μαξιμίνον. Hinc equidem ante Καὶ — εὐρομεν illa ΕΥΣΕΒΙΟΥ — ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΝΤΩΝ certe collocanda putavi. Contra Zimmermannus pro iis scripsit: Προσθήκη β', ἡ περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων. Apud Steph. Val., *Read.* nihil plane ante Καὶ — εὐρομεν ejusmodi scriptum. ΗΕΙΝΙΧΕΝ.

(4) Ξανθικός. Cf. supra viii, 2, ubi mense Dystro, i. e. Martio, prolatam legitur elictum. Sed recte. Prius enim Nicomediæ, ubi degelat imperator, quam in Palæstina illud promulgatum esset, animadvertit Ruinart. in *Act. martyrum*, p. 278, n. 1; addens: « Porro non adeo certum est, quod istud prolegus ab Eusebio scriptus fuerit. » lb.

sunt aliæ litteræ, quibus jubebatur ut omnes ubique A ecclesiarum antistites primum quidem conicerentur in vincula, postea vero ad sacrificandum omnibus modis cogerentur.

ἡς τοιαύτη τις ἦν δύναμις. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἐτέρων ἐπιφοιτησάντων γραμμάτων, προσετάττετο τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους πάντας πανταχῆ, πρῶτον μὲν δεσφαῖς παραδιδόσθαι, εἰθ' ὕστερον πάση μηχανῇ θύειν ἐξαναγκάζεσθαι.

CAPUT PRIMUM.

De Procopio, Alpheo et Zacchæo martyribus.

Igitur ex Palestine martyribus primus Procopius, antequam carceris periculum fecisset, statim a primo quod aint limine ad præsidis tribunal adductus, et sacrificare diis gentilium jussus, unum se Deum nosse respondit, cui sacrificandum esset eo ritu quem ipse stauisset. Cum vero quatuor etiam imperatoribus libare juberetur, sententiam **319** quam-

Πρῶτος τοιγαροῦν τῶν ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Προκόπιος (5), πρὶν ἢ φυλακῆς πείραν λαβεῖν (6), εὐθὺς ἀπὸ πρώτης εἰσόδου (7) τοῖς ἡγεμονικοῖς παραστὰς δικαστηρίοις, θύειν τε τοῖς λεγομένοις προσταχθεὶς θεοῖς, ἕνα μόνον ἐφήσεν εἰδέναι, ἧ καθῆκεν, ὡς αὐτὸς βούλεται, θύειν ὡς δὲ καὶ τοῖς βασιλεῦσι τέσσαρσι σπέθειν ἐκελεύετο, ῥημά τι φθεγξάμενος

(5) Πρῶτος τοιγαροῦν τῶν ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Προκόπιος. Idem legitur in Actis passionis Procopii martyris, quæ sic incipiunt: *Primus martyrum qui sunt in Palæstina, apparuit Procopius*, etc. Ex quo apparet, Acta illa de Græco Eusebii in Latinum sermonem esse translata. Quod ut manifestius appareat, integra hic apponere haudquaquam inutile fuerit. Multa enim scitu digna in his Actis continentur, quæ nec Baronio nec Molano videre contigit. Descripsimus autem illa ex antiquissimo codice monasterii Musciacensis, qui nunc est penes virum doctissimum Claudium Joly, canonicum Parisiensis Ecclesiæ. Sic autem habent.

PASSIO SANCTI PROCOPII MARTYRIS, QUI PASSUS EST SUB FABIANO IUDICE IV NONAS AUGUSTI.

Primus martyrum qui sunt in Palæstina, apparuit Procopius, vir celestis gratiæ, qui et ante martyrium sic suam vitam disposuit, ut etiam a parva ætate castitati semper et morum virtutibus studeret. Corpus quidem suum sic confecit, ut pene mortuum putaretur, animam vero ejus sic verbis confortabat divinis, ut etiam corpori virtutem ex hujus refectioe ministraret. Cibus et potus ei panis et aqua fuit. Solis lris utebatur; cum post biduum triduumque, diem interdum etiam post septimam ad cibum rediret. Sacrorum quoque meditatio sermonum ita mentem ejus obstrinxerat, ut nocte ac die in hoc infatigabilis permaneret. Clementer autem et mansuetudinis tanquam cæteris inferior documentum, sui præbebat copiam. In verbis divinis et tantum studium erat. Illa vero quæ extrinsecus sunt, mediocriter attigerat. Igitur genere quidem Æliensis, conversatione autem vel habitatione Scythopolitanus erat. Ibi Ecclesiæ tria ministeria præbebat: unum in legendi officio, alterum in Syri interpretatione sermonis, et tertium adversus dæmones manus impositione consummans. Cumque ab Scythopoli una cum sociis in Cæsaream transmissus fuisset, ab ipsis portis ad presidem ducitur; et prius quam carceris vel vinculorum experiretur angustias, in ipso ingressu suo a iudice Flaviano, ut diis sacrificaret impellitur. At ille magna voce non esse deos multos, sed unum factorem omnium opificemque testatus est. Iudex autem plaga sermonis iclus et conscientia sauciis, consentit ejus sermoni. Atque ad idia se rursus argumenta constituit, ut vel regibus sacrificaret. Sauciis autem Dei martyr sermonem ejus deprecans, Homeri inquit versum dicens: « Non est bonum multos dominos esse. Unus dominus esto, unus rex. » Itaque hoc verbo ejus audito, quasi qui infausta in regibus decompromississet, jussu iudicis auctur ad mortem, et capite amputato ingressum vitæ celestis, vel compendium beatus invenit: Desi septimo Julii mensis, quæ Nonas Julias dicitur apud Latinos, primo anno quo adversus nos sui persecutio. Hoc primum in Cæsarea martyrium

consummatum est, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Exstant etiam hæc Acta in duobus mss. codicibus bibliothecæ Sancti Germani.

(6) Πρὶν ἢ φυλακῆς πείραν λαβεῖν. Acta passionis B. Procopii pene ad verbum ita reddunt, priusquam carceris vel vinculorum experiretur angustias. Quibus verbis notatur iudicis atrocitas. Solebant enim præsidēs Romani, reos qui comprehensi fuerant et conspectui ipsorum exhibiti, prius carceri mancipare, ac deinde per otium interrogare. Sic in Actis sancti Fructuosi legitur: *Et ut venerunt, mox præcepit eos præses recipi in carcerem*. Idem habetur in *Passione Felicis Tubizacensis episcopi*: *Cumque Felix episcopus ibidem advenisset, et eidem præfecto oblatu fuisset, jussit eum in carcerem recipi*.

(7) Εὐθὺς ἀπὸ πρώτης εἰσόδου. Acta passionis: *In ipso ingressu suo a iudice Flaviano ut diis sacrificaret impellitur*. Multa porro hic ommissa sunt in Græco Eusebii textu, quæ ex Actis illis Latinis suppleri oportet. Nam cum Eusebii hic discrete dicat, Procopium statim a primo ingressu oblatum esse iudici, non addit unde venerit, ubi captus et quo perductus sit. Quod tamen minime omittendum erat. Præterea aliorum quidem martyrum qui in hoc libro commemorantur, genus et patriam accurate refert Eusebii. Ac si quis forte illorum ecclesiastici honoris gradum aliquem obtinuerit, id distincte notare solet. In hoc vero qui omnium Palestine martyrum princeps atque antesignanus fuit, nihil horum hic ab Eusebio observatum videmus. Quod tamen non Eusebii, sed libratorum culpa factum esse credibile est. Nam in Actis illis Latinis quæ ex Eusebio translata esse superius ostendimus, cuncta hæc manifestissime declarantur. Primo enim ex Actis illis discimus, Procopium domo fuisse Æliensem sive Hierosolymitanum: habitasse vero Scythopoli, et in ea urbe lectorem atque exorcistam fuisse, et sacras Scripturas quæ Græco sermone in ecclesia legebantur, plebi quæ Græce nesciret, vernacula, id est Syra lingua interpretatum fuisse. Deinde quibus moribus, quanta vitæ severitate jam inde a puero fuerit, in iisdem Actis studiose refertur. Postremo captus quidem dicitur Scythopoli, adductus vero in urbem Cæsaream, et ab ipsis portis recta ad tribunal iudicis tractus. Hoc quidem ultimum legitur etiam in Martyrologio Bedæ, Usuardi, Adonis, Rabani et Notkeri his verbis: *viii Iduum Julii Natale Procopii in Palæstina, qui ab Scythopoli ductus Cæsaream, ad primam responsionis suæ confidentiam irato iudice Flaviano, capite cæsus est*.

τῶν οὐ προσηγῶν αὐτοῖς, αὐτίκα τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, τὸ ποιητικὸν εἰπὼν ἐκεῖνο, *Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιραντῆ, εἷς κόρρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς,* Δεσίου μὴνός ὀγδόη (πρὸ ἐπτά Εἰδῶν Ἰουλίῶν λέγοιτ' ἂν παρὰ Ῥωμαίους [8]), ἡμέρᾳ τετράδι σαββάτου (9)

(8) Δεσίου μὴνός ὀγδόη, πρὸ ἐπτά Εἰδῶν Ἰουλίῶν λέγοιτ' ἂν παρὰ Ῥωμαίους. Acta Latina paululum hic variant, sic enim habent: *Desii septimo, Julii mensis quæ Nonas Julias dicitur apud Latinos.* In duobus autem mss. codicibus bibliothecæ Sancti Germani Parisiensis scriptum est: *Dies erat septima Julii mensis quæ vii Idus Julii dicitur apud Latinos.* Ex quibus corrigenda est eorundem *Actorum* inscriptio, ubi dicitur passus esse Procopius quarto Nonas Augusti. In omnibus tamen *Martyrologiis*, natalis B. Procopii consignatus est die viii Idus Julias. Græci quoque eodem die memoriam celebrant magni martyris Procopii, ut videre est in illorum Menæo. Verum iste Procopius longe diversus est a nostro, licet Æliensis fuerit, et eodem fere tempore eademque in civitate passus sit quæ noster Procopius. Nam hic quidem noster, lector atque exorcistes fuit, ut testatur Eusebius. Alter vero ille, dux fuit Ægypti. Prior Christianus a puero, alter initio fuit demonum cultor. Noster nullis vexatus tormentis gladio vitam amisit, brevissimo ac facillimo mortis genere coronam martyrii promeritus. Alter vero ille diuturno ac difficillimo martyrio perfunctus, sub duobus Palæstinæ præsidiibus Justo et Flaviano gravissima tormenta sustinuit. Quare a Græcis inter præcipuos ac illustres martyres, quos illi vocant μεγαλομάρτυρας, reventur. Noster denique captus est Scythopoli, atque inde Cæsaream Palæstinæ perductus, ibidem capite cæsus est. Alter vero in Ægypto comprehensus, in urbe Phœnicis Cæsarea quæ et Paneas dicta est, martyrium consummavit, si credimus Simeoni Metaphrastæ.—*Δεσίου μὴνός ὀγδόη.* Syro-Macedonum menses mere Julianos fuisse, ex quo Julius Cæsar annum suum publicavit, vulgo inter omnes constare video. Id enim et Scaliger et Petavius noster passim affirmant, solumque hoc discrimen esse aiunt, quod Syro-Macedones annum ab Hyperberetæo, id est Octobri auspicabantur. Sed multa sunt quæ me ab illorum sententia abducunt. Primum enim Beda in *Ephemeride* et in libro *De ratione temporum*, Græcorum menses auspicari dicit ab Apellæo qui Decembri respondet Marcus vero in *Vita Porphyrii*, Gazensis episcopi, testatur Gazæorum annum inchoasse a mense Dio. Sic enim habet pag. 1090: *Primo mense qui ab eis vocatur Dios, deinde etiam secundo qui dicitur Apellæos.* Idque plane confirmat Julianus imperator in *Antiochico*, ubi discrete affirmat Loum apud Syros mensem decimum fuisse. Quod si ab Hyperberetæo annum inchoassent, tum Lous, qui Augusto respondet, non decimus, sed undecimus fuisset. Idem subindicat Julianus in *Misopogone*, pag. 70, his verbis: *Ἡ Σύρων ἔχει νομηνία, καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτὸς εἰς Φιλίου Διός· εἴτα ἢ πάγκριτος ἑορτῆ, καὶ ὁ Καῖσαρ εἰς τὸ τῆς τύχης ἐρχεται τέμενος, etc.* Jam pridem in animadversionibus ad librum xxii. Ann. Marcellini demonstravimus, πάγκριτον ἑορτῆν esse Kalendas Januarii, cum ergo testetur Julianus, Neomeniam anni Syrorum aliquantisper præcessisse Kalendas Januarii, perspicuum sit non idem fuisse principium anni Syrorum ac Romanorum, Diem vero apud Antiochenos annum aperuisse, ex eodem Juliani loco non ob-cure colligitur. Scribit enim Julianus se Kalenis primi mensis Syrorum templum Jovis adisse sacrificandi causa, eo quod scilicet primus illorum mensis Jovi sacer esset, et a Jove nomen accepisset. D.us enim dicitur ἀπὸ τοῦ Διός, et recte

dam ex Homericō carmine prolocutus, quæ illis minime arridebat, *Haud bona res domini plures: herus unicus esto, Rex unus,* illico capite truncatur die octavo mensis Desii, hoc est, ut Romani dicunt, ante diem septimum Idus

primus anni mensis a Jove, quem principem atque initium rerum putabant, cognominatus est. Quod si Hyperberetæus anni Syrorum caput fuisset, frigide prorsus id diceretur apud Julianum. Cum enim Antiochenses Julianum irriderent quod nimis assiduus esset cultor deorum, et perpetuo sacrificaret, exemplum et specimen hoc afferunt: *Venerunt Kalendæ Syrorum. Rursus Cæsar ad Jovis Philii. Posthæc Kalendæ Januarii, Cæsar ad templum Genii publici procedit, etc.* Modicum igitur temporis spatium interluisse oportet inter Syrorum et Romanorum Kalendas, ad hoc ut Julianus ab Antiochensibus merito irrideri poterit ob nimiam frequentiam sacrificiorum. Proinde necesse est, ut vel Apellæus primus fuerit mensis Syrorum, quæ est Bedæ sententia, vel certe Dios.

Hactenus de initio anni Syro-Macedonum, quod diversum esse ab initio anni Juliani demonstravimus. Nunc de mensibus eorundem Syro-Macedonum, an cum Romanis mensibus simul cœperint ac desierint, inquirendum est. Hic certe Eusebii locus aperte indicat non idem fuisse initium mensium apud Syros et Romanos, quippe qui mensis Desii die non octavum cum die 7 mensis Junii componit. Cœperat igitur Desius apud Syros uno die ante Junium mensem. Sed et Marcus in *Vita Porphyrii* affirmat menses Gazæorum quinque diebus antevertere menses Romanos. Sic enim scribit: *Pluit autem Dominus noster assidue ab octava Audynæi usque ad decimum. Est autem Audynæus apud Romanos Januarius. Præcedunt autem quinque diebus eorum menses Romanos. Undecimo vero die per egimus diem Theophaniorum Deum laudantes.* Ex quibus verbis apparet idem fere initium fuisse mensium apud Gazæos quod apud Ægyptios. Sed et Epiphanius in libro *De ponderibus*, cap. 20, diem 16 Maii componit cum vicessimo tertio mensis Græcorum Artemisii. Alia fuit mensium ratio apud Tyrios, qui et ipsi Macedonum mensibus utebantur. Nam in *Actis* apud Tyrum, quæ referuntur in actione nona concilii Chalcædonensis, decimus dies mensis Periti componitur cum die 25 Februarii, et in actione 5 concilii Constantinopolitani sub Meua, dies 28 mensis Loi apud Tyrios dicitur fuisse 16 Septembris apud Romanos. Ex his colligi potest non unius modi fuisse anni totius ac mensium rationem apud Syros. Aliter enim Gazenses, aliter Tyrii, aliter Cæsarienses computabant. Ac Cæsarienses quidem mensibus ad Julianorum formam prorsus compositis et aptatis usos fuisse persuasum habeo. Etenim in omnibus locis hujus libelli (sunt autem quamplurimi) ubicunque mentio fit Macedonicorum mensium apud Cæsarienses, semper dies illorum conveniunt cum diebus mensium Romanorum; si unum hunc locum excipias capitis primi. Itaque rescribendum hic puto Δεσίου μὴνός ἑβδόμη.

(9) *Ἡμέρᾳ τετράδι σαββάτου.* Id est quarta feria, seu ad verbum die 4 Sabbati seu hebdomadis. Veteres enim Christiani cum laterculum septem dierum a Judæis accipissent, dies quoque hebdomadis a Sabbato cognominabant ut Judæi. Dicebant igitur primam Sabbati, secundam Sabbati, tertiam Sabbati et sic deinceps, ut docet Tertullianus in libro *De jejuniis*: *Cur stationibus quartam et sextam Sabbati dicatis?* Interdum etiam ferias vocabant, teste Tertulliano in eodem libro, ubi dicit: *Proinde nec stationum, quæ et ipsæ suos qui-*

Junias, quarta feria hebdomadis. Hoc primum apud Cæsaream Palestinæ martyrîum perpetratum est. Post hoc vero in eadem urbe quamplurimi Ecclesiarum illius provinciæ antistites gravissima supplicia alacri animo perpessi, illustrium certaminum spectacula exhibuerunt. Alii vero non pauci, præ ignavia fracti animis ac debilitati, primo statim impetu conciderunt. Ex reliquis varia quisque tormentorum genera expertus est. Hic flagris concisus; ille intolerabilibus tormentis et unguibus cruciatus, et vinculis oppressus, adeo ut quibusdam manus laxata nervorum compage resolutæ siut. Singuli tamen quæcunque ipsis iuxta arcanum Dei iudicium eveniebant, fortiter tulere. Alius enim, cum quidam manus ejus apprehendissent, ipsumque ad aram adduxissent, et abominandum ac scelestum sacrificium dextræ ipsius infecissent, quasi sacrificasset dimittebatur. Alius cum ne summis quidem digitis illis attigisset, nonnullis tantum affirmantibus eum sacrificasse, silentio abscedebat. Hic semivivus correptus ac sublimis elatus, projiciebatur ut mortuus, et vinculis absolvebatur, computatus inter eos qui sacrificaverant. Ille vociferans atque contestans se his quæ jubebantur minime assentiri, pugnis ore contuso, plurimis ad hoc constitutis illum tacere cogentibus, per vim extrudebatur, tametsi naudquaquam sacrificasset. Adeo magui apud eos æstimabatur, si vel viderentur effecisse id quod voluerant. Ex istis igitur qui tot numero erant, soli Alpheus et Zacchæus martyrii coronam adepti sunt. Qui post flagella et unguilas, post acerbissima vincula et dolores in iis exantlatos; post alia omnis generis tormenta, cum viginti quatuor horarum spatio pedes in nervo ad quatuor usque puncta distentos habuissent, unum Deum, unumque Regem ac Dominum Jesum Christum confessi, perinde ac si impium quidpiam locuti essent, eodem quo primus ille martyr Procopius supplicii genere, abscessis capitibus interiere, die septimo decimo mensis Decembris.

σάρων Νώνων Ἀπριλλίων, ἐν αὐτῇ Κυριακῇ ἡμέρᾳ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως (44), αὖθις ἐπὶ τῆς Καισαρείας Θεοδοσία τῶν ἀπὸ Τύρου παρθένος, πιστὸν καὶ σεμνότατον κόριον, οὐδ' ὄλως ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα, δεσμίοις τισὶ καὶ αὐτοῖς τὴν Χριστοῦ βασιλείαν ὁμολογοῦσι, πρὸς τὸν δικαστήριον (45) καθεζόμενοι, πρόσεισιν ὁμοῦ φιλοφρονουμένη, καὶ οἷα εἰκὸς ὑπὲρ τοῦ μνημονεύειν αὐτῆς πρὸς τὸν Κύριον γενομένους, παρακαλοῦσα. Τοῦτο δὲ πράξασαν, ὡς περ ἀνόσιόν τι καὶ ἀσεβὲς ἐργασμένην ἀφαρπάσαντες στρατιῶται, ἄγουσιν ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα. Αὐτίκα δ' οὗτος ἄτε τις ἐμμανῆς καὶ τὸν θυμὸν θηριωδέστατος, δειναῖς καὶ φρικτοτάταις βασάνοις κατὰ πλευρῶν καὶ μαζῶν μέχρι καὶ αὐτῶν ὀστέων αἰκισάμενος, ἔμπουν ἔτ' αὐτὴν, ὁμῶς δ' οὖν πρὸς ἅπαντα γεγηθῆτι καὶ φαιδρῷ ἰσταμένην προσώπιον, τοῖς θαλαττοῖς κύμασιν ἐμβληθῆναι προστάττει. Εἶτ' ἐξ αὐτῆς ἐπὶ τοὺς λοιποὺς μεταβὰς ὁμολογητὰς, τοῖς κατὰ Φαινὸν τῆς Παλαιστίνης χαλκοῦ μέταλλοις τοὺς πάντας παραδίδωσιν. Ἐπὶ τούτοις, Δίου μηνὸς πέμπτη, κατὰ δὲ Ῥωμαίους Νώνωνας Νοεμβρίας, ἐπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως τοὺς ἀμφὶ Σιλβανὸν ἔτι δὴ τότε ὄντα πρεσβύτερον, ὁμολογήσαντα (46), ὃν οὐκ εἰς μακρὸν ὕστερον ἐπισκοπῇ τιμηθῆναι τε καὶ μαρτυρίῳ συνέβη τελειωθῆναι, γενναιοτάτην ἔνστασιν τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐπιδειξαμένου, τοῖς εἰς τὸ αὐτὸ χαλκοῦ μέταλλον πόνοις ὁ αὐτὸς ἐγκρίνει, καυτήρσι πρότερον τῶν ποδῶν τὰς ἀγκύλας αὐτοῖς ἀχρειωθῆναι προστάξας, ἐκδίδωσιν. Ἄμα δὲ τῇ κατὰ τούτων ἀποφάσει, ἄνδρα μυρίαὶ ἄλλαις ὁμολογίαις διαπρέψαντα, Δομνίνος ἦν οὗτος ὁ διὰ περιττὴν ἐλευθερίαν τοῖς κατὰ Παλαιστίνην ἅπασι γνωριμώτατος, τῇ διὰ πυρὸς ἐκδίδωσι κολάσει· μεθ' ὃν ὁ αὐτὸς δικαστὴς δεῖνός ἐπινοητῆς τις ὦν κακίας, καὶ τῶν κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐπιχειρημάτων καινουργός, τὰς μὴδ' ἀκουσθεῖσας πώποτε κατὰ τῶν θεοσεβῶν ἐπένοει τιμωρίας· καὶ τρεῖς μὲν εἰς τὸ μονομαχεῖν ἐπὶ πυγμῇ (47) καταδικάζει, Αὐξέντιον δὲ σεμνὸν καὶ ἱερὸν πρεσβύτερον, θηρίοις βορὰν παραδίδωσιν, ἄλλους δ' αὖ πάλιν τελείων ἀνδρῶν φέροντας ἡλικίαν εἰς εὐνούχους ἐκτεμῶν, τοῖς αὐτοῖς κατακρίνει μετὰ λους, ἐτέρους δ' αὖ πάλιν μετὰ χάλειπας βασάνους δεσμοτηρίῳ καθείργουσιν, ἐν οἷς καὶ ὁ πάντων ἐμολποθεινότητος ἐταίρων Πάμφιλος ἦν, τῶν καθ' ἡμᾶς μαρτύρων ἀνὴρ πάσης ἔνεκεν ἀρετῆς ἐπιδοξότατος. Τοῦτου τὴν ἐν ῥητορικῆς λόγοις φιλοσόφος τε μαθημασιν ἀπόπειραν πρότερον ὁ Οὐρβανὸς λαβὼν, εἶθ' ὕστερον θύειν καταναγκάσας, ὡς ἀνανεύοντα καὶ μὴδ' ὄλως ἐν λόγῳ τὰς ἀπειλὰς ἑώρα τιθέμενον, τὸ πανύστατον ἀγρίανας, σφοδροτέραις αὐτὸν αἰκίζεσθαι βασάνοις προστάττει. Καὶ δὴ ταῖς κατὰ τῶν πλευρῶν

quin scribendum sit ὁμολογήσαντας. Sic enim construenda sunt hæc verba : τοὺς ἀμφὶ Σιλβανὸν ὁμολογήσαντας.

(47) *Μονομαχεῖν ἐπὶ πυγμῇ.* Vide cap. 8, ex quo discimus eos qui sententia iudicis ad hujusmodi certamina condemnati fuerant, traditos esse proœuratoribus Cæsaris, qui eos quotidianis proluudiis exercebant, ut in arenam quandoque produci possent.

αὐτοῦ δι' ἐπιμόνων καὶ φιλονεικῶν ξυστήρων ὁ θη-
ριωδέστατος μονοουχὶ ἐμφορηθεὶς, αἰσχύνῃ γε μὴν
ἐπὶ πᾶσι καταχέμενος, τοὺς ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ καὶ
αὐτὸν ὁμολογηταῖς καταλέγει. Ἐπὶ δὲ τῇ κατὰ τῶν
ἀγίων ὠμότητι ὁποίας ἀμοιβῆς παρὰ τῇ θεῇ δίκῃ
τεύξεται, τοσαῦτα κατὰ τῶν Χριστοῦ μαρτύρων ἐμ-
παροινήσας, διαγνώωναι ῥάδιον ἐκ τῶν τῆδε προσι-
μίων, δι' ὧν εὐθὺς καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τοὺς κατὰ τοῦ
Παμφίλου τετολυμένοις, αὐτὸν ἔτι τῆς ἡγεμονίας
ἐχόμενον, ἡ θεία μετῆλθε δίκη (48), ἀθρόως οὕτω
τὸν χθὲς ἄνω που ἐφ' ὑψηλοῦ βήματος δικάζοντα, καὶ
πρὸς τοῦ στρατιωτικοῦ δορυφορούμενον στίφους, ὅλου
τε τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους ἐπάρχοντα, ὁμοδαιτὸν τε
ὅσα φιλαίτατον καὶ ὁμοτράπεζον αὐτῷ τῷ τυράνῳ
καθεστῶτα, διὰ μιᾶς γυμνώσασα νυκτὸς, καὶ τῶν
τοσοῦτων ἀξιωμάτων ἔρημον καταστήσασα, ἀτιμίαν
B τε καὶ αἰσχύνῃ ἐπὶ τῶν πρότερον ὡς ἂν ἄρχοντα
αὐτὸν τεθηπτότων καταχέασα, δειλὸν τε καὶ ἄνανδρον,
γυναικῶδες τε προϊέμενον φωνᾶς καὶ ἰκεσίας ὅλη
τῷ ἔθνεϊ οὐ δὴ καὶ ἤρχεν, ἐπιδείξασα, αὐτὸν τε τὸν
Μαξιμίνον ἐφ' ᾧ τὸ πρὶν γαυριῶν ἐφρουάττετο, ὡς
ἂν διαφερόντως αὐτὸν τῶν δρωμένων αὐτῷ καθ' ἡμῶν
ἕνεκα στέργοντι, δικαστὴν ἀπηγῆ καὶ ὠμότατον ἐπ'
αὐτῆς τῆς Καισαρείας καταστήσασα ὡς καὶ τὴν ἐπὶ
θανάτῳ κατ' αὐτοῦ ψῆφον ἐξενεγκεῖν, μετὰ πολλῇ
τὴν ἐφ' οἷς ἐξηλέγγετο ἀποπημασιν αἰσχύνῃ. Ἀλλὰ
τοῦτο μὲν ὁδοῦ πάρεργον ἡμῖν εἰρησῶ· γένοιτο δ'
ἂν προσήκων καιρὸς ἐν ᾧ τῶν δυσσεβῶν οἱ μάλιστα
καθ' ἡμῶν ἐστρατεύσαντο, αὐτοῦ τε τοῦ Μαξιμίνου
καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, τὰ τέλη καὶ τῶν βίων τὰς κατα-
C στροφὰς ὁ λόγος ἡμῖν ἐπὶ σχολῆς περιλήφεται.

ob ea quæ adversus nostros crudeliter agebat, inexorabilem et crudelissimum ipsi iudicem in urbe Cæsarea constituit. Post plurima enim opprobria, quibus, ob illa quorum convictus fuerat crimina affectus est, tandem imperator capitali eum sententia damnavit. Sed hoc a nobis obiter dictum **330** sit. Cum vero opportunum tempus adfuerit et impiorum qui præcipue adversus nos insurrexerunt, et ipsius adeo Maximini eorumque quos habuit consiliorum ministros, mortem ac funestos exitus commodius memorabimus.

CAPUT VIII.

De aliis confessoribus deque Valentinæ ac Pauli martyrio.

Καὶ εἰς ἕκτον δὲ ἔτος πνεύσαντος ἐπιμόνως τοῦ
καθ' ἡμῶν χειμῶνος, εἶχε μὲν πρὸ τούτου (49) τὸ
καλούμενον ἐν Θηβαίῳ φερωνύμως οὐ γεννᾶται πορ-
φυρίτου λίθου μέταλλον, πλείστην ὄσσην πληθὺν τῶν
τῆς θεοσεβείας ὁμολογητῶν· ἐξ ὧν, τρισὶ δέουσι τὸν
D ἀριθμὸν, ἑκατὸν ἄνδρες ἅμα γυναῖξί καὶ κομιδῇ νη-
πίοις πρὸς τὸν Παλαιστίνης ἡγούμενον διαπέμπονται·
οὓς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσαν-
τας, τῶν σκαιῶν ποδῶν τὰς ἀγκύλας αὐτοῖς νεύροις
καυτήρσιν ἀποτμηθῆναι, καὶ αὐ πάλιν τῶν ὀφθαλμῶν
τοὺς δεξιούς πρῶτον μὲν ξίφεσιν αὐτοῖς ὑμέσι καὶ
κόραις ἐκκοπήναι, εἶτα δὲ πυρὶ διὰ καυτήρων πάμπαν
εἰς ῥίξας αὐτὰς ἀχρεωθῆναι, Φερμιλιανὸς δὲ τῆδε διά-

tiam experimento aliquo cognoscere voluit : deinde sacrificare illum jubens, cum renuentem minasque ipsius aspernantem videret, supra modum effertus, gravioribus eum tormentis ex cruciari præcepit. Post hæc unguarum quibus latera ejus persulcaverat crebritate ac pertinacia tantum non carnibus illius pastus vir immanissimus, cum ex his omnibus nihil præter dedecus atque ignominiam retulisset, tandem illum cæteris qui in carcere erant confessoribus aggregavit. Hic porro qui adversus martyres Christi tantopere debacchatus est, cujusmodi pœna apud justissimum Dei tribunal afficiendus sit, ob sævitiam qua in sanctos est usus, ex ipsis quæ in hac vita expertus est quasi proludiis licet cognoscere. Etenim statim post illa quæ adversus Pamphilum nefarie admiserat, eum adhuc provinciam administrantem ultio divina corripuit. Quæ quidem hominem illum qui hesternodie in excelso tribunali residens jus dicebat, militum satellitio stipatus, totiusque provinciæ Palæstinæ rector ; qui contubernalis tyranni, utpote amicorum præcipuus, et conviva ejusdem exstiterat : repente unius noctis spatio spoliatum cunctis hisce dignitatibus nudavit ; et coram ipsis qui nuper illum utpote præsidem coluerant, pudore atque ignominia perfudit : et abjectum atque ignavum, vocesque ac preces muliebri more fundentem, universæ quam rexerat gentis conspectui exhibuit : ipsum denique Maximinum, quo sese maxime illo efferebat, utpote ejus charus in primis et acceptus

Cum in sextum usque annum persecutionis adversus nos procella continuo desæviret, ex confessoribus divinæ religionis quorum innumerabilis multitudo jampridem apud Thebaidem versabatur in loco qui Porphyrites vocatur ex nomine marmoris quod ibidem effoditur, centum fere viri tribus demptis, una cum mulieribus et parvulis admodum liberis, ad præsidem Palæstinæ transmissi sunt. Quibus omnibus, cum universorum opificem Deum Christumque confessi essent, Firmilianus præses, qui Urbano successerat, sinistri pedis curvaturas simul cum ipsis nervis candente ferro excindi : dextrosque oculos primum quidem

(48) Θεία μετῆλθε δίκη. Post hæc verba punctum locandum est, non vero post ἀθρόως οὕτως, licet manuscripti codices vulgatam interpunctionem conferant.

(49) Πρὸ τούτου. Male Christophorus hæc

verba πρὸ τούτου retulit ad vocem καλούμενον. Sic enim vertit, in loco Porphyrite appellato, qui jam antea ex vena lapidis quæ ibi nascitur, nomen duxerat. Atqui πρὸ τούτου refertur ad vocem εἶχε.

mucronibus confodi simul cum membranis et pugillis; deinde ad ipsas usque radices cauterio peruri, tanquam ex imperatoris mandato præcepit. Post hæc ad metalla provinciæ Palæstinæ, laboribus et ærumnis conficiendos transmittit. Nec vero hos solos hujusmodi supplicia perpessos vidimus; verum etiam ex Palæstinis illos quos ad pugilatus certamina condemnatos paulo ante retulimus: eo quod scilicet nec annonam ex principis ærario accipere, nec consueto pugilibus more quotidianis proliudis exerceri sustinerent. Quam ob causam non solum procuratoribus, sed ipsi etiam Maximino exhibiti, cum invictam in Christi confessione constantiam famis et flagrorum tolerantia declarassent, eadem cum illis de quibus diximus pertulerunt; adjunctis quibusdam aliis confessoribus in ipsa urbe Cæsarea. Post hos deinde quidam alii qui apud Gazam capti fuerant, dum ad audiendas sacræ Scripturæ lectiones convenirent; pars easdem quas superiores illi oculorum pedumque mutilationes sustinuerunt: pars sulcatis lateribus multo graviores cruciatus pertulerunt. Ex quibus **331** quædam in muliebri corpore virilem animum gerens, cum stupri comminationem non sustineret, jacto adversus tyrannum convicio, quippe qui tam sævis iudiciis regendas provincias commisisset, primum quidem flagris verberata est, dein sublimis in equulco suspensa, admotas lateribus ungulas pertulit. Cum vero ministri ad id constituti, omni pertinacia omnique virium nisu instantes, jussu iudicis eam excruciant, alia quædam mulier, quæ virginitatis propositum perinde ac prior amplexa fuerat, ipso quidem aspectu vilis ac despicibilis, verum forti et supra quam sexus ferebat sublimes animo prædita, ac longè præstantior puginatoribus illis qui apud Græcos ob libertatem in loquendo omnium ore celebrantur, cum tantam atrocitatem atque immanitatem ferre non valeret, ex media turba inclamare adversus iudicem cœpit: «Quousque tandem adeo crudeliter meam torquebis sororem?» Quo dicto ille exacerbatus, corripit repente mulierem jubet. Tracta igitur in medium, cum Augusto Servatoris nostri nomine sese indigitasset, primum quidem blandioribus verbis sollicitata est ut sacrificare vellet. Sed cum id abnueret, vi ad aram pertracta est. Tum vero illa sui similis, nec de priore alacritate quidquam remittens, firmo ac fidenti pede aram calcibus inessit, eamque cum imposito ipsi rogo disturbat. Quam ob causam iudex, instar tru-

(50) *Ἐπιτρόποις*. Intelligo procuratores familie gladiatoriæ ac ludi matutini, quorum mentio in vetustis inscriptionibus. Illi enim curam habebant gladiatorum fiscalium, eisque annonas ex fisco præbebant.

(51) *Ἐπὶ τῇ τῶν θεῶν ἀναγνωσμάτων συγκροτήσει*. Christophoronus presbyteros ac diaconos intellexit, qui populum ad audiendas sacræ Scripturæ lectiones collegerant, quod quidem in privatis ædibus tunc fieri necesse erat. Dirutis enim ecclesiis et oratoriis, Christiani nonnisi in privatis domibus conventus habere poterant.

A *δοχος* Οὐρβανῷ πεμφθεὶς ἡγούμενος, ὡς ἂν ἐκ βασιλικῷ νεύματος προστάττει· κἀπειτα αὐτοὺς τοὺς κατὰ τὴν ἐπάρχιον μετάλλοις μόχθου καὶ κακοπαθείας ἔνεκεν, ταλαιπωρεῖσθαι παραδίδωσιν. Οὐ τούτους δὲ ἄρα μόνον τὰ τηλικαῦτα παθόντας ἔρκει παραλαβεῖν ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ καὶ Παλαιστινῶν τοὺς ἐπὶ πυγμαῖ εἰς μονομαχίας κατακεκρίσθαι, μικρῶ πρόσθεν δεδωλωμένους, ἐπεὶ μήτε τὰς ἐκ τοῦ βασιλικῷ ταμείου τροφὰς, μήτε μὴν τὰς ἐπιτηδείους τῆ πυγμαῖ μελέτας ὑπέμενον· ἦδη δὲ οὐκ ἐπιτρόποις (50) αὐτὸ μόνον οἱ δηλούμενοι, ἀλλὰ καὶ αὐτῶ Μαξιμίνῳ τούτου γε ἔνεκα παραστάντες, γενναϊοτάτην ἔνστασιν ὁμολογίας διὰ λιμοῦ καρτερίας καὶ μαστίγων ὑπομονῆς ἐνδειξάμενοι, τὰ ὅμοια τοῖς δηλωθεῖσι πεπόνθασι, μεθ' ἑτέρων προστεθέντων αὐτοῖς ὁμολογητῶν ἐπ' αὐτῆς τῆς Καισαρείας. Ἦν κατὰ πόδας ἐπὶ τῇ τῶν θεῶν ἀναγνωσμάτων συγκροτήσει (51) κατὰ τὴν Γαζαίων πόλιν ἄλόντες ἕτεροι, οἱ μὲν τὰς αὐτὰς τούτοις ὑπέμειναν κατὰ τε τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῶν ποδῶν πάθας, οἱ δὲ καὶ ἔτι μείζους (52), φοβερωτάτων κατὰ τῶν πλευρῶν ἐπειράθησαν βασάνων. Ἐξ ὧν μία τις, τὸ μὲν σῶμα γυνή, τὸν δὲ λογισμὸν ἄρρηγ, πορνείας ἀπειλὴν μὴ ἐνεγκούσα, εἰποῦσά τι βῆμα κατὰ τοῦ τυράννου, ὡς ἂν οὕτως ὁμοίως δικασταῖς τῆ ἀρχὴν ἐπιτετραφός, πρῶτον μὲν μαστίζεται, εἶτα δὲ μετέωρος ἐπὶ τοῦ ξύλου γενομένη, τὰς πλευρὰς αἰκίζεται. Ὡς δ' ἐπιμόως καὶ σφοδρῶς ἐκ προστάξεως τοῦ δικαστοῦ τὰς βασάνους ἐπήγον οἱ ταύτῃ τεταγμένοι, ὑπὲρ τοὺς παρ' Ἑλλήσιν ἐκείνους μαχητὰς ἐπ' ἐλευθερίᾳ τεθρολλημένους, μὴ βαστάσασα τὸ ἀνηλεὲς καὶ ὁμῶν καὶ ἀπάνθρωπον τῶν πραττομένων, ἄλλη τις ὁμοίως τῇ προτέρᾳ τὸν τῆς παρθενίας ἐπανηρημένη σκοπὸν, τὸ μὲν σῶμα πάνυ γε τὸ δοκεῖν εὐτελής καὶ τὴν εὐρίαν εὐκαταφρόνητος, ῥωμαλέα δὲ ἄλλως τὴν ψυχὴν, καὶ μείζονα τοῦ σώματος τὸν λογισμὸν ἐνεστερνωμένη· «Καὶ μέχρι τίνος, ἐκ μέσου τοῦ ὄχλου, ἐτήνემὴν ὁμῶς οὕτω βασανίζεις ἀδελφὴν;» ἀνέκραγε πρὸς τὸν δικαστήν· ὁ δὲ πικρότερον ὑποκινήθεις, αὐτίκα συλληφθεῖναι κελεύει τὴν ἀνθρώπων. Εἶτα σύρεται εἰς μέσον, καὶ τὸ σεβάσιμον τοῦ Σωτῆρος ἐπιγραφάμενη ὄνομα, πρῶτον μὲν λόγοις θύειν ἀναπέθετο, ὡς δ' ἤπειθει, βίβη πρὸς τὸν βωμὸν εἴλκετο. Ἡ δὲ ἀδελφὰ ἐαυτῇ πρῶτον καὶ τῆς προτέρας ἐχομένη προθυμία, ἀτρμεῖ καὶ θαρσαλέῳ ποδὶ, λῆξ ἐντείνει τῷ βωμῷ, καὶ τὰ εἰς αὐτὸν (53) ἅμα τῇ ἐπικειμένη ἀνατρέπει πύργῳ. Ἐφ' ᾧ θηρὸς ἀγρίου δίκην ὁ δικαστὴς δέξουθεῖς τὸν θυμὸν, τὸσαύτας μὲν αὐτῇ πρότερον αἰκίας κατὰ τῶν πλευρῶν ἐπιτίθειν, ὅσας οὐδὲν τῶν πρότε, μονοουχὶ καὶ ὁμῶν τῶν σαρκῶν αὐτῆς ἐμφορηθῆναι

(52) *Οἱ δὲ καὶ ἔτι μείζους*. Post hæc verba punctum notatur in cod. Regio. Itaque scribendum est, φοβερωτάτων γὰρ κατὰ τῶν πλευρῶν, etc. Alioqui hiulea erit oratio.

(53) *Καὶ τὰ εἰς αὐτὸν*. Dictum videtur pro τὰ ἐν αὐτῷ. Thus videlicet et acerram intelligit, et alia ejusmodi quæ super aram imponerantur. Possent etiam deleri verba illa τὰ εἰς, ut intelligatur martyr aram ipsam utpote tumultuario opere ex tabulis ligneis fabricatam, cum igne et thuribulo imposito subvertisse.

γυμνόμενος ὡς δὲ κόρον αὐτῷ ἤδη τὰ τῆς μανίας ἐλάμβανεν, ἄμρω ζεύξας, αὐτὴν τε ταύτην ἅμα τῇ πρὸς αὐτῆς ἀδελφῇ προσαγορευθείσῃ, τὸν διὰ πυρὸς αὐτῶν χαταψήφίζεται θάνατον. Τοῦτων ἡ μὲν προτέρα τῆς Γαζαίων χώρας ἐλέγετο (54), τὴν δ' ἑτέραν ἱστέον ἀπὸ τῆς Καισαρέων ὠρμηθεῖσθαι, τὴν πολλοὺς γινώριμον Ὀυαλεντίναν τοῦνομα. Τὸ ἐπὶ τούτῳ μαρτύριον πῶς ἂν κατ' ἀξίαν διέλθοιμι, οὗ κατηξίωται ὁ τρισμακάριος Παῦλος; κατὰ μὲν τὴν αὐτὴν ταύταις ὤραν ὑπὸ μίαν ἀπόφασιν τὴν ἐπὶ θανάτῳ κριθεὶς, πρὸς αὐτῇ δὲ τελειώσει τὸν ἀποτεμνέμενον αὐτὸν οὕτω μέλλοντα, βραχὺ τι ὥρας ἐνδοῦναι αὐτῷ ἀντιβολήσας ὡς τυχῶν, λαμπρᾶ καὶ γεγωνῶ φωνῇ, πρῶτον μὲν τὰς ὑπὲρ τῶν ὁμοθετῶν ἐπρωτάνευε τῷ Θεῷ δι' εὐχῶν καταλλαγὰς, ἢ τάχος ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐνδοθῆναι ποτινώμενος· εἰθ' ὑπὲρ τῆς Ἰουδαίων πρὸς τὸν Θεὸν διὰ Χριστοῦ προσαγωγῆς ἰξίου· εἰθ' ἐξῆς κατέβαινε τῷ λόγῳ, τὰ αὐτὰ καὶ Σαμαρείταις ἐπευχόμενος· καὶ τοὺς ἐν πλάνῃ δὲ καὶ ἀγνωσίᾳ Θεοῦ τῶν ἐθνῶν ὄντας, εἰς ἐπίγνωσιν ἔλθεῖν αὐτοὺς (55), καὶ τὴν ἀληθῆς εὐσέβειαν ἀναλαβεῖν παρεκάλει, μηδὲ τοὺς τότε παμμυγῆ περιεστῶτας, ἀτημελήτους καταλιπόν. Μεθ' οὗς πάντας ὃ τῆς πολλῆς καὶ ἀφάτου ἀνεξικακίας! καὶ ὑπὲρ τοῦ τὸν θάνατον αὐτῷ προστιμήσαντος δικαστοῦ, τῶν τε ἐπὶ πᾶσιν ἀρχόντων, ἔτι τε καὶ τοῦ ὄσον οὕτω τῆς κεφαλῆς αὐτὸν ἀποτεμοῦντος, εἰς ἐπήκουσιν αὐτοῦ τ' ἐκείνου καὶ τῶν παρόντων ἀπάντων, τοῦ τῶν ὄλων δεῖτε Θεοῦ, μηδ' αὖτις αὐτοῖς ἐν ἀριθμῷ γενέσθαι τὴν εἰς αὐτὸν ἀμαρτάναν, παρακαλῶν. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα μεγάλῃ τῇ φωνῇ κατευξάμενος, καὶ μονονοῦχι τοὺς πάντας ὡς ἂν ἀδικῶς ἀναιρούμενος, εἰς οἶκτον ἐλάκυσας καὶ δάκρυα, ὅμως αὐτὸς ἑαυτὸν σχηματίσας (56), καὶ τὸν αὐχένα γυμνὸν τῇ τοῦ ξίφους ἀποτομῇ παραδούς, θεῶν κατεκοσμηθῆ μαρτυρίου, μὴνὸς Πανέμου πέμπτη καὶ ἐκὰδι, ἢ λέγοιτ' ἂν πρὸ ὀκτώ Καλανθῶν Ἀγροῦστων. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τοῦδε τοιοῦτο τέλος εἶχεν. Οὐ μακροῦ δὲ διαδραμόντος χρόνου, αὐθις ἐκ τῆς Αἰγυπτίων γῆς οἱ θαυμαστοὶ τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας ἀβήγηται τριάκοντα πρὸς ἑκατὸν, ἐκ προστάξεως Μαξιμίμου τὰς αὐτὰς τοῖς προτέροις ἐπ' αὐτῆς Αἰγύπτου εἰς τε τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τοὺς πόδας συμφορὰς ὑποστάντες, τοῖς δεδηλωμένοις ἐν Παλαιστίνῃ μετ' ἀλλοῖς, οἱ δὲ τοῖς κατὰ Κιλικίαν κατάκριτοι παραπέμπονται.

longo post tempore rursus ex Ægypto centum ac

(54) *Τούτων ἡ μὲν προτέρα τῆς Γαζαίων χώρας ἐλέγετο.* Desideratur hujus virginis nomen, quod quidem magnopere dolendum est. Sed hanc lacunam supplebimus ex *Menologio* Græcorum, in quo ita scribitur die 15 Julii: *Eodem die SS. martyrum Valentinæ et Theæ, quæ fuerunt ex Ægypto ad urbem Diocæsaream deducæ, et Firmiliano judici oblatae, Christi veri Dei nostri confessæ nomen, sinistris pedibus combustis, et dexteris oculis effossis, gladio et igne consummate sunt.* Quæ tamen narratio non convenit cum Eusebii nostri narratione. Neque enim Eusebius eas in Ægypto comprehensas esse dicit; sed alteram Gæze captam esse memorat,

culentæ ejusdam bestię percitus, primum quidem ejus latera tot tantisque unguarum ictibus lauari præcepit, quot nullius unquam antea, adeo ut crudis ejus carnibus saturari velle videretur. Postquam vero improbitatis ipsum satiatis cœpit, ambas simul copulans, hanc ipsam scilicet cum illa quam sororem suam appellaverat, flammis jussit assumi. Harum prior ex regione Gazensium orta esse ferebatur; altera vero Valentina nomine, multis probe cognita, patriam habuit Cæsaream. Illud autem martyrium proxime subsecutum, quo beatissimus Paulus exornatus est, quo tandem modo pro dignitate explicare possim? Qui cum eodem temporis articulo eademque qua virgines illæ sententia, capitali supplicio damnatus fuisset, imminente consummationis suæ tempore, a carnifice qui caput ipsi jamjam erat præcisurus, breve temporis spatium sibi concedi flagitavit. Eoque impetrato, **332** contenta voce primum quidem pro universa Christianorum gente preces ad Deum fudit, orans ut iisdem reconciliari vellet, utque pax illi ac securitas quamprimum restitueretur. Tum pro Judæis supplicavit, ut per Christi fidem ad Deum conversi accederent. Deinde ordine progressus, eadem pro Samaritis obsecravit. Post hæc pro gentilibus qui errore mentis impliciti et ignorantia obcæcati tenebantur, Deum precatus est, ut ad agnitionem ejus tandem pervenirent, veramque religionem susciperent. Sed nec promiscuæ circumstantium turbæ mentionem prætermisit. Post hos omnes (o vere eximiam et inexplicabilem animi mansuetudinem!) pro ipso iudice a quo capitis supplicio damnatus fuerat, pro imperatoribus, ac pro ipso etiam carnifice qui cervicem ipsi jamjam erat præcisurus, illo ipso et enectis qui aderant audientibus, supplex Deum omnipotentem rogavit, ne quod in ipsum admitterebant facinus, illis imputaretur. Hæc clara voce precatus, cum universi miseratione ejus commoti, utpote qui innocens occideretur, lacrymas funderent, nihilominus semet ipse composuit, nudamque cervicem gladio ferendam præbens, divino martyrio decoratus est die 25 mensis Panemii, hoc est, ante diem octavum Kalendas Augusti. Et hu-

D jusmodi quidem exitus fuit martyrum illorum. Non triginta athletæ, Christianæ fidei confessione nobis mutilationes jam antea in Ægypto perpassi, jussu ad Ciliciæ provinciæ metalla damnati; ac deducti

alteram vero Cæsareæ, Valentiniam nomine. Sed neque sinistros pedes candenti ferro debilitatos, aut dextros oculos eis effossos esse dicit.

(55) *Εἰς ἐπίγνωσιν ἔλθεῖν αὐτοὺς.* Malim scribere αὐτοῦ, supple τοῦ Θεοῦ. Nostri tamen codices nihil mutant.

(56) *Ὅμως αὐτὸς ἑαυτὸν σχηματίσας.* Longe aliam scripturam exhibent codices Fuketii et Savillii. Sic enim habent ἢ νόμος, id est *ut moris est.* Quæ lectio haudquaquam spernenda mihi videtur. Ceterum de hujus Pauli martyrii mentio fit etiam in *Menologio*, die 15 mensis Julii.

CAPUT IX.

*De renovata acrius persecutione; et de Antonino, Zebina, Germano
aliisque martyribus.*

Cæterum post tot egregia nobilium Christi mar- A
tyrum facinora, cum persecutionis incendium im-
minui et sacro ipsorum cruore quasi restingui jam
cœpisset; cumque his qui per Thebaidem ad me-
talla damnati graviter vexabantur, quies ac libertas
esset indulta; cumque jam liberiores spiritum du-
citur, et puriore quod aiunt aura fruituri essemus;
rursus ille qui persequendi potestatem 333 na-
ctus fuerat, nescio quo modo quove impulsu adver-
sus Christianos de integro inflammatus est. Repente
siquidem edicta Maximini contra Christianos quo-
quoversus per singulas sunt missa provincias. Si-
mul præsides, ipseque præfectus prætorii proposi-
tis edictis et epistolis ac publicis jussionibus, insta-
bant curatoribus civitatum et magistratibus ac
tabulariis, ut imperatoris præceptum executioni
mandarent, quo jussum erat ut idolorum quidem
delubra quæ vetustate collapsa erant, omni cura
ac studio instaurarent; cunctos vero tam viros
quam mulieres una cum servulis et infantibus, sa-
crificare et libare diis immortalibus cogerent, et
immolatis hostiarum carnibus vesci; utque cuncta
in foro venalia sacrificiorum libationibus inquinarentur; et ante publicas balneas quasi in insidiis
collocarentur custodes, qui lavantes illic homines
sordesque corporis expurgantes execrandis sacrifi-
ciis macularent. Quæ dum ita geruntur, nostris
de integre, ut credibile est, ingenti angore oppressis,
ipsis quoque gentilibus qui a nostra fide alieni
erant, gravem jamque nimiam hujusmodi rerum
atrocitatem improbantibus (quippe hæc illis plena
importunitatis ac fastidii videbantur), cum gravis-
sima tempestas omnibus ubicunque positus immine-
ret, rursus divina vis ac potentia Servatoris n-
stri athleticis suis tantam animi fiduciam addidit, ut
nemine eos urgente ac trahente, ipsi ultro tot ad-
versariorum minas proculcarent. Tres igitur ex fi-
delium numero, quasi juncto agmine irruunt in
præsidem, qui tum idolis sacrificabat, clamantes ut
ab errore desisteret: neque enim alium Deum esse
præter universi opificem et creatorem. Post hæc
interrogati quinam essent, Christianos se esse au-

(57) Vulg. ἐπειδὴ τοῖς τοσοῦτοις. Procul dubio
scribendum est ἐπὶ δὴ τοῖς τοσοῦτοις, quemadmo-
dum legitur in codice Regio. Atque ita in libro
Turnebi ac Moræi ad marginem emendatum inve-
ni.

(58) Ὁ τῶν στρατοπέδων ἄρχειν ἐπιτεταγμέ-
ρος. Præfectum prætorii intelligo. Nam præfecti
prætorio tunc temporis rem militarem curabant.
Certe quæ sequuntur verba, satis indicant de præ-
fecto prætorio hic agi. Subjicit enim Eusebius de
edictis et jussionibus datis ad curatores et magistra-
tus ac tabularios singularum civitatum. Solus autem
præfectus prætorio hujusmodi edicta emittebat, ut
innumeris exemplis probari potest. Vide librum ix,
Hist., cap. 1 et 9, ubi de Sabino præfecto prætorii
Maximini scribit Eusebius. Porro monendus est
lector, in tribus nostris codicibus Maz., Med. et

Ἐπὶ δὴ τοῖς τοσοῦτοις (57) τῶν μεγαλοπρεπῶν
Χριστοῦ μαρτύρων ἀνδραγαθήμασι λωφισάσας καὶ
ὤσανει τοῖς ἱεροῖς αἵμασι τῆς τοῦ διωγμοῦ πυρκαϊᾶς
ἀποσθεννυμένης, ἀνέσεως τε ἦδη καὶ ἐλευθερίας τοῖς
ἐπὶ Θηβαίδος εἰς τὰ αὐτοῦθι μέταλλα διὰ Χριστὸν κα-
ταπονουμένοις συγκεχωρημένης, μικρὸν τε ἐκ καθα-
ροῦ μελλόντων ἡμῶν ὑπαναπνεῖν ἀέρος, οὐκ οἶδ' ὅπως
ἐκ τινος ἀνακινήσεως πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς ὁ τοῦ διώκειν
τὴν ἐξουσίαν εἰληγῶς, κατὰ Χριστιανῶν ἀνεκείτο.
'Αθρόως δ' οὖν αὐθις Μαξιμίνου διαφορετὰ καθ' ἡμῶν
πανταχοῦ γράμματα κατ' ἐπαρχίαν, ἡγεμόνες τε καὶ
προσέτι ὁ τοῦ τῶν στρατοπέδων ἄρχειν ἐπιτεταγμέ-
νος (58), προγράμμασι καὶ ἐπιστολαῖς καὶ δημοσίαις
διατάγμασι, τοὺς ἐν ἀπάσαις πόλεσι λογιστὰς ἅμα
στρατηγοῖς καὶ ταβουλαριοῖς (59) ἐπέσπερχον, τὸ
βασιλικὸν εἰς πέρας ἄγειν πρόσταγμα, κελεύον ὡς
ἂν (60) μετὰ σπουδῆς πάσης τῶν μὲν εἰδώλων ἀνοι-
κοδομοῖεν τὰ πεπτωκότα, πανδημεῖ δὲ πάντας ἀν-
δρας ἅμα γυναιξὶ καὶ οἰκέταις καὶ αὐτοῖς ὑπομαρτίαις
παισὶ θύειν καὶ σπένδειν, αὐτῶν τε ἀκριβῶς τῶν
ἐναγῶν ἀπογεύεσθαι θυσιῶν ἐπιμελῆς ποιοῖντο, καὶ
τὰ μὲν κατ' ἀγορὰν ὄνια ταῖς ἀπὸ τῶν θυσιῶν σπον-
δαῖς καταμολύνοντο, πρόσθεν δὲ τῶν λουτρῶν ἐφεδροὶ
κατατάσσοντο, ὡς ἂν τοὺς ἐν τούτοις ἀποκαθαριζέ-
νους ταῖς παμμυιάροις μολύνοντιεν θυσίαις. Τούτων
δῆτα οὕτως ἐπιτελουμένων, ἐξ ὑπαρχῆς τε τῶν ἡμε-
τέρων πλείστη, οἷα δὴ εἰκὸς ἦν, φρονιτῖδι συνεχόμε-
νων, τῶν τε ἀπίστων ἐθνῶν βαρεῖαν τῶν γινομένων,
καὶ ὡς ἂν περιττὴν ἦδη τὴν ἀτοπίαν καταμεφομέ-
νων· προσκορῆ γὰρ καὶ φορτικὰ ταῦτα καὶ αὐτὰς
εἶναι κατεφαίνετο· μεγίστου τε χειμῶνος τοῖς παν-
ταχῇ πᾶσιν ἐπηρητημένου, τοῦ μπαλιν ἡ θεῖα τοῦ Σω-
τῆρος ἡμῶν δύναμις τοῖς αὐτῆς ἀθληταῖς θάρσος το-
σοῦτον ἐνέπνει, ὡς μὴδ' ἐπισπωμένου τινὸς, μὴδ'
ἔλκοντος, τὴν τῶν τοσοῦτων καταπατεῖν ἀπειλήν.
Ὅμοσε δὴ οὖν τρεῖς συνταξάμενοι τῶν πιστῶν, ἐπι-
πηδῶσιν εἰδώλοισι θύοντι τῷ ἄρχοντι, παύσασθαι τῆς
πλάνης ἐμβοώμενοι· μὴ γὰρ δὴ ἄλλον ὑπάρχειν πλὴν
τοῦ τῶν ὄλων ποιητοῦ τε καὶ δημιουργοῦ Θεοῦ. Ἀνε-
ρωτώμενοι δῆτα τίνες εἶεν, Χριστιανούς σφᾶς θαρσα-
λέως ὠμολόγουν. Ἐφ' οἷς ὀξύτερον παρακινήθεις ὁ
Φιρμιλιανὸς, μὴδὲ βασάνους αὐτοῖς αἰκισάμενος (61),

Fuk. hunc locum ita scribi, καὶ πρὸς ἔτι ὁ τοῦ τῶν
στρατοπέδων ἄρχειν ἐπιτεταγμένος, ubi τοῦ positum
esse videtur pro αὐτοῦ, supple Μαξιμίνου.

(59) Καὶ ταβουλαριοῖς. De his tabulariis multa
notavi ad lib. xxviii Ann. Marcellini, pag. 348.
Horum mentio fit in lege 18, D. De muneribus et
hon. Porro in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk.
rectius scribitur ταβουλαριοῖς.

(60) Vulg. πρόσταγμα κελεύοντες, etc. Ita qui-
dem ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Verum
in quatuor aliis codicibus Maz., Med., Fuk. et Sa-
vil. scriptum est πρόσταγμα, κελεύον ὡς ἂν, etc.,
longe profecto rectius. Refert enim Eusebius hoc
loco ea quæ Maximini edicto continebantur.

(61) Μὴδὲ βασάνους αὐτοῖς αἰκισάμερος. Id
notule novum atque inusitatum notat Eusebius,
non quo Firmiliani præsidis clementiam laudet, qui

κεφαλικῆ παραδίῳσι κολάσει. Τούτων ὁ μὲν πρῶτος ἦν, Ἄντωνίνος ὄνομα (62), ὁ δὲ Ζεβινᾶς ἐκαλεῖτο, τῆς Ἐλευθεροπολιτῶν ὁρμώμενος· Γερμανὸς δὲ καὶ τῷ τρίτῳ ἦν ἡ προσηγορία· Δίου μὲν τὸν τρισαίδεκάτην, Εἰδοῖς Νοεμβρίαις καὶ τὰ κατὰ τοῦτους ἐπράχθη. Γίνεται δ' οὖν αὐτοῖς συναπόδημος ἐπ' αὐτῆς ἡμέρας Ἐνναθᾶς (63) τῶν ἀπὸ Σκυθοπόλειος τῆς γυνῆ, παρθενίας στέμματι (64) καὶ αὐτῆ κεκοσμημένῃ, παρθενίας στέμματι (64) καὶ αὐτῆ κεκοσμημένῃ, ἐλχθεῖσα δὲ βία καὶ προσαχθεῖσα τῷ δικαστῇ. Μετὰ μάστιγας οὖν καὶ δεινὰς ὕβρεις ἅς ἐπέγαγεν (65) αὐτῇ, οὐδὲ μετὰ γνώμης τῆς μεζόνος ἐξουσίας, τῶν κατὰ γειτονίαν ἐφεστῶτων τις χιλιάρχων ἐτόλμα, Μάξυς ὄνομα, χειρῶν τῆς προσηγορίας ἄνθρωπος, μαρὸς μὲν τὰ ἄλλα, Ἰσχυρὸς δ' ὑπερβαλλόντως τὸ ἦθος, καὶ τὸν πάντα τρόπον δεινὸς τις ὄντως καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς γνωρίμοις διαβεβλημένος· οὗτος μὲν γε ἐσθῆτος ἀπάσης τὴν μακαρίαν ἀποδύσας, ὡς τὴν ἐξ ὀφύος αὐτὸ μόνον καὶ ἐπὶ πόδας καλύπτεσθαι, τὸ δ' ἄλλο σῶμα γυμνὸν ἔχειν, τὴν τε πᾶσαν Καισαρέων πόλιν κύκλω περιπαγῶν, ἱμαῖον ἀνὰ πάσας ἐλκομένην τὰς ἀγορὰς τύπτεσθαι περὶ πολλοῦ ποιεῖται. Καὶ ἐπὶ μετὰ τοσαῦτα θαρσαλευτάτην ἔνσταται καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἡγεμονικῶν βημάτων ἐνδείξαμένην, ζῶσαν πυρὶ παραδίῳσιν ὁ δικαστῆς· ὅς καὶ τὸ ἀπάνθρωπον ἐπιτείνας (66), τὴν κατὰ τῶν θεοσεβῶν λύτταν, πέρα τῶν τῆς φύσεως προφῆι θεσμῶν, οὐδὲ ταφῆς αἰδούμενος ἀψύχοις φθονῆσαι τοῖς τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν σώμασι. Νύκτωρ δ' οὖν ἐπιμελῶς καὶ μεθ' ἡμέραν ὑπαίθρουσ θηρσιν εἰς βορὰν τοὺς νεκροὺς φυλάττεσθαι προστάτει. Καὶ παρῆν ὄρᾳ ἐπὶ πλείοσιν ἡμέραις οὐκ ὀλιγον

lactur profitentur. Quamobrem acrius commotus Firmilianus, nullis prius tormentis excruciatos capitali supplicio addixit. Horum primus quidem presbyter fuit nomine Antoninus; alter Zebinas vocabatur, patria Eleutheropolitanus; tertius dictus est Germanus. Hæc tertio decimo mensis Dii, quod est Idibus Novembris, adversus eos gesta sunt. Eodem die comes illis adjuncta est mulier quædam Scythopolitana, Ennathas nomine, ipsa quoque virginitalis infulis decorata. Quæ quidem non idem præstiterat quod 334 priores illi, sed per vim tracta et ad iudicem ducta est. Post flagra igitur gravesque contumelias, quas absque permisso majoris potestatis inferre ei ausus est quidam ex ipsius vicinia tribunus, Maxys nomine, vir vocabulo suo deterior, fortis alioqui et robore corporis præstans, sed sceleratus et moribus atque ingenio violentus, et universis qui eum norant invisus: hic siquidem beatissimam virginem omni veste nudatam, adeo ut a lumbis deorsum ad pedes ipsos operata, reliquo corpore inlecta esset, per universam Cæsariensium civitatem circumducens, tractam per omnia urbis fora foris cædere pro magno habuit. Post tot, inquam, verbera, cum apud ipsum etiam tribunal præsidis magnum constantis fiducia specimen edidisset, iudex eam vivam exuri præcepit. Qui quidem immanitatem et rabiem adversus Dei cultores intendens, ipsas communis naturæ leges prægressus est, quippe qui sanctorum hominum cadaveribus sepulturam negare non sit veritus. Horum igitur corpora sub dio exposita ut a bestiis lan-

martyres tormentis afficere noluerit; sed potius ut præcipitem hominis iracundiam ostendat, qui martyres a quibus lacessitus fuerat et confutatus, statim duci ad mortem præcepit, nullis prius tormentis excruciatos, sicut mos erat. Solebant quippe iudices Romani his quasi proliis exercere martyres Christi, ne fortissimi athlete simplici morte defungerentur. Nec vero solis Christi martyribus id facere consueverant, sed generaliter quoties gravium criminum rei in iudicium erant deducti, primum de his quæstio habebatur. Ac tametsi reus crimen confessus fuisset, non statim iudex a cognitione cessabat. Verum insuper consequentia exigebat: quoties, verbi gratia, eadem egisset, quibus telis, quibus in locis; quæstionem deinde in socios et conscios criminis porrigebat, ut docet Tertullianus in libro *Ad nationes* et in *Apologetici* capite secundo.

(62) Τούτων ὁ μὲν πρῶτος ἦν, Ἄντωνίνος ὄνομα. In *Menologio* Græcorum hic Antonius dicitur, et præter Zebinam ac Germanum quartus illis socius additur Nicephorus. Ita enim in eo scribitur die 12 mensis Novembris: *Natalis sanctorum martyrum Antonii et sociorum, qui fuerunt sub Maximo imp. Antonius ætate præcior, Nicephorus vero, Zebinas et Germanus juvenili vigore florescentes. Comprehensi vero apud Cæsaream et Christum libere confessi, obtruncati sunt.* Ubi vides auctorem *Menologii* verba illa Eusebii ὁ μὲν πρῶτος, de ætate accepisse, non autem de sacerdotio.

(63) Ἐνναθᾶς. In Græcorum *Menologio* non Ennathas vocatur hæc virgo, sed Manatho.

(64) Vulg. *παρθενίας στέμμασι*. Magis placet στέμματι, ut in quatuor nostris codicibus Maz., Mod., Fuk. et Savil. scriptum inveni. Intelligit

enim Eusebius mitellam e lana purpurea, quod signum erat professionis virginitalis, ut ait Optatus in libro vi: *Jam illud quam stultum, quam vanum, quod ad voluntatem et quasi ad dignitatem vestram revocare voluistis; ut virgines Christi agerent pœnitentiam, ut jamdudum professionis signa voluntatis capitibus, postea vobis jubentibus, immutarent; ut mitellas aureas projicerent, alius acciperent.* Et paulo post: *Nudastis capita jam velata, de quibus professionis detraxistis indicia, quæ contra raptores aut pettores videntur inventa.* Idem Optatus eas purpureas ex lana fuisse testatur his verbis: *Nec ulla sunt præcepta conjuncta, vel de qua lana mitella fieret, aut de qua purpura tingeretur.* Eodem referendus est locus ex *Passione Saturnini et Daviti*, ubi de Victoria virgine hæc leguntur: *Ad Ecclesiam confugit; ibi consecrati Deo dicatque capitibus sacratissimum crinem inconcusso pudore servavit.*

(65) Ἄς ἐπέγαγεν. Vel delendum est verbum ἐτόλμα quod mox sequitur, vel sane scribendum est ἅς ἐπαγαγεῖν. Sed neque hoc modo satis coheret oratio. Ac fortasse verba illa quæ sequuntur οὗτος μὲν γε, usque ad περὶ πολλοῦ ποιεῖται, per parenthesis legenda sunt.

(66) Ὅς καὶ τὸ ἀπάνθρωπον ἐπιτείνας. Scribendum puto: ὅς τὸ ἀπάνθρωπον ἐπιτείνας καὶ τὴν κατὰ τῶν θεοσεβῶν λύτταν. Atqui ita Savilius ad oram sui codicis emendarat. Posset etiam hic locus commode sic emendari, ὅς καὶ τὸ ἀπάνθρωπον ἐπιτείνας, τῇ κατὰ τῶν θεοσεβῶν λύττα πέρα τῶν τῆς φύσεως προφῆι θεσμῶν, vel, quod idem est, διὰ τῆν κατὰ τῶν θεοσεβῶν λύτταν.

rentur, diu noctuque sollicitè jussit custodiri. Proinde non exiguam hominum multitudinem plurimis diebus cernere licebat, huic immani ac ferino consilio obsequentem. Et hi quidem velut e specula ne cadavera subriperent observabant, quasi ea res magni momenti esset. Canes vero et feræ bestiæ, et carnivoræ alites humanos artus hac atque illac dispergebant. Totaque circum undique civitas visceribus et ossibus constrata erat. Adeo ut nihil unquam crudelius, nihil horribilius, vel iis ipsis qui antea nobis erant infesti, visum fuerit; cunctis non tam eorum adversus quos hæc gerebantur calamitatem, quam suam ipsorum et communis omnium naturæ contumeliam deplorantibus. Nam pene ad ipsas civitatis portas propositum erat spectaculum quod omnem dicendi copiam omnemque tragœdiam longe superabat; carnes scilicet humanæ quæ non uno in loco devorabantur, sed passim disjectæ erant. Nonnulli etiam intra portas artus et carniæ ac viscerum frusta ab se visa esse affirmarunt. Quæ cum per plurimos dies continue gererentur, hujusmodi miraculum accidit. Forte aer purus ac liquidus, et totius cœli mira quædam serenitas erat; cum repente maxima pars columnarum **335** quæ publicas urbis porticus sustentabant, quasdam velut lacrymarum guttas stillaverunt: fora quoque et plateæ, cum nullus ex aere delapsus ros esset, nescio unde aqua perfusæ maduerunt. Adeo ut communi omnium sermone vulgaretur, terram miro et inexplicabili modo lacrymas edidisse cum eorum quæ patrabantur impietatem ferre non posset; et ad immites ac barbaras hominum mentes convincendas, lapides ipsos resque anima carentes his quæ fierent ingemuisse. Nec dubito quin hæc quæ dixi pro nugis quibusdam et fabulis habituri sint posteri; at non itidem illi quibus præsentis temporis fides veritatem rei confirmavit.

CAPUT X.

De Petro monacho, Asclepio Marcioniæ, aliisque martyribus.

Insequentis vero mensis quem Apellæum dicimus die quarto decimo, quod est ante diem XIX Kalendas Januariæ, rursus quidem Ægyptii qui ad ministeria confessoribus in Cilicia constitutis exhibenda ex patria profecti erant, comprehensi ab iis qui ad portas urbis appositi cunctos transeuntes scrutabantur; pars eadem pœna qua illi quibus ministraturi venerant, damnati sunt, oculorum juxta ac pedum usu eis adempto. Tres vero ex ipsis in urbe Ascalone in qua vincti tenebantur, cum admirabilem animi fortitudinem ostendissent, diverso martyrii exitu occubere. Quippe unus illorum, Ares nomine, flammis consumptus est: reliquis

(67) Vulg. τοῦ περιέχοντος κατάστασις ἐνδεδιωτάτη. Vetustissimus codex Maz. veram hujus loci scriptoræ solus retinuit. Sic enim scriptum habet τοῦ περιέχοντος κατάστασις εὐδαινοτάτη. In codice autem Fuk. scriptum invenio καὶ τοῦ τε περιέχοντος κατάστασις εὐδαινοτάτη. Quare non dubito quin scribendum sit εὐδαινοτάτη. Quanquam εὐδαινοτάτη etiam ferri potest, ut legitur in lib. ix, c. 7.

ἄνδρῶν ἀριθμὸν, τῇ θηριώδει ταύτῃ καὶ βαρβάρῳ βουλῇ διακονουμένων. Ἄλλ' οἱ μὲν ἐξ ἀπόπτου, οἷόν τι σπουδῆς ἕξιον, ὡς μὴ οἱ νεκροὶ κλαπέειν ἐπεσκόπου, θῆρες δὲ ἄγριοι καὶ κύνας, οἰωνῶν τε τὰ σαρκύβορα, τὰ βρότεια μέλη ὡδε κάκεισε ἐσπάραιτον. Καὶ ἡ πᾶσα γε μὴν ἐν κύκλῳ πόλις, σπλάγγων καὶ ὀστέων ἀνθρωπείων διεσπάραιτο, ὡς μηδέ τι πάποτε δεινότερον μηδ' αὐτοῖς ὅσοι πρότερον ἀπεχθῶς πρὸς ἡμᾶς εἶχον, φανῆναι φρικωδέστερον, οὐχ οὕτω τὴν συμφορὰν εἰς οὗς ἐπράττετο ταῦτα, ὡς ἐπὶ τῇ σφῶν αὐτῶν καὶ τῆς κοινῆς ἀπάντων ὕβρει φύσεως ἀπολοφυρομένων. Προῦκειτο γὰρ ἀγχιστα πυλῶν, θέαμα παντὸς λόγου καὶ τραγικῆς ἀκοῆς μεῖζον, οὐκ ἐφ' ἐνὶ χώρῳ κατεσθιομένων τῶν ἀνθρωπείων σαρκῶν, ἀλλὰ κατὰ πάντα τόπον διαβρίπτουμένων. Μέλη γούν καὶ σάρκας ὅλας, μέρη τέ τινα σπλάγγων, καὶ πυλῶν εἶσω τινὲς κατιδέειν εἰρήχασιν. Ἐφ' οἷς πλείσταις ἡμέραις ἐπιτελουμένοις, τοιοῦτόν τι παράδοξον συμβαίνει. Αἰθρία ἦν καὶ λαμπρὸς ὁ ἄηρ, καὶ τοῦ περιέχοντος κατάστασις εὐδαινοτάτη (67). Εἶτα ἀθρόως τῶν ἀνὰ τὴν πόλιν κίωνων οἱ τὰς δημοσίας ὑπῆρειδον στοᾶς, δακρῶν τινὰ τρόπον οἱ πλείους σταλαγμοὺς ἀπέσταζον, ἀγοραὶ τε καὶ πλατεῖαι, μηδεμιᾶς ψεκᾶδος ἐξ ἀέρος γεγεννημένης, οὐκ οἷδ' ὀπίθεν ὕδατι βαντισθεῖσαι καθυγραίνοντο, ὡς αὐτίκα διαθρυλληθῆναι εἰς πάντας, δακρῶσαι τὴν γῆν ἀρότῳ λόγῳ, τὴν τῶν τότε πραγθέντων ἀνοσιουργίαν μὴ φέρουσαν, εἰς ἑλεγγὸν τε φύσεως ἀτέγκτου καὶ ἀσυμπαθοῦς ἀνθρώπων, λίθους καὶ τὴν ἄψυχον ἕλην ἐπικλαῦσαι τοῖς γεγεννημένοις. Ἄηρος ἴσως καὶ μῦθος εὐ οἷδ' ὅτι ὀδύσειεν εἶναι τὸ βῆμα τοῖς μεθ' ἡμᾶς, ἀλλ' οὐχ οἷσπερ ὁ καιρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπιστώσατο.

Τοῦ δ' ἐπιόντος μηνὸς Ἀπελλαίου τεσσαρσεκαίδεκάτῃ, πρὸ δεκαεννέα Καλανῶν Ἰαννουαρίων λέγειν' ἂν, πάλιν αὐτῶν ἀπ' Αἰγύπτου τινὲς πρὸς τῶν ἐπὶ ταῖς τοῦς περιόντας διερευνωμένων συλληφθέντες ἐτύγγανον δ' οὗτοι θεραπείας ἕνεκα τῶν κατὰ Κιλικίαν ὁμολογητῶν στειλόμενοι· οἱ μὲν τὴν αὐτὴν οἷς ἔτυγον ἐξυπηρησόμενοι, κατεδέξαντο ψῆφον, ὀφθαλμοῦς καὶ πόδας ἀχραιοθέντες· τρεῖς δ' αὐτῶν ἐν Ἀσχάλωνι ἐνθῆ καὶ ἐνέστηντο, θαυμασίαν τε παράστασιν ἀνδρείας παρεσχημένοι, διάφορον ἀπηγέγκαντο μαρτυρίου τέλος. Ὁ μὲν τις αὐτῶν πυρὶ παραδοθεὶς, Ἄρης ὄνομα, οἱ δὲ τὰς κεφαλὰς ἀποσμηθέντες, Πρόβος (68) καὶ Ἥλιος τοῦτοις ἦν ἡ προσήγορία.

Rectior tamen est prior scriptura, cum analogia ita postulet, ut ab voce εὐδία formetur εὐδαινός.

(68) Πρόβος. Ita scribendum puto, non vero Πρόβος, quæ nusquam, ut opinor, legitur pro nomine proprio. Error autem ex eo natus est, quod in antiquis codicibus ὁ scribi solet ut μ. Certe in codice Fuk. et Sav., Πρόβος; hoc loco scriptum est, non Πρόβος.

Αὐδυναίου δὲ μηνὸς ἡμέρᾳ μῆ καὶ δεκάτῃ, εἴη δ' ἂν ἡ πρὸ τριῶν Εἰδῶν Ἰαννουαρίων, ἐπὶ τῆς Καισαρείας Πέτρος ἀσκητῆς, ὁ καὶ Ἀψέλαμος (69), ἀπὸ Ἀνάς κόμης τῶν ὄρων Ἐλευθεροπόλεως, διὰ πυρὸς οἷα χρυσοῦ ἀκραιφνέστατος, τῆς εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πίστει εὐγενεῖ λογισμῶ τὴν δοκιμὴν ἀποδέδωκε, μυρία μὲν λιπαροῦντας, τὸν τε δικαστὴν καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, ὡς ἂν ἐλεήσειε τε αὐτὸν καὶ τῆς ἰδίας φείσασαί τε καὶ ἀκμῆς, ὑπεριδῶν, πρῶτῃ μῆρας δ' ἀπάντων καὶ ζωῆς τὴν ἐπὶ τὸν τῶν ὄλων Θεὸν ἐλπῖδα. Τούτῳ δὲ τῆς κατὰ Μαρκίωνα πλάνης ἐπίσκοπός τις εἶναι δοκῶν Ἀσκληπίδης, ζῆλω μὲν, ὡς ᾤετο, εὐσεβείας, ἀλλ' οὕτι γε τῆς κατ' ἐπίγνωσιν, ὅμως δ' οὖν μῆ καὶ τῇ αὐτῇ πυρᾷ τὸν βίον συνεξελήλυθεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταῦτη.

ut ipse existimabat, pietatis adductus, sed non illius quæ est secundum scientiam, uno eodemque nihilominus rogo consumptus, ex hac luce migravit. Et hæc quidem gesta sunt in hunc modum.

CAPUT XI

De Pamphilo aliisque duodecim martyribus.

Καιρὸς δῆτα καλεῖ (70), τὸ μέγα καὶ περιβόητον ἀνιστορῆσαι θέατρον τῶν ἀμφὶ τὸ τριπόδητον ἔμοιγε βνομα Παμφίλου τελειωθέντων· δώδεκα δ' ἦσαν οἱ

(69) Πέτρος ἀσκητῆς ὁ καὶ Ἀψέλαμος. Hujus mentio fit in *Menæis* Græcorum die 14 Octobris, cum tamen ab Eusebio passus esse dicatur iii idus Januarii. Et in *Menæo* quidem Ἀψελαμὸς dicitur. In *Menologio* vero Anselamus perperam pro Anselamo aut Abselamo ponitur: Eodem die commemoratio S. martyris Petri Anselami ex Eleutheropoli, qui cum corporis robore et animi vigore plurimum valeret, præclare admodum in pietatis certaminibus se gessit, et, terrenis rebus contemptis, anno sexto imperii Diocletiani et Maximiani, ignis certamine exacto, victima Deo grata oblata est. In quibus verbis obiter notandum est, annum sextum imperii Diocletiani poni pro anno sexto persecutionis.

(70) Καιρὸς δῆτα καλεῖ. Totam hanc Pamphili et sociorum ejus passionem ex Eusebio nostro descripsit Simeon Metaphrastes, additis et mutatis quibusdam, ut solet. Videtur tamen integriora nactus esse Eusebii exemplaria, quam sunt ea quæ nunc habemus, idque patēbit legenti. Quod si Græcus Simeonis Metaphrastæ codex nunc esset ad manum, libenter Græca lectori proponerem, ut ex eorum lectione diducere posset, utrum Eusebii, an potius Metaphrastæ stylum referrent. Sed quoniam Græco exemplari destituimur (a), contenti in præsentiarum erimus Latina versione, quam Lipomanus et Surius die primo Junii nobis ediderunt.

CERTAMEN SS. MARTYRUM PAMPHILI ET SOCIORUM, EX SIMEONE METAPHRASTE.

Tempus invitat ad omnibus enarrandum magnum et gloriosum spectaculum Pamphili et sociorum, viro- rum admirabilem, cum eo consummatorum, et qui ostenderunt multiplicia certamina pietatis. Atque cum plurimi in nobis cognita persecutione se fortiter gesserint, eorum de quibus agimus rarissimum certamen quod nos cognovimus, conscripsimus: quod in se simul omne genus ætatis et corporis et animi vitæque diversorum studiorum est complexum; variis tormentorum generibus, et diversis in perfecto martyrio coronis exornatum. Licebat enim videre quosdam adolescentes et pueros, atque adeo plane infantes, ex illis qui erant cum ipsis, alios autem pubescentes, cum quibus erat etiam Porphyrius: corpore simul vigenes et prudentia, nempe mihi charissimum Jam-

A duobus quorum alter Probus, alter Elias vocabatur, caput gladio præcisum. Undecimo autem die mensis Audynæi, id est, ut Romani dicerent, ante diem tertium Idus Januarias, Petrus asceta, qui et Apse-lamus vocabatur, ortus ex vico Anea in agro Eleu-theropolitano, velut aurum purissimum per ignem probatus, suæ in Christum fidei in urbe Cæsarea illustre specimen edidit. Nam et judicem ipsum et cunctos qui ei apparebant, identidem hortantes ut sui ipsius misereri vellet, suæque ætati et adole-scentiæ consuleret, generoso animo despexit: et spem quam in conditore omnium Deo collocaverat, omnibus rebus ipsique adeo vitæ suæ anteposuit. Cum hoc Asclepius quidam, qui sectæ Marcionita-rum episcopus 336 esse ferebatur; zelo quidem, quæ est secundum scientiam, uno eodemque nihilo-

B Tempus nunc est ut magnum illud ac celebre spectaculum eorum qui cum Pamphilo, cujus no-men mihi quidem desideratissimum est, martyrium

nitem Paulum, Seleucumque et Julianum, qui ambo orti erant ex terra Cappadocum. Erant autem inter eos sacris quoque canis et profunda ornatu senectute; Valens quidam diaconus Ecclesiæ Hierosolymitanæ, et cui verum nomen obtigerat Theodulus. Atque hæc quidem fuit in eis ætatum varietas. Animis autem inter se differebant. Nam alii quidem erant rudiores, utpote pueri, et quibus erat ingenium adhuc tenerius ac simplicius. Alii vero severi et morum gravitate præ-diti. Erant autem inter eos quoque nonnulli discipli-narum sacrarum non ignari. Aderat vero omnibus congenita, insignis et admirabilis animi fortitudo. Veluti autem quoddam in die resplendens luminare in astris fulgentibus, in medio eorum emicabat meus dominus; non est enim fas mihi aliter appellare di-vinum et plane beatissimum Pamphilum. Is enim et eruditionem quæ habetur apud Græcos in admira-tione, non modice attigerat; et in divinorum dogma-tum et divinitus inspiratarum Scripturarum erudi-tione, si quid audacius, sed verum dicendum est, ita erat exercitatus, ut nullus æque ex iis qui erant suo tempore. Quod autem erat his longe majus et præ-stantius, habebat donum; nempe domi natam, vel potius et a Deo datam intelligentiam et sapientiam. Et quod ad animum quidem attinet, omnes ita se habebant. Vitæ autem conditionis et conversationis erat inter eos plurima differentia: cum Pamphilus qui-dem duceret genus secundum carnem ex iis qui erant honesto loco nati; fuisse autem insignis in republica gerenda in patria sua; Seleucus vero fuisse insigni-ter ornatus militiæ dignitatus; alii autem nati esse- rent ex mediocri et communi loco. Non erant eorum chorus nec extra servilem conditionem. Nam et ex præsidis domo in eorum numerum relatus erat Theo-dulus, et Porphyrius qui specie quidem erat Pamphili famulus, is autem ipsi affectione habebat loco fra-tris, vel germani potius filii, ut qui nihil omitteret, quo minus imitaretur dominum. Quid aliud? Si quis dixerit in summa, eos ecclesiastici cætus typum esse complexos, is non procul abfuerit a veritate, cum in-ter eos presbyterio quidem dignatus esset Pamphilus; Valens vero diaconatu; et alii sortiti essent locum eorum qui e multitudine consueverunt legere; et con-fessiouibus per fortissimam flagrorum tolerantiam diu

(a) Græca ex codice Mediceo cum interpretatione Latina edidit Daniel Papebrochius in *Actis smetorum*, Junii tom. 1, p. 64, cum titulo: *Ex libris Eusebii De vita Pamphili martyris*. Vi le infra. Latinum interim Lipomanus textum hic retinemus; a quo in multis abiit codex Mediceus. Edit. Patn.

consummarunt, posteriorum memoriae tradam. A Erant omnes numero duodecim, prophetica quadam, seu potius apostolica gratia simul et numeri æqualitate donati. Quorum princeps eminebat Pamphilus, solus ex illorum numero presbyterii apud Cæsaream dignitate decoratus. Vir toto vitæ suæ tempore in omni virtutis genere spectatissimus, seu fugam et contemptum sæculi consideres, seu bonorum largam in pauperes erogationem, seu sæcula-

ante in martyrio præclarissime se gessisset Seleucus, et militaris dignitatis amissionem fortiter exceperisset, et reliqui deinde per catechumenos et fideles reliquam implerent similitudinem innumerabilis Ecclesie, ut in parva imagine. Sic aspexi admirabilem tam multorum et talium martyrum electionem, qui etsi non essent multi numero, nullus tamen abierat ex iis ordinibus qui inveniuntur inter homines. Quomodo autem lyra quæ multas habet chordas, et ex chordis constat dissimilibus, acutis et gravibus, reussisque et intensis et mediis, arte musica concinne auaptatis omnibus: eodem modo in his, adolescentes simul et senes, servi simul et liberi, eruditi et rudes; obscuri generis homines, ut multis videbatur, et gloria insignes; fideles simul cum catechumentis, et diaconi simul cum presbyteris. Qui omnes tanquam a sapientissimo musico, nempe Dei Verbo unigenito varie pulsati, et quæ erat in ipsis potentia unusquisque per tormentorum tolerantiam, hoc est confessionem, ostendentes virtutem, et clarissimos numerososque et concinnos sonos edentes in iudiciis, uno et eodem fine in primis piam et longe sapientissimam, per martyrii consummationem, Deo universorum impleverunt melodiam. Operæ pretium autem est admirari virorum quoque numerum, qui significat propheticam quamdam et apostolicam gratiam. Contigit enim omnes esse duodecim, quo numero patriarchas et prophetas et apostolos fuisse accepimus. Non est autem prætermittenda uniuscujusque singulatum laboriosa fortitudo, laterum lacerationes, et cum pilis caprinis, laceratarum corporis partium attritiones, et flagella immedicabilia, multipliciaque et varia tormenta, gravesque et toleratu difficiles cruciatus, quos jubente iudice, manibus et pedibus insistentes satellites, vi cogebant martyres aliquid facere eorum quæ erant prohibita. Quid opus est dicere memoriae perpetuo mandandas voces virorum divinatorum, quibus labores nihil curantes, læto et alacri vultu respondebant iudicis interrogationibus; in ipsis tormentis ridentes viriliter, et bonis moribus ludificantes ejus percontationes. Cum enim rogasset undenam essent, mittentes dicere, quam in terris habebant civitatem, ostendebant eam quæ vere est eorum patria, dicentes se esse ex Hierusalem. Indicabant vero eadem sententia, Dei quoque cælestem ad quam tendebant civitatem; et alia quæ sunt ejusmodi; ignota quidem et quæ non possunt perspicere ab iis, qui sacras Litteras non gustarunt; eis autem solis qui à fide divina sunt incitati, aperta aducebant. Propter quæ iudex indignatus, et valde animo cruciatus, et plane quid ageret dubius, varia ne vinceretur in eos operabatur. Deinde cum a spe cecidisset, concessit unicuique auferre præmia victorie. Erat autem varius modus eorum mortis; cum duo quidem qui erant inter eos catechumeni, consummati sint baptismo ignis, alius vero fuerit traditus figuræ salutaris passionis, qui autem erat mihi clarus, fuerit diversis bravibus redimitus. Atque hæc quidem dixerit quispiam, horum magis universam faciens mentionem: singulatum autem unumquemque persequens, merito beatum pronuntiavit eum, qui in choro primum locum obtinet. Is autem erat Pamphilus, vir revera pius, etc.

Porro hæc Eusebii esse, nemo, ut opinor, nega-

πάντες, προφητικῶν τιμῶν ἢ καὶ ἀποστολικῶν (71) χαρίσματος καὶ ἀριθμοῦ κατηξωμένοι. Ὦν ὁ κορυφαῖος, καὶ τῆ τοῦ κατὰ Καισάρειαν πρεσβείτου τιμῆ κεκοσμημένος, μόνος ἐτύγγανεν ὁ Πάμφιλος, ἀνὴρ, καὶ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον (72) πάσῃ διαπρέφας ἀρετῇ, ἀποτάζει καὶ καταφρονεῖ βίου, τῆ τῆς οὐσίας εἰς ἐνδεεῖς κοινωνίᾳ, κοσμητικῶν ἐλπίδων ὀλιγωροῦ φιλοσόφῳ πολιτεῖα καὶ ἀσκήσει· μάλιστα δὲ παρὰ τοὺς καθ' ἡμᾶς πάντας διέπρεπε τῆ περι τὰ θεῖα λόγια

verit. Sunt enim elegantissima, et Eusebianam phrasim prorsus redolent. Prima quidem periodus, iisdem verbis tota habetur in hoc capite. Sed et reliqua indidem sumpta esse satis apparet. Hæc enim verba: *Cum plurimi quidem in nobis cognita persecutione se fortiter gesserint, et illa quæ vox sequuntur, clarissimum certamen quod nos cognovimus conscripsimus; item illa, mihi charissimum Jamnitum Paulum; denique ista, in medio eorum emicabat meus dominus, non est enim fas mihi aliter appellare divinum et plane beatissimum Pamphilum; et paulo post, sic aspexi admirabilem tam multorum et talium martyrum electionem: hæc, inquam, omnia quis alius dicere potuit quam Eusebius? Neque enim Metaphrastes ita loqui de seipso potest, quippe qui multis sæculis post illos martyres vixerit. Dicit aliquis, hæc quidem quæ superius posuimus, esse Eusebiana; non tamen ex libro de martyribus Palæstinæ, sed ex libris Eusebii *De vita Pamphili* (a), huc a Metaphraste esse translata. Verum tota orationis series, et apta singularum partium distributio, satis arguit hæc unius ejusdemque operis esse. Cum ergo et principium et finis sint ex Eusebii libro *De martyribus Palæstinæ*, sicut res ipsa indicat; pars quoque illa quam hic ascripsimus, ex eodem libro de prompta sit, necesse est. Itaque verissimum est id quod supra observavi, librum hunc Eusebii *De martyribus Palæstinæ*, mancum ad nos et multum pervenisse.*

(71) Προφητικῶν τιμῶν ἢ καὶ ἀποστολικῶν. Prophetas minores intelligit, qui duodecim numero fuerunt. Id autem longe clarius habetur apud Metaphrastem his verbis: *Operæ pretium autem est admirari virorum quoque numerum, qui significat propheticam quamdam et apostolicam gratiam. Contigit enim omnes esse duodecim, quo numero patriarchas et prophetas et apostolos fuisse accepimus.*

(72) Πάμφιλος, ἀνὴρ καὶ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον. Et hic locus apud Metaphrastem multo integrior habetur in hunc modum: *Is autem erat Pamphilus, vir revera pius, et omnium, ut semel dicam, amicus et familiaris; reipsa nomen sibi impositum verum esse ostendens; Cæsariensis Ecclesie ornamentum. Nam presbyterorum quoque cathedram cum esset presbyter honestabat, ut qui simul ornaret ministerium, et ex eo ornaretur. Quinetiam aliis quoque erat divinus et divinæ particeps inspirationis: quoniam tota sua vita fuit maxime insignis virtute, multum quidem jubens valere delicias et copiam divitiarum, cum se totum dedicasset Dei Verbo, renuntians quidem iis quæ ad ipsum redibant a majoribus, nudis, mancis et pauperibus omnia distribuit. Ipse autem degit in vita quæ nihil possidebat, per valentissimam exercitationem, divinam persequens philosophiam. Atque ortus quidem erat ex Berytensium civitate, ubi in prima ætate educatus fuerat in illis quæ illic erant studiis litterariis. Postquam autem ejus providentia ad virilem pervenisset ætatem, transit ab iis ad sacrarum litterarum scientiam. Assumpsit vero mores divinæ et propheticæ vitæ; et ipse se eorum Dei martyrem exhibuit etiam ante ultimum vitæ finem. Sed talis quidem erat Pamphilus.*

(a) Hæc est sententia Dan. Papebrochii. Vide ejus orationem. Edit. Patr.

γησιωτάτη σπουδῇ, ἀτρώψ τε περι ἃ προύθετο φιλοπονία, καὶ τῇ περι τοὺς προσήκοντας καὶ πάντας τοὺς αὐτῷ πλησιάζοντας ὠφελεία· οὐ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρετῆς κατορθώματα, μακροτέρας ὄντα διηγήσεως, ἐπ' ἰδίας τῆς τοῦ κατ' αὐτὸν ὑποθέσεως βίου γραφῆς, ἐν τρισὶν ἡδὴ πρότερον ὑπομνήμασι παραδεδώκαμεν. Ἄλλὰ γὰρ ἐπ' ἐκεῖνα τοὺς φιλοτιμῶς καὶ ταῦτα εἰδέναι ἔχοντας ἀναπέμφαντες, τανῦν ἐχώμεθα (73) τῆς κατὰ τοὺς μάρτυρας ἀκολουθίας. Δεύτερος μετὰ Πάμφιλον ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρῆει ἱεροπρεπεῖ πολιτῆς τετιμημένος, Οὐάλης, τῶν ἀπὸ Ἀλλίας διάκονος (74), αὐτῇ προσόψει σεμνότητος προσβύτης, τῶν θείων Γραφῶν εἰ καὶ τις ἄλλος ἐπισημῶν· τοσαύτας γέ τοι μνήμας αὐτῶν ἐνεσετέρηστο, ὡς μὴ ἐνδεῖν τῆς ἀπὸ γραμμάτων ἐντεύξεως, τῆς εἰ ποτε λάθοι Γραφῆς (75) οἰᾶσθ' οὖν ἀπομνημονεῦσαι διεξόδους. Τρίτος ὁ θερμοῦργότατος καὶ τῷ πνεύματι ζῶων ἀπὸ τῆς Ἰαμνιῶν πόλεως ἐν αὐτοῖς ἐγνωρίζετο Παῦλος, πρὸ τοῦ μαρτυρίου διὰ καυτήρων ὑπομονῆς τὸν τῆς ὁμολογίας διαθλήσας ἀγῶνα. Τούτοις ἐπὶ τῆς εἰρκτικῆς ἐτῶν δυεῖν ἔλων χρόνον κατατρίψασιν ὑπόθεσις τοῦ μαρτυρίου γίνεται (76) Αἰγυπτίων αὐθις ἀδελφῶν ἔφοδος, τῶν καὶ σὺν αὐτοῖς τελεσιωθέντων. Τοὺς κατὰ Κιλικίαν οὗτοι μέχρι τῶν αὐτῶν μετ' ἄλλων ὁμολογητῶν προπέμφαντες, ἐπαλινδύσαντες ἐπὶ τὰ οἰκεία· ὁμοίως δῆτα καὶ αὐτοὶ πρὸς αὐταῖς εἰσόδοις τῶν κατὰ Καισάρειαν πολῶν, τίνες τε εἶεν καὶ ὁπόθεν ἀφικνούμενοι, πρὸς τῶν φυλάκων (βάρβαροι δὲ τινες ὑπῆρχον οὗτοι τὸν τρόπον) ἀνερωτηθέντες, καὶ μηδὲν τῆς ἀληθείας ἀποκρυψάμενοι, οἷα κακούργοι ἐπαυτοφώρῳ ληφθέντες, συνέχοντο· πέντε δ' ἦσαν οὗτοι τὸν ἀριθμὸν. Οἱ καὶ προσαχθέντες τῷ τυράνῳ, καπὶ τούτου παρῆρσιασάμενοι, αὐτίκα μὲν καθεῖργονται δεσμοτηρίῳ· τῇ δ' ἐξῆς Περιτίου μηνὸς ἡμέρᾳ ἐκκαιδεκάτη, Μαρτίου κατὰ Ῥωμαίους ἢ πρὸ δεκατεσσάρων Καλανδῶν, ἐκ προστάγματος τούτους δὴ αὐτοὺς ἅμα τοῖς ἀμφὶ τὸν Πάμφιλον δεδηλωμένοις, τῷ δικαστῇ

(73) Vulg. *tanῦν ἐχώμεθα*. In tribus nostris codicibus Maz., Mel. et Fuk. rectius *tanῦν ἐχώμεθα*, in imperativo. Porro ex hoc loco manifeste colligitur librum hunc *De martyribus Palæstinæ*, verum ac germanum opus esse Eusebii, ab eo conscriptum post libros *De vita Pamphili*, et post *Ecclesiasticam historiam*.

(74) *Ἦν ἀπὸ Ἀλλίας διάκονος*. Horum verborum duplex potest afferri sensus. Nam aut Valentem patria Æliensem fuisse his verbis significatur; aut diaconum fuisse Æliensium Ecclesiæ. Posteriorem sensum amplexus est Simeon Metaphrastes. Sic enim scribit: *Erat autem diaconus, etsi esset hujusmodi, Ecclesiæ Æliensium*. Similem ambiguitatem notavi supra in lib. v, ubi de sancto Viennensi diacono agitur.

(75) *Τῆς εἴποτε λάθοι Γραφῆς*. Hic locus corruptus est, ut nemo non videt: quem ego sic emendandum esse existimo: ὡς μὴ ἐνδεῖν τῆς ἀπὸ γραμμάτων ἐντεύξεως, τὸ ἥς ποτε ἂν λάθοι Γραφῆς οἰασθῶν ἀπομνημονεῦσαι διεξόδους. Atque hanc lectionem in versione mea sum secutus. At Christophorusus barbare prorsus hunc locum ita vertit, *ut si quem locum aliquando citare vellet, perinde expedire illud poterat absque scripto efficere, atque ex scripto legere*. Sed nostra interpretatio cum Simeonis Metaphrastæ interpretatione consentit. Sic enim habet versio

*rium honorum ad quos aspirare poterat despicientiam; seu denique arctioris et philosophicæ eujusdam vitæ exercitationem. Sed præ cunctis nostræ ætatis hominibus emittit in eo viro ardentissimum studium sacrarum Litterarum, et in iis rebus quas sibi perficiendas proposuerat indefessa laboris assiduitas ac diligentia; ad hæc singularis in proximos cunctosque qui ad ipsum accesserant beneficentia. Hujus viri reliquas virtutes resque præclare gestas quæ prolixiorum orationem desiderant, jam pridem nos in peculiari opere quod *De ejus vita* conscripsimus, tribus libris complexi sumus. Si qui igitur harum etiam rerum cognoscendarum cupidine tenentur, eos illuc amandasse contenti, impræsentiarum cœptam de martyribus nostris narrationem prosequemur. Secundus post Pamphilum in certamen descendit Valens, Æliæ urbis diaconus, augusta canitie conspicuus, ipsoque aspectu venerabilis senex, qui divinas Scripturas præ cæteris egregie callebat. Eas enim usque adeo fideli memoria complectebatur, ut nihil omnino interesset an ex codice ipso legeret, an eujuslibet Scripturæ integras paginas memoriter recitaret. Tertius inter eos claruit Paulus Jamnitarum oppido oriundus, vir in agendo fervidus et ardore spiritus plenus: qui ante martyrium candentis ferri exustiones perpassus, confessionis coronam retulerat. His biennii spatio in carcere 337 detentis occasionem martyrii præbuit Ægyptiorum iterum fratrum adventus, qui etiam una cum illis martyrio coronati sunt. Hi Ægyptii constitutos in Cilicia confessores, ad usque metalla quæ illic sita sunt, honoris causa erant prosecuti. Cumque in patriam reverterentur, ad ipsas urbis Cæsareæ portas perinde ac priores illi quos supra commemoravi, interrogati a custodibus, viris suoapte ingenio barbaris, quinam et unde perfecti essent, absque ullis ambagibus rem, ut erat,*

Gentiani Herveti apud Lipomanum in mense Februario: *Quinetiam divinarum Scripturarum sciens, ut si quis alius. Eas quidem ita complexus erat memoria, ut a lectione nihil discrepant, quæ memorie mandata ab eo conservabantur sacrosanctorum discipulorum promissiones. Quamquam Herveti interpretatio in eo peccat, quod verbum ἀπομνημονεῦσαι vertit memorie mandare, cum significet memoriter recitare, ut alibi observavi.*

(76) *Ἦν ὑπόθεσις τοῦ μαρτυρίου γίνεται*. Male Christophorusus ὑπέρθεσις rescripsit. Fecellit hominem prava interpunctio, quæ tum in editione Rob. Stephani, tum in manuscriptis codicibus habetur. Certe in vetustissimo codice Maz., post verbum γίνεται apposita est virgula ad caput litteræ. Quod quidem in eo codice interdum fieri observavi. Sed quis non videt totum hunc locum uno ductu legendum esse absque ulla distinctione, hoc modo: ὑπόθεσις τοῦ μαρτυρίου γίνεται Αἰγυπτίων αὐθις ἀδελφῶν ἔφοδος. In codice quidem Medicæ post vocem γίνεται nulla adhibetur distinctio. Codex autem Regius post illud verbum virgulam tantum habet appositam ad pedes litteræ. Gentiani quoque Herveti versio nostram interpretationem confirmat. Sic enim ille vertit: *His in carcere duobus annis contritis, martyrii occasio fuit Ægyptiorum adventus.*

confessi. Protinus tanquam malefici in ipso facinore depreñensi vincuntur. Erant hi numero quinque : qui cum ad tyrannum perducti, coram ipso libere locuti essent, continuo trusi sunt in carcerem. Postridie vero, qui dies erat 16 mensis Peritii, hoc est juxta Romanos ante diem xiv Kalendas Martias, una cum Pamphilo et supradictis ejus sociis ex mandato judici exhibentur. Hic primum quidem Ægyptiorum inexpugnabilem constantiam omni tormentorum genere et variis novarum machinarum adinventionibus experiri aggreditur. Ac principem quidem illorum cum ejusmodi cruciatibus antea exercuisset, quisnam esset primum interrogavit. Postquam vero pro nomine proprio propheticum aliquod vocabulum ex eo audivisset (quippe ipsi indita sibi a parentibus nomina, ideo fortasse quod essent idolorum vocabula, abjecerant): Eliae igitur, et Ieremix atque Isaia, et Samuelis ac Danielis nomina eos sibi asciscentes audire erat, et genuinum ac germanum Israel, qui proprie est eorum qui in occulto sunt Judæi, non solum operibus, sed propriis etiam nominibus exhibentes. Hujusmodi, inquam, nomen cum ex martyre audivisset Firmilianus, nec tamen vim ac virtutem nominis intellexisset, post hæc quænam ei patria esset interrogavit. Ille a priori vocabulo nullatenus discrepantia loquens, Jerusalem sibi patriam esse respondet, illam scilicet Hierusalem intelligens de qua loquitur Paulus : « Superna autem Hierusalem libera est et metropolis omnium nostrum ¹. » Item alio loco : « Accessistis ad montem Sion, et ad civitatem Dei viventis Jerusalem cælestem ². » Et hanc quidem martyr intelligebat. Judæ vero sensu in terram abjecto ac depresso, quænam illa urbs et ubi gentium esset, sollicite inquirebat. **338** Tormenta dehinc adhibuit, ut veritatem eliceret. Sedenim ille manus post tergum retortas pedesque novis quibusdam machinis luxatos habens, verum se dixisse affirmavit. Interrogatus iterum ac sæpius quænam esset illa quam dicebat civitas, et ubi terrarum sita, eo-

¹ Gal. iv. ² Hebr. xii.

(77) *Τούτοις ἔγγυμνάσας τοῖς ἀθλοῖς.* Verbum ἔγγυμνάσας passive hic sumi videtur pro ἔγγυμνασθεῖς. Indicat enim Eusebius Firmilianum judicem in hujusmodi judiciis et quæstionibus tritum atque exercitatum fuisse. Sed cum hoc verbum rursus infra sumatur active, hic quoque eodem modo sumi debet. Prolusiones igitur seu ἀθλα vocat Eusebius, verbera et tormenta. Certe Gentianus Hervetius verbum ἔγγυμνάσας active interpretatus est hoc modo : *Ille autem Ægyptiorum solum periculum fecit ante tormenta, omni ratione eos exercens.*

(78) *Ἦν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαίῳ.* In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savit., legitur τὸν ἐν κρυπτῷ, quam scripturam secutus esse videtur Christophorus; sic enim vertit : *Et germanum ac verum Dei Israel qui Judæus erat in occulto, commonstrare.* Quam tamen interpretationem probare non possum. Quid enim sibi vult *Israel occultus Judæus*? Deinde dixisset Eusebius ἐν κρυπτῷ Ἰουδαίῳ, non autem Ἰουδαίῳ. Alius igitur sensus sit oportet horum verborum. Alludit procul dubio Eusebius ad locum Pauli in *Epist. ad Romanos* cap. ix., ubi Paulus duo genera facit Judæorum, alios ἐν φανερό, alios ἐν κρυπτῷ. Et priores qui-

προσάγουσιν. Ὁς καὶ πρῶτον τῆς τῶν Αἰγυπτίων ἀκαταμαχῆτου ἐνστάσεως, παντοίοις βασάνων εἶδει, μηχανῶν τε ξένων καὶ ποικίλων ἐπινοίαις πείραν λαμβάνει· τὸν μὲν προήγορον ἀπάντων τοῖσι ἔγγυμνάσας τοῖς ἀθλοῖς (77, τίς εἶη, πρῶτον ἤρωτα, εἶτ' ἀντὶ τοῦ κυρίου ὄνοματος προφητικὸν τι ἐπακούσας· τοῦτο δὲ πρὸς αὐτῶν ἐρίγνετο, ἀντὶ τῶν πατρῶθεν αὐτοῖς ἐπιπεφημισμένων εἰδωλικῶν ὄντων εἰ τύχοι, μεταθετικῶν ἑαυτοῖς τὰς προστηρίας· Ἥλιαν γοῦν καὶ Ἰερεμίαν καὶ Ἡσαΐαν τε καὶ Σαμουὴλ καὶ Δανιὴλ, ἤκουες ἂν αὐτῶν ἐπιγραφομένων, καὶ τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαίῳ (78) γνήσιόν τε καὶ εἰλικρινῶς Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ (79) οὐ μόνον ἔργοις, ἀλλὰ φωναῖς κυρίως ἐκπεφομέναις ἐπιδεικνυμένων· τοιοῦτόν τι οὖν πρὸς τοῦ μάρτυρος ὄνομα ἐπακούσας ὁ Φιρμιλιανὸς, οὐ μὴν ἐπιστήσας τῇ τοῦ ῥήματος ὀνόματι, δευτέρον ἦτις αὐτοῦ πατὴρ γένοιτο, ἤρωτα. Ὁ δὲ συνοδὸν τῇ προτέρᾳ δευτέρᾳ ἀφίξει φωνῆν, Ἰερουσαλήμ εἶναι λέγων τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, ἐκείνην δῆρα νοῦν περὶ ἧς εἴρηται τῷ Παύλῳ· « Ἡ δὲ ἔγωγε Ἰερουσαλήμ ἐλευθέρα ἐστὶ, ἦτις ἐστὶν μήτηρ ἡμῶν » καὶ· « Προσεληλύθατε Σιών θρεῖ, καὶ πόλις Θεοῦ ζῶντος, Ἰερουσαλήμ ἐπουρανίῳ. » Καὶ ὁ μὲν ταύτην ἐνόησε, ὁ δ' ἐπὶ χθόνα καὶ χαμαὶ βίψας τὴν διάνοιαν, ἦτις αὐτῇ εἶη καὶ ποῖ γῆς κειμένη, ἀκριβῶς ἐπολυπραγμόνει, εἶτα καὶ βασάνους ἐπῆγεν, ὡς ἂν τὰ τῆς ὁμολογίᾳ· ὁ δὲ στρεβλοῦμενος κατόπιν τῷ χεῖρι, καὶ τοῖν ποδοῖν μαγγάνοις τιτὰ ξένοις διακλώμενος, ἀλγῆς εἰπεῖν ἀπίσχυριζέτο. Εἶτα πάλιν πολλάκις ἐρωτώμενου τίς εἶη καὶ ποῖ κειμένη ἦν δὴ φράζει πάλιν, μόνων εἶναι τῶν θεοσεβῶν ταύτην ἔλεγε πατρίδα· μὴ γὰρ ἐτέροις ἢ τοῖσι μόνοις, αὐτῆς μετεῖναι, κείσθαι δὲ πρὸς αὐταῖς ἀνατολαῖς καὶ πρὸς ἀνίσχοντι ἡλίῳ· ὁ μὲν πάλιν διὰ τούτων κατὰ τὸν ἴδιον νοῦν ἐφιλοσόφει, μηδαμῶς τῶν ἐν κύκλῳ βασάνοις αὐτὸν αἰκισσόμενων ἐπιστροφῆν ποιούμενος, ἄσαρκος δ' ὡσπερ καὶ ἀσώματος, οὐδ' ἐπατεῖν δοκῶν τῶν ἀλγηδόνων· ὁ δ' ἀπορούμενος ἐσφάδαζεν, ἐχθρὰν καὶ Ῥωμαίοις πολεμίαν πάντως πού συστήσασθαι πάλιν Χριστιανὸς οἰόμενος· πολὺς τε ἦν ταύτην ἀνερευῶν, καὶ τῆ-

dem illos, non esse veros Judæos affirmat, quippe qui corporales tantum legis ceremonias observent; posteriores vero ait esse veros Judæos, qui corde sint circumcisi, non carne. Vide Origenem in capite i *Philocaliæ*. Ita certe hunc Eusebii locum accipit Metaphrastes. Sic enim habet ejus versio auctore Gentiano Herveto : *Ut qui Eliam et Jeremiam, Isaiam, Samuelem et Danielelem ipsi seipsos nominarent; et qui est in occulto Judæum et germanum Israelitam, non solum factis, sed etiam vocibus proprie enuntiatis indicarent.* Ex quibus apparet in Græco exemplari quo usus est Hervetus, scriptum fuisse τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαίῳ. Quæ lectio melior mihi videtur.

(79) *Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ.* Duæ postremæ voces absunt a codice Mediceo, nec habentur in collectione Simeonis Metaphrastæ, ut ex Herveti interpretatione colligitur. Sane cum Israel Hebraice idem sit quod videns Deum, nihil opus est addere τὸν Θεοῦ. Ait igitur Eusebius, Ægyptios illos qui Israelitarum seu Judæorum nomina sibi indiderant, verum ac germanum Israelæm, et illum qui in abscondito est Judæum, tam factis ipsis quam nominibus exhibuisse.

δηλωθεῖσαν χώραν κατ' ἀνατολὰς ἐξετάζων. Ὡς δ' ἐπὶ πλεῖον μάλιστα τὸν νεανίαν καταξήνας παντοίαις τε τιμωρησάμενος βασάνοις, ἀπαράλλακτον τὴν ἔνστασιν τῶν πρότερον αὐτῷ ῥηθέντων ἐγίγνωσκε, τὴν ἐπὶ θανάτῳ κατ' αὐτοῦ κεφαλικὴν ἐκφέρει ψῆφον. Τοσαύτην μὲν οὖν τὰ κατὰ τοῦτον δραματούργιαν εἰλήχει. Καὶ τοὺς λοιποὺς δὲ τοῖς παραπλησίοις ἄλλοις ἐγγυμνάσας, τὸν ὅμοιον ἀπαλλάττει τρόπον. Εἶτ' ἀποκαμῶν, διαγνοὺς τε εἰς μάτην τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀνδράς, ἐπιθυμίας κόρον λαβῶν (80), ἐπὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Πάμφιλον μέτεισιν, ἀναδιδαχθεὶς τε ὡς ἦδη καὶ πρότερον διὰ βασάνων ἀμετάθετον ἐνεδείξαντο τὴν ὑπερ τῆς πίστεως προθυμίαν, ἀνερωτήσας εἰ ἄρα εἰσέτι κἂν νῦν πειθαρχοῖεν, δεξιμένους τε αὐτὸ μόνον παρ' ἐνὸς ἐκάστου τὴν τελευταίαν αὐτῶν τῆς κατὰ τὸ μαρτύριον ὁμολογίας φωνήν, τὴν αὐτὴν τοῖς προτέροις ἐπάγει τιμωρίαν. Τούτων ἐπὶ πέρας ἀχθέντων, μειράκιον τῆς οικειτικῆς ὑπάρχον τοῦ Παμφίλου θεραπείας (81), οἷα γησιζ ἀνατροφή καὶ παιδεία τοῦ τριλοῦτου συνησχημένον ἀνδρὸς, ὡς ἔργω τὴν κατὰ τοῦ δεσπότης ψῆφον, ἀπὸ μέτης τῆς πληθούς ἀναθοῶ, γῆ τὰ σώματα παραδοθῆναι ἀξιῶν. Ὁ δ' οὐκ ἐνθροῦπος, ἀλλὰ θῆρ καὶ εἶ τι θηρὸς ἀγριώτερον, μήτε τῷ τῆς ἡλικίας ἀπονεΐμας νέψ συγγνώμην, αὐτὸ μόνον ὡς ἐρωτήσας ὁμολογοῦντα Χριστιανὸν ἔμαθεν, ὥσπερ ὑπὸ τινος τρωθεὶς βέλους, οἰδήσας τὸν θυμὸν, ὄλη δυνάμει τοῖς βασανισταῖς χρῆσθαι κατ' αὐτοῦ προστάττει. Ὡς δ' ἐπιχειλουμένου θύειν ἀνανεύοντα αὐτὸν ἐώρα, οὐκέθ' ὡς σάρκας ἀνθρώπου, ἀλλ' ἦ λίθους ἢ ξύλα, ἧ τι τῶν ἄλλων ἀψύχων, ἄχρις αὐτῶν ὀστέων καὶ τῶν ἐν βῆθει καὶ ἐν μυχοῖς σπλάγγων παραμόνωσ καταξίνεσθαι κελεύει. Εἰς μακρὸν δὲ τούτου γινομένου, μάτην ἐγγεῖρειν διέγνω, ἀφόνου καὶ ἀνεπαισθήτου, μικροῦ δὲ δεῖν καὶ πάντη ἀψύχου τοῦ σώματος αὐτῷ ταῖς βασάνοις κατατριβομένου. Παράμονον δὲ τὸ ἀνηλεές καὶ ἀπάνθρωπον κεκτημένος, εὐθύς ὡς εἶχε μακρῷ πυρὶ παραδοθῆναι (82) αὐτὴν ἀποφαίνεται. Καὶ οὗτος μὲν, πρὸ τῆς τοῦ κατὰ σάρκα δεσπότητος τελειώσεως, ὕστατος ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρελθὼν, τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγὴν προῦλαβεν, εἰτι διαμελλόντων τῶν περὶ τοὺς προτέρους ἐσπουδαχόντων. Ἦν

rum duntaxat qui veri Dei cultores essent hanc esse patriam respondit. Neque enim aliis præterquam istis hujus civitatis jus competere : ipsam porro ad Orientem et juxta ipsum exsurgentis solis cubile positam esse. Et martyr quidem rursus in hunc modum juxta sensum suum philosophabatur, nullatenus intentus iis qui tormentis ipsum undique excruciabant. Sed tanquam carnis expers et corporis, ne minimo quidem dolorum sensu affici videbatur. Judex vero dubius atque anceps animo æstuabat, ratus Christianos urbem aliquam æmulam atque infensam Romanis alicubi condituros esse. Proinde multum laborabat ut eam pervestigaret, et Orientis regionem quam martyr dixerat indagaret. Verum ubi fortissimum virum post flagrorum verbera quibus eum laniaverat, et post cujusquemodi tormentorum cruciatus, stabilem atque immotum in iisdem quæ prius dixerat perseverare intellexit, capitali eum sententia damnavit. Et res quidem hujusce martyris, hunc veluti cujusdam tragœdiæ actum atque exitum habuerunt. Reliquos deinde cum haud dissimilibus proclusionibus exercuisset, pari quoque genere mortis exstinxit. Fessus deinde, frustra eum eos homines excruciaci ab se cernens ; cum cupiditatis suæ satietas ipsum cœpisset, ad Pamphilum ejusque socios transit. Et quoniam compertum habebat, eos pro fidei suæ defensione alacritatem nullam vi tormentorum expugnabilem jam antea ostendisse, interrogavit illos utrum vel nunc tandem præceptis imperialibus parere vellent. Cumque nihil aliud a singulis elicere potuisset præter ultimam illam quæ in martyrio sit confessionem, eodem cum superioribus supplicio eos affecit. His ita gestis, adolescens quidam ex familia Pamphili, utpote in convictu ac disciplina tanti viri liberaliter educatus, simul atque sententiam in dominum suum latam esse cognovit, e medio turbæ exclamans, ut mortuorum cadavera sepulturæ saltem traderentur postulavit. At judex, non hominis sed belluæ potius, aut si quid etiam bellua tetrius est, dignus nomine 339 nullam ætati veniam impertiens, postquam

(80) Ἐπιθυμίας κόρον λαβῶν. Intelligere videtur eam qua flagrabat Firmilianus cupiditatem, noscendi ex martyribus Ægyptiis, ubinam esset illa Jerusalem quam sibi patriam esse dicebant. Ex quo, ut id obiter moneam, satis apparet id quod in superioribus libris observavi, Jerusalem tunc in terris Firmilianus fuisse. Alioquin non tantopere æstuasset Firmilianus, qui præses erat Palæstinæ, ut Hierosolymæ situm ex martyribus illis cognosceret. Vox tamen ἐπιθυμία nescio an hoc sensu sumi possit quem dixi. Certe hic locus obscurus est, ac, ni fallor, mendosus. Proinde Simeon Metaphrastes cum hæc ex Eusebio describeret, voces istas consulto prætermisit.

(81) Μειράκιον τῆς οικειτικῆς... τοῦ Παμφίλου θεραπείας. Hoc loco quedam addit Simeon Metaphrastes, quæ hic merentur ascribi : *Nondum autem dictum universum absolvetur, et aliunde exclamat quidam adolescens ex familia Pamphili ; et ex media turba accedens in medium eorum qui circumstantebant judicium, alta voce corpora eorum petiit*

D sepulturæ mandari. Is autem erat B. Porphyrius, Pamphili vernula, nondum totos octodecim annos natus ; recte scribendi scientia peritus ; modestia vero morum has laudes celans, ut qui a tali viro fuisset institutus.

(82) Μακρῷ πυρὶ παραδοθῆναι. Christophorus legisse videtur μαλθακῷ. Sic enim verit : *Confestim igni pedetentim exurdescente et remisso comburi decernit.* Herveus quoque ita interpretatus est : *Pronuntiat sententiam ut tradatur molli et lento igni.* Idque confirmant sequentia Eusebii verba. Ait enim Porphyrium palo affixum fuisse, et procul ab ipso rogi in circuitu accensum esse ; ut scilicet martyr lento igne consumeretur. Idem legitur in *Passione Plonii* et aliorum martyrum. Eodem sensu μακρὸν πῦρ iterum usurpat Eusebius infra ubi de Juliano. Porro notandum est, tam Porphyrium quam Julianum catechumenos fuisse. Docet id Metaphrastes his verbis : *Duo quidem qui erant inter eos catechumeni, consummati sunt baptismi ignis.*

interrogatum juvenem Christianum esse ex ipsius confessione didicisti, statim quasi telo aliquo sauciatus intumuit, mandavitque tortoribus, ut totis viribus in adolescentem sævirent. Post hæc sacrificare eum jubens, cum renuentem videret, prorsus quasi saxum aliquod aut lignum aliudve quid sensu destitutum, non hominis corpus feriret, adolescentis latera ad ipsa usque ossa et intimos viscerum recessus absque ullis induciis sulcari præcepit. Quod cum diutius fieret, iudex adolescentem toto licet corpore tormentis conscisso, nec vocem edere, nec sensu ullo doloris tangi, et quasi inanem perstare videns, frustra se laborare intellexit. Nihilominus in pristina semper sævilita et immanitate perseverans, statim illum eo quo erat habitu, ingenti rogo cremari præcepit. Et hic quidem licet postremus in stadium ingressus, tamen ante temporalem dominum suum ex hac vita digredi occupavit: cum ii qui priores illos expugnare studebant, adhuc moram traherent. Itaque Porphyrium (hoc enim ei nomen fuit) cernere licebat, instar nobilis athletæ qui in sacro certamine decertans pammachio victoriam reportavit; corpore quidem pulverulento ac sordido, vultu autem hilari et confidenti animo post tot cruciatus ad mortem incedentem; prorsus divino Spiritu repletum, et habitu philosophico; uno scilicet quod habebat pallio in modum exomidis contextum; et tranquillo ac sedato animo familiaribus suis quæcunque volebat mandantem atque innuentem: in ipso denique palo adhuc serenitatem oris retinentem. Quin etiam cum rogas satis longo ab ipso intervallo circumquaque accensus fuisset, ipse hinc inde flammam ore atrahebat: nec post unicam illam vocem quam cum flamma ipsum contingere cœpisset, protulit, Jesum scilicet Filium Dei adiutorem sibi invocans, quidquam locutus est: fortissime ad extremum usque spiritum in silentio perseverans. Huiusmodi certamen Porphyrii fuit. Cujus consummationem cum confessor quidam nomine Seleucus, qui olim miles fuerat, Pamphilo renuntiasset, confestim utpote talis nuntii minister, eorum sorti meruit adjungi. Quippe vix mortem Porphyrii nuntiaverat et unum ex martyribus osculo salutarat, cum subito milites correptum **340** eum deducunt ad præsidem. Qui perinde ac si Seleucum urgere vo-

(83) Vulg. *μετὰ μίαν τε ἦν*, etc. Scribendum est *μετὰ μίαν γε*. Quia emendatione nihil certius.

(84) *Τῶν τῆς θεοσεβείας ἀσκητῶν*. Male Christophorus *monachos* intellexit. Neque enim tunc temporis ulli adhuc erant monachi; aut si qui erant, longe ab illis distabant ascetæ. Nam monachi, ut nomen ipsum indicat, solitudinem sectabantur. Ascetæ vero in mediis versabantur urbibus. Quicunque igitur ex Evangelii præceptis severiorem vitam instituerant, et cuncta propter Deum reliquerant, ascetæ dicebantur. Sic Petrus quidam asceta, et virgo ascetria nominatur supra in hoc Eusebii libro. Quos si quis monachos nominare vellet, is procul dubio falleretur. Certe Hieronymus disertè testatur, nullum in Palæstina monachum fuisse ante Hilarionem. Atqui Petrus ille

δὲ ἄρα τὸν Πορφύριον ἰδεῖν, ἱερονίκου διαθέσει πάμαχον νενικηκότος, κεκομισμένον μὲν τὸ σῶμα, φαιδρὸν δὲ τὸ πρόσωπον, θαρσαλέω φρονήματι καὶ γαίρω μετὰ τοσαῦτα τὴν ἐπὶ θανάτῳ βαδίζοντα, καὶ θεῶν Πνεύματος ὡς ἀληθῶς ἐμπλεων, αὐτοῦ τε φιλοσόφῳ σχήματι μόνῳ τῷ περὶ αὐτὸν ἀναβολαίῳ ἐξωμίδος τρόπον ἡμφιεσμένον, νηραλέῳ τε λογισμῷ περὶ ὧν ἐβούλετο τοῖς γνωρίμοις ἐντελλόμενον καὶ διανεύοντα, ἐπ' αὐτῷ τε ἰκρίῳ τὸ πρόσωπον ἔτι φαιδρὸν διατρούοντα, ἀλλὰ καὶ ἀφθείσης ἕξ ἀπὸ μακροῦ ἀποστήματος κύκλῳ περὶ αὐτὸν τῆς πυρᾶς, ἐνθὲνδε κάκειθεν ἀφαρπάζοντα τῷ στόματι τὴν φλόγα, γενναϊοτάτα τέκε ἐσχάτην ἀναπνοὴν ἐγκαρτεροῦντα τῇ σιωπῇ, μετὰ μίαν γε ἦν (83) ἅμα καταψαμέντης αὐτοῦ τῆς φλογὸς ἀπέβρηξε φωνῆν, τὸν Ἰὼν τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦν βοηθὸν ἐπιδοῦμένον. Τοιοῦτος καὶ ὁ Πορφυρίου ἄθλος. Τῆς δὲ κατ' αὐτὸν τελειώσεως ἄγγελος τῷ Παμφίλῳ γενόμενος Σέλευκος, τῶν ἀπὸ στρατείας τις ὁμολογητῆς, οἷα τηλικαύτης ἀγγελίας διάκονος, τοῦ οὖν αὐτοῖς παραχρῆμα κλήρου καταξιοῦται. Αὐτίκα γάρ τοι αὐτὸν διαγγελλαντα τὸ τοῦ Πορφυρίου τέλος, τῶν τε μαρτύρων ἕνα δὴ τινα φιλήματι προσσιπτόντα, ἐπιλαδόμενα στρατιῶταί τινες, ἄγρουν ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα. Ὁ δὲ ὡσπερ ἐπισπέρχων αὐτὸν τῷ προτέρῳ συναπὸδρμον τῆς εἰς οὐρανοὺς γενέσθαι πορείας, αὐτίκα κεφαλικῇ τιμωρίᾳ κολασθῆναι προστάττει. Οὗτος ἦν μὲν ἀπὸ τῆς Καππαδοκίῶν γῆς, τῆς δ' ἐν στρατείας ἐπιλέκτου νεολαίας, καὶ τῶν ἐν Ῥωμαϊκοῖς ἀξιώμασιν οὐ μικρὰς τιμῆς ἐπειλημμένος, ἠλικία τε γὰρ καὶ δῶμῃ σώματος, μεγέθει τε καὶ ἰσχύϊ, παρὰ πλεῖστον ὅσον τὸς συστρατιώτας ἐπλεονέκτει, ὡς καὶ τὴν πρόσῳν αὐτῷ περιβόητον τοῖς πᾶσιν εἶναι, καὶ τὸ πᾶν εἶδος ἀξιάγαστον, μεγέθους ἕνεκα καὶ εὐμορφίας. Καταρχὰς μὲν οὖν τοῦ διωγμοῦ, διὰ μαστίγων ὑπομονῆς τοῖς κατὰ τὴν ὁμολογίαν διαπρέψας ἄγως, μετὰ δὲ τὴν τῆς στρατείας ἀπαλλαγὴν, ζηλωτὴν ἑαυτὸν καταστήσας τῶν τῆς θεοσεβείας ἀσκητῶν (84), ὄρφανῶν ἐρήμων καὶ χηρῶν ἀπεριστάτων (85), τῶν τε ἐν πενίαις καὶ ἀσθενείαις ἀπερρίμμένων ἐπίσκοπος ὡσπερ καὶ ἐπίκουρος, πατρὸς καὶ κτηδεμόνος οἰκῆν ἀναπέφρανται, θθεν δὴ εἰκότως πρὸς τοῦ τοῖς τοιοῖσδε (86) μάλλον τῶν διὰ καπνοῦ καὶ αἵματος θυσῶν χαίροντος Θεοῦ τῆς κατὰ τὸ μαρτύριον παραδόξου κλήσεως ἤξειώθη. Δέκατος οὗτος ἀθλητῆς ἐπὶ τοῖς δεδηλωμένοις, ἐν μᾶ καὶ τῇ αὐτῇ τετελειώτο ἡμέρᾳ, καθ' ἣν, ὡς εἶοικε, μεγίστης τῷ Παμφίλῳ

asceta diu ante Hilarionem vixit in Palæstina.

(85) *Χηρῶν ἀπεριστάτων*. Eadem voce utitur Eusebius in lib. x, cap. 4, et in lib. i *De vita Constantini*, cap. 36. Sic etiam Joannes Chrysostomus *homilia 21 in Actis apostolorum*, pag. 202, dicit *περιστήσον χήρας*, id est, *opitulare viduis*.

(86) Vulg. *πρὸς τοῖς τοιοῖσδε*. Non habito quin scribendum sit distinctis vocibus *πρὸς τοῖς τοιοῖσδε*, etc. Quid enim apertius his verbis: *πρὸς τοῖς τοιοῖσδε χαίροντος Θεοῦ, τῆς μαρτυρίου κλήσεως ἤξειώθη*. Id tamen non vidit Christophorus. Ita certe legisse Simeonem Metaphrastem, ex versione Herveti colligitur: *Quamobrem merito Deo his magis lætante quam quæ per fumum et sanguinem fuit sacrificiis, dignus fuit habitus consummationis quæ fit per martyrium*.

μαρτυρίῳ ἐπαξίως τοῦ ἀνδρὸς διανοιχθείσης πύ-
λης, εὐμαρῆς ἅμ' αὐτῷ καὶ ἑτέροις ἡ πάροδος τῆς
εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰσόδου γεγένηται.
Κατ' Ἰχνη δῆτα τῷ Σελεύκῳ (87) Θεόδουλος σεμνός
τις καὶ θεοσεβῆς πρεσβύτης, τῆς ἡγεμονικῆς τυγχά-
νων οἰκετίας, τετιμημένος τε παρὰ τῷ Φιρμιλιανῷ
πλέον τῶν κατὰ τὸν οἶκον ἀπάντων, τοῦτο μὲν τῆς
ἡλικίας ἔνεκεν, καὶ τῷ τριγενεῖας πατέρα καθεστά-
ναι, τοῦτο δὲ δι' ἦν ἔσωζε περὶ αὐτὸν εὐνοίαν καὶ
πιστοτάτην συνείδησιν, τὸ παραπλήσιον τῷ Σελεύκῳ
διαπραξάμενος, προσαχθεὶς τῷ δεσπότῃ καὶ μᾶλλον
αὐτὸν τῶν πρότερον ὀδύνας, ταῦτ' οὗ σωτηρίου μαρ-
τύριον πάθους σταυρῷ παραδοθεὶς κατεδέξατο. Ἐπὶ
τούτοις ἐνδὲς ἔτι λείποντος, ὃς τὸν δωδέκατον ἀπο-
πλήξοι τοῖς δηλουμένοις μάρτυσιν ἀριθμὸν, Ἰου-
λιανὸς παρῆν τοῦτον ἀποπληρώσων· ἐξ ἀποδηγίας
γέ τοι ἀφικόμενος αὐτίκα, καὶ μηδ' εἰσβαλὼν πω τῇ
πόλει, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ μαθὼν καὶ ὀρ-
μήσας ἐπὶ τὴν μαρτύρων θέαν, ὡς ἐπὶ γῆς χαμαὶ τὰ
τῶν ἀγίων εἶδε σκηνώματα, χαρᾶς ἐμπλεως γεγονῶς,
ἐκάστῳ περιπλακείς, τοὺς πάντας ἀσπάζετο. Τοῦτο
ποιούσιντα συλλαβόντες αὐθις οἱ τῶν φόνων διάκονοι,
προσάγουσι τῷ Φιρμιλιανῷ. Ἀκόλουθα δ' αὐτῷ ἐπι-
τελῶν, μακρῷ καὶ τοῦτον πυρὶ παραδίδωσιν. Οὕτω
δῆτα καὶ Ἰουλιανὸς σκιρτῶν καὶ ὑπερβαλλόμενος,
μεγάλῃ τῇ φωνῇ τῷ τηλικούτων αὐτὸν ἀξιώσαντι
Κυρίῳ ὑπερευχαριστῶν. τοῦ τῶν μαρτύρων κατη-
ξιώθη στεφάνου. Ἦν δὲ οὗτος τὸ μὲν κατὰ σάρκα
γένος Καππαδοκῶν, τὸν δὲ τρόπον εὐλαθέστατος καὶ
πιστότατος καὶ γνησιώτατος, σπουδαῖός τε τὰ ἄλλα
πάντα, καὶ πνέων αὐτοῦ ἀγίου Πνεύματος. Τοιοῦτο
τῆς συνοδίας τὸ στίχος τῶν ἅμα Παμφίλῳ συνεισελ-
θεῖν ἐπὶ τὸ μαρτύριον ἀξιοθέντων. Τούτων ἐπὶ τέσ-
σαρας ἡμέρας τοσαύτας τε νύκτας, ἐκ προστάξεως
ποῦ δυσσεβοῦς ἡγουμένου, τὰ ἱερά καὶ ὄντως ἅγια
σώματα εἰς βορᾶν τοῖς σαρκοβόροις ἐτηρεῖτο. Ὡς
δ' οὐδὲν αὐτοῖς παραδόξως, οὐ θηρίον, οὐ πτηνόν, οὐ
κυνὸν προσεπέλαζεν, αὐθις ἐξ οἰκονομίας τῆς τοῦ
θεοῦ προνοίας ἀβλαβῆ ἡφθέντα, τῆς τε προσκούσης
κηδείας λαχόντα, τῇ συνήθει παρεδόθη ταφῇ. Ἐτι δὲ
τῆς κατὰ τοῦτους κινήσεως ἀνά στόμα τοῖς πᾶσι λα-
λουμένης, Ἀδριανὸς καὶ Εὐβουλος, ἀπὸ Μαγγαναίας
αὐτῶ καλουμένης χώρας ὡς τοὺς λοιποὺς ὁμολογητὰς
εἰς τὴν Καισάρειαν ἀφικόμενοι, πρὸς τῇ πύλῃ καὶ
αὐτοὶ δι' ἦν ἐληλύθασιν ἀνεκρίνοντο αἰτίαν· εἶτα
ὁμολογήσαντες ἀληθῆς, τῷ Φιρμιλιανῷ προσάγον-
ται. Ὁ δ' ὡς εἶχε, πάλιν μηδὲν ὑπερθέμενος, μετὰ
πλείστας βασάνους ἅς κατὰ τῶν πλευρῶν αὐτοῖς ἐπι-
τέθεικε, θηρίων αὐτοὺς βορᾶ κατακρίνει. Δυσὲν δὲ
οὖν μεταξὺ διελευσῶν ἡμερῶν, ὃ μὲν Ἀδριανὸς Δύ-
στρου πέμπτη μηνός, πρὸ τριῶν Νύκτων Μαρτίων,
γενεθλίων τῆς κατὰ Καισαρέων νομιζομένης τύ-
χης (88) ἡμέρα, λένοντι παραβληθεὶς, καὶ μετὰ τοῦ-

(87) Vulg. κατ' Ἰχνη δὲ ταῦτα τῷ Σελεύκῳ.
Sic ex codice Regio edidit Stephanus. Sed longe
rectior est scriptura codd. Maz. et Fuk. κατ' Ἰχνη
δῆτα τῷ Σελεύκῳ, etc. In Med. quidem exemplari
legitur κατ' Ἰχνη δὲ ταῦτα.

(88) Τῆς κατὰ Καισαρέων... τύχης. Singulæ
olim urbes suos genios habebant, quibus templa

luisset, ut Porphyrio ad cælum tendenti se itineris
comitem adjungeret, statim illum capitali supplicio
plecti jussit. Hic ex Cappadocia oriundus, inter
lectos Romanæ militia juvenes non mediocrem
honoris gradum erat adeptus. Nam cum ætatis
flore, tum proceritate corporis ac robore cæteros
commilitones longe anteibat, adeo ut forma ipsius
crebris hominum sermonibus celebraretur, et totius
corporis species tum ob proceritatem, tum ob ve-
nustatem admirationi esset. Ac sub initia quidem
persecutionis, flagrorum verbera perpessus in con-
fessionis stadio inclaruerat. Post depositam vero
militiam, æmulatus eos qui divinæ pietatis studiis
atque exercitationibus se totos dederunt, pupillis
ac viduis omni ope ac patrocinio destituit, egenis
B quoque et infirmis, instar patris cujusdam aut
curatoris, inspectorem se atque adiutorem exhibuit.
Unde ab eo qui hujusmodi operibus magis quam
victimarum nidore et sanguine delectatur, admira-
bilem martyrii vocationem promeruit. Porro deci-
mus hic athleta, post omnes supra memoratos eo
ipso interfectus est die, quo maxima cæli porta
Pamphili martyrio, ut credi par est, reserata, faci-
lis tum ipsi Pamphilo, tum ejus sociis in regnum
cælorum aditus patere videbatur. Post hæc Theo-
dulus quidam, gravis et religiosus senex, unus ex
præsidis familia, et ab ipso Firmiliano præ cunctis
domesticis honoratus, partim ob senectutem, et
quod tertiæ jam stirpis nepotes haberet, partim ob
sinceram fidem et benevolentiam quam ipsi perpe-
tuo præstiterat, cum iisdem vestigiis insistens, idem
C ac Seleucus gessisset, deductus ad dominum, magis
ipsum quam cuncti superiores exacerbavit. Statim-
que in crucem actus, eodem quo Servator nosier mar-
tyrio defunctus est. Cum unus adhuc deesset qui in
supradictis martyribus duodecimi numerum imple-
ret, adfuit post omnes Julianus eum numerum exple-
turus. Qui cum peregre advenisset, necdum ad
locum ipsum accessisset, simul atque de martyrum
cæde audivit, statim ut erat, de via concito cursu ad
id spectaculum contendit. Cumque sanctorum cada-
vera humi jacentia vidisset, 341 gaudio diffusus,
singulos complexus honorifice salutavit. Quo in faci-
nore comprehensus a militibus qui cædium ministri
erant, perducitur ad Firmilianum. Qui a solita
D crudelitate nequaquam desciscens, ingenti rogo
eum comburi præcepit. In hunc modum Julianus,
gestiens ac præ lætitia exsilens, et clara voce Do-
mino qui tanto honore ipsum affecisset gratias
agens, martyrii coronam adeptus est. Erat hic Ju-
lianus patria quidem Cappadox, moribus vero
religiosissimus, et fidei sinceritate atque integritate
conspicuis. Idem in omnibus rebus gnavus ac stre-

erant exstructa, quæ τυχεῖα vocabantur. Sic Ty-
cheum Gazæ memorat Marcus in *Vita Porphyrii*.
E. Tycheum Alexandriæ, cujus sit mentio in Codice
Theodosii, et apud Libanum in descriptionibus quas
nuper edidit doctissimus vir Leo Allatii. Templum
quoque genii Antiochensium nominatur a Juliano
in *Misopogone*, cujus locum supra citavi, et ab

nous, ipsoque sancti Spiritus numine erat plenus. A Hujusmodi fuit manipulus eorum qui in subeundo martyrio comites Pamphili esse meruerunt. Quorum sacrosancta cadavera, jussu quidem impii præsidis per quatuor continuos dies totidemque noctes additis militaribus excubiis exposita sunt, ut a carnivoris bestiis laniarentur. Sed cum præter omnium expectationem, nec fera, nec volueris ulla, nec canis ad ea accederet, laudem divina ordinante Providentia integra atque illæsa asportata sunt, omnique funebri cultu, ut par erat, ornata et curata, consuetæ tradita sunt sepulturæ. Cum autem motus ac furor præsidis adversus supradictos martyres adhuc in ore omnium versaretur, Adrianus et Eubulus ex regione Manganæa Cæsaream ad reliquos confessores profecti, in ipso civitatis introitu perinde ac cæteri interrogati sunt, cujus rei die mensis Dystri, id est, ante diem tertium Nonas Martias, quo die natalis genii publici, ut gentiles existimant, apud Cæsaream celebratur, leoni objectus: ac deinde gladio transfixus martyrium consummavit. Eubulus vero perendie, ipsis Nonis Martiis, quod est septimo die mensis Dystri, cum judex enixe ipsum rogasset, ut, oblato diis sacrificio, libertatem, prout ipsi existimant, consequeretur, gloriosam mortem pro pietate toleratam huic caducæ vitæ anteponeus, post bestias non secus ac prior jugulatus, Cæsariensium martyrum certamina ultimus obsignavit. Operæ pretium quoque 342 fuerit hoc loco commemorare, quemadmodum divini Numinis providentia impios illos præsides simul cum ipsis tyrannis ulta est. Etenim Firmilianus qui martyribus Christi adeo contumeliose insultaverat, cum aliis extremo supplicio addictus, capite truncatus est. Et hæc quidem sunt martyria quæ in urbe Cæsarea toto persecutionis tempore perpetrata sunt.

CAPUT XII.

De Ecclesiarum præsibus.

Jam vero quæ hoc temporis spatio et posthæc B circa Ecclesiarum præsides gesta sint; quemadmodum ex pastoribus rationalis Christi gregis quem non rite ac legitime gubernaverant, eos curatores camelorum, animalis bruti et suapte natura tortuosi, divina justitia, utpote tali officio dignos constitui permiserit; et ad alendos imperatoris

Amm. Marcellino. Sed et Cæsareæ in Cappadocia genius suum templum habuit, de quo Gregor. Naz. in *Invectiva* 1 in *Julianum*, pag. 91, et in orat. 19, pag. 309. Quibus in locis interpretes fortunam verum constanti errore. Atqui, ut cæteros taceam, Charisius ipsos docere poterat, τὴν τύχην geniū esse.

(89) Ὅσα δὲ ἐπὶ τούτοις κατὰ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον. Hæc verba satis obscura sunt. Christophorus quidem de persecutionis tempore ea intellexit, cui non accedo. Loquitur enim Eusebius de iis quæ acciderunt cum jam persecutionis furor paulatim resedisset. Igitur ἐπὶ τούτοις idem valet ac postea, ut loqui solet Eusebius tum alibi passim, tum infra in hoc capite, cum dicit, τὰς τε ἐπὶ τούτοις φιλαρχίας. Verba autem illa quæ sequuntur κατὰ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον, designant totum illud tempus quod interjectum est ab initio persecutionis, usque ad ejus annum septimum, ut in capite sequenti docet Eusebius. Scribo igitur ἐπὶ τούτοις, κατὰ τε τὸν ἐν μέσῳ χρόνον, etc.

(90) Vulg. κατὰ τε τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν προσετώτας. Delenda est particula τε, quæ non hoc loco,

τον ξίφει κατασφαγείς ἐτελείωθη, ὁ δὲ Εὐβουλος μεθ' ἐτέραν μέσην, Νώνναις αὐταῖς Μαρτίαις ἢ γένου' ἂν ἐβδόμη Δύστρου, πολλὰ λιπαρήσαντος αὐτὸν τοῦ δικαστοῦ, ὡς ἂν θύσας τῆς νομιζομένης παρ' αὐτῶν ἐλευθερίας τύχη, τῆς προσκαίρου ζωῆς τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας εὐκλεῆ προτιμήσας θάνατον, μετὰ τοὺς θήρας ὁμοίως τῷ προτέρῳ θῦμα γενόμενος, ὕστατος τῶν ἐπὶ τῆς Καισαρείας μαρτύρων τοὺς ἄλλους ἐπεσφραγίσαστο. Μνημονεύσαι δ' ἔτι ἄξιον ἐνταῦθα τοῦ λόγου ὡς ἄρα εἰς μακρὸν τῆς οὐρανίου προνομίας τοὺς δυσσεβεῖς ἄρχοντας αὐτοῦς τυράννους μετελθοῦσης. Ὁ γὰρ τὰ τοσαῦτα κατὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων παροινήσας, αὐτὸς δὴ ὁ Φιρμιλιανὸς, μετὰ τῶν ἄλλων ἐσχάτην ὑπομείνας τιμωρίαν, ξίφει τὴν ζωὴν καταστρέφει. Καὶ τὰ μὲν κατὰ Καισάρειαν ἐφ' ὅλοις τοῖς τοῦ διωγμοῦ χρόνοις ἐπιτελεσθέντα μαρτύρια τοιαῦτα.

dilatione usus, post crebra unguarum verbera quibus latera eorum sulcaverat, eos ad bestias damnavit. Biduo igitur interjecto, Adrianus quidem quibus die mensis Dystri, id est, ante diem tertium Nonas Martias, quo die natalis genii publici, ut gentiles existimant, apud Cæsaream celebratur, leoni objectus: ac deinde gladio transfixus martyrium consummavit. Eubulus vero perendie, ipsis Nonis Martiis, quod est septimo die mensis Dystri, cum judex enixe ipsum rogasset, ut, oblato diis sacrificio, libertatem, prout ipsi existimant, consequeretur, gloriosam mortem pro pietate toleratam huic caducæ vitæ anteponeus, post bestias non secus ac prior jugulatus, Cæsariensium martyrum certamina ultimus obsignavit. Operæ pretium quoque 342 fuerit hoc loco commemorare, quemadmodum divini Numinis providentia impios illos præsides simul cum ipsis tyrannis ulta est. Etenim Firmilianus qui martyribus Christi adeo contumeliose insultaverat, cum aliis extremo supplicio addictus, capite truncatus est. Et hæc quidem sunt martyria quæ in urbe Cæsarea toto persecutionis tempore perpetrata sunt.

Ἄσα δ' ἐπὶ τούτοις κατὰ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον (89) ἐπιτελεσθῆναι συμβέβηκε κατὰ τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν προσετώτας (90), ὡς ἀντὶ ποιμένων τῶν λογικῶν τοῦ Χριστοῦ προβάτων ὧν οὐκ ἐνθέσμως προσήσταν, καμῆλων ἀλόγου καὶ τῆ τοῦ σώματος φύσει σκολιωτάτου ζώου φροντιστάς (91) αὐτοὺς, ὥσπερ ἐπὶ τούτων ἀξίους ἢ θεῖα κατακρίνασα δίχη προσετήστω,

sed superiore linea collocanda est, ut jam dixi. Mallum etiam scribere, περὶ τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν προσετώτας. Id enim mihi videtur elegantius: ὅσα ἐπιτελεσθῆναι συμβέβηκε περὶ τοὺς, etc. Id est ad verbum, quæ fieri contigit adversus episcopos.

(91) Καμῆλων... φροντιστάς. Fuit hæc pœna apud Romanos, ut homines ingenui ad pascendos imperatoris equos aut camelos et ad alia hujusmodi personalia munera condemnarentur. Sic Metaphrastes in *Actis* martyrum Indis et Domna: *Ministerium camelorum qui erant in regione Claudiopolitana ei tradidit imperavit, ei detrahens dignitatem præfecturæ.* Hoc autem munus dicebatur camelastia, atque inter personalia munera recensetur in *Pandectis*, titulo *De muneribus et honoribus.* Quanquam in eo titulo non de camelis imperialibus sermo est, sed de camelis uniuscujusque civitatis, qui ad convellenda ligna aliaque onera inserviebant, ut patet ex lege 48, in dicto titulo. Eusebius vero hoc loco agit de camelis et equis imperialibus, ad quos pascendos episcopi quidam sunt damnati. Multum autem differt inter hæc duo ministeria. Nam prius quidem illud, munus erat civile, ad quod decuriones

ὅπως τε βασιλικῶν ἱππων ἐνόχους παραστάσει κατ' ἐδίκασεν, ὅσα τε τῶν ἱερῶν σκευῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα κειμηλίων οἱ αὐτοὶ πρὸς τῶν κατὰ καιροῦς βασιλικῶν ἐπιτρόπων τε καὶ ἀρχόντων ἐν βῆρσι καὶ ἀτιμίαις καὶ βασάνοις ἀνηγάγησαν, τὰς τε ἐπὶ τούτοις τῶν πολλῶν φιλαρχίας, ἀκρίτους τε καὶ ἐκθέττους χειροτονίας, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ὁμολογηταῖς σχίσματα (92), ὅσα τε οἱ νέοι στασιώδεις κατὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας λειψάνων διὰ σπουδῆς ἐμμηχανήσαντο, καινότερα καινοῖς ἐπινευτερίζοντες, καὶ ἀφειδῶς ταῖς τοῦ διωγμοῦ συμφοραῖς ἐπενετρίδοντες, καὶ κακὰ κακοῖς ἐπιτεχνίζοντες, ταῦτα πάντα παρήσειν μοι δοκῶ, ἀνοίκειον ἐμαυτῷ κρίνας, παραττουμένῳ τε καὶ ἀποφεύγοντι, ὡς δ' οὖν καὶ ἀρχομένῳ μοι εἴρηται (93), τὴν περὶ τούτων διήγησιν, ἀλλὰ γὰρ ὅσα σεμνὰ καὶ εὐφῆμα κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον· καὶ εἰ τις ἀρετὴ καὶ ἔπαινος, ταῦτα λέγειν τε καὶ γράφειν καὶ πισταῖς ἀκοαῖς παρέχεσθαι οἰκειότατον ἡγοούμενος (94) τῇ τῶν θαυμαστῶν μαρτύρων ἱστορίᾳ· καὶ τῇ μετὰ ταύτην οὐρανῶθεν ἡμῖν ἐπιφανείῃ εἰρήνῃ κοσμήσειν μοι δοκῶ τοῦ παντὸς λόγου τὴν περιγραφῆν.

moribus et pace quæ post hæc cœlitus nobis affulsit, exornem.

A equos amandaverit : quas præterea injurias et contumelias, quantos denique cruciatus a procuratoribus principis et provinciarum rectoribus quotquot per illa fuerunt tempora pro sacris vasis et thesauris Ecclesiæ perpessi sint : adhæc ambitionem plurimorum, et temerarias atque illegitimas ordinationes, et inter ipsos confessores discidia, et quæcunque juniores illi turbarum concitatores adversus Ecclesiæ reliquias pertinaciter moliti sunt, novas res subinde alias post alias excogitantes, et in mediis persecutionis calamitatibus inclementius insultantes, et mala malis cumulantes; hæc, inquam, omnia omittenda esse duco. Est enim meo quidem iudicio aliena ab instituto nostro huiusmodi rerum commemoratio, a qua etiam abhorreere me in ipso hujus sermonis exordio sum professus. Cum igitur proposito nostro maxime congruat, ea dicere ac scribere et fidelium auribus commendare quæ in religione nostra gravia atque honesta sunt, et quæcunque ad laudem et gloriam pertinent, rectius facturus esse mihi videor, si extremam partem hujus libri præclaris admirabilium martyrum faci-

CAPUT XIII.

De Silvano et Joanne aliisque undequadragesima martyribus.

Ἐβδομον ἔτος τοῦ καθ' ἡμῶν ἀγῶνος ἠνύετο, καὶ πως ἡρέμα τῶν καθ' ἡμᾶς ἡσυχῇ τὸ ἀπερίεργον εὐληφῶτων, εἰς ὀδοῦν τε διαγενομένων ἔτος, ἀμφὶ τὰ ἐν Παλαιστίνῃ χαλκοῦ μέταλλα οὐκ ὀλίγης ὁμολογητῶν συγκεκροτημένης πληθῆος, πολλῆ τε τῇ παρῶσι χρωμένων, ὡς καὶ οἴκους εἰς ἐκκλησίας δειμασθαι, ὃ τῆς ἐπαρχίας ἀρχῶν δεινός τις ὢν καὶ πονηρὸς, καὶ οἶον αὐτὸν τὰ κατὰ τῶν μαρτύρων δραστήντα συνέστησεν, ἐπιδημήσας αὐτόθι καὶ τὴν τῶν ἐκεῖσε διαγωγὴν πυθόμενος, βασιλεῖ κοινούται, ὅσα δοκεῖν (95), εἰς διαβολὴν καταγράφων. Εἰς ἐπιστάς ὁ τοῖς μετὰλλοις ἐπιτεταγμένος, ὡς ἂν ἐκ βασιλικοῦ νεύματος διελθὼν τὴν τῶν ὁμολογητῶν πληθύν, τοῖς μὲν Κύπρον, τοῖς δὲ τὸν Λίβανον οἰκεῖν ἐνεῖμεν, ἄλλους τε ἄλλαις κατὰ Παλαιστίνην χώραις κατασπείρας, τοὺς πάντας διαφόροις πονεῖσθαι τισιν ἔργοις ἐπιτελεύεται. Εἶτα τέσσαρας τοὺς μάλιστα δοκούντας αὐτῶν κορυφαίους ἐπιλεξάμενος, ἐπὶ τὸν ἐρεστώτα

343 Septimus jam persecutionis annus ad exitum vergebat, et res nostræ sensim sine sensu calumniantium molestia liberatæ, ad octavum usque annum processerant. Cumque in metallis æris apud Palæstinam maxima confessorum multitudo in unum congregata, incredibili libertate frueretur, adeo ut ecclesias etiam exstruerent : præses provinciæ, vir sævus atque improbus, ut ex iis quæ adversus martyres gessit perspicere facile potest, illuc delatus, audita illorum vivendi ratione, rem statim ad imperatorem retulit, quæcunque ipsi visum fuerat calumniose in eos scribens. Dehinc præpositus metallorum eo adveniens, velut ex imperiali præcepto confessores varias in turmas distribuit, et alios quidem apud Cyprum, alios in Libano jussit incolere. Reliquos per varia Palæstinæ loca dispersos, diversorum operum molestiis vexari omnes inaudavit. Quatuor deinde ex illis seligens qui cæ-

ex albi ordine vocabantur, ut dicitur in lege citata. Posterior vero illud, servitus quædam fuit pœnæ, ad quam noxii damnabantur, ut ex Eusebii ac Metaphrastæ testimonio colligimus. Erant porro hi camelarii sub cura ac dispositione comitis rerum privatarum, qui subjectos potestati suæ habebat præpositos gregum et stabulorum, ut legitur in *Notitia imperii Romanorum*. Vide *Acta Marcelli papæ*.

(92) *Τὴ ἐν αὐτοῖς ὁμολογηταῖς σχίσματα*. Intelligit schisma Meletii Lycopolitani adversus Petrum Alexandriæ episcopum, de quo vide Athanasium et Epiphanium. Intelligit etiam schisma Donati in Africa adversus Cæcilianum episcopum.

(93) *Ὡς δ' οὖν καὶ ἀρχομένῳ μοι εἴρηται*. Scribendum est procul dubio ὡς γούν. Porro locus

quem designat Eusebius, in hoc quidem libello non reperitur. Ex quo apparet hunc *De martyribus Palæstinæ* librum ad nos mutilum pervenisse. Certe præmium libri deesse nemo non videt. Verum suppleri potest hæc lacuna ex cap. 2 lib. viii *Historiæ ecclesiasticæ*, ubi dicit Eusebius quod hic abs se dictum esse commemorat.

(94) *Οἰκειότατον ἡγοούμενος*. Post has voces in codice Regio et in editione Rob. Stephani apposita est virgula. Verum in tribus aliis codicibus Maz., Med. et Fuk. totus locus uno spiritu continuatur hoc modo : οἰκειότατον ἡγοούμενος τῇ τῶν θαυμαστῶν μαρτύρων ἱστορίᾳ. Et post vocem ἱστορίᾳ apponitur media distinctio seu mora. Quam quidem interpunctionem magis probō.

(95) *Ὅσα δοκεῖν*. Lego ὅσα ἐδέχε.

teris antecellere videbantur, ad ducem qui militibus copiis illic præerat, eos mittit. Horum duo erant Ægyptiorum episcopi, Peleus ac Nilus : tertius presbyter quidam : quartus fuit Paternuthius, vir ob prolixam erga omnes benevolentiam cunctis notissimus. A quibus cum dux ille postulavisset, ut religionem suam abnegarent, repulsam passus, flammis eos absumi præcepit. Alii rursus ibidem versabantur, sejunctam a cæteris regionem seorsum incolendam sortiti; quotquot scilicet ex confessoribus ob senectutem aut membrorum debilitatem, aut propter varios corporis morbos ab opere faciundo immunes erant. Quorum princeps erat Silvanus, Gaza oriundus episcopus, vir qui religionis Christianæ absolutissimum quoddam et venerabile exemplum exstitit. Hic cum a primo, ut ita dicam, persecutionis die, et per totum deinceps illud tempus, variis confessionum certaminibus inclaruisset, ad id usque temporis servatus fuerat, ut omne illud in Palæstina certamen postremus quasi signaculo clauderet. Erant una cum illo Ægyptii complures : inter quos fuit Joannes quidam, qui præ cunctis nostræ ætatis hominibus memoria valuit. Et hic quidem jam antea luminibus erat orbatus. Nihilominus **344** tamen in confessionum certaminibus, in quibus maxime enituit, cum ipsi perinde ac cæteris alter pedum candente ferro debilitatus esset, oculi quoque licet lumine orbati, cauterio perusti sunt, crudelitate scilicet et inhumanitate carnificum ad id usque feritatis ac diritatis progressa. Porro hunc virum ob mores quidem et philosophicam vivendi rationem nihil attinet prædicare, præsertim cum hujus rei causa non tantum admirationis sit consecutus, quantum ex memoriæ præstantia. Quippe qui totos divinæ Scripturæ libros non in tabulis lapideis, quemadmodum ait divinus Apostolus, nec in membranarum animalium, aut chartis quæ vermibus et longinquitate temporis consumuntur, verum in carnis cordis tabulis, in anima scilicet candida et in purissimo mentis lumine perscriptos habuerit. Adeo ut quoties vellet, interdum legis Mosaicæ, interdum prophetarum libros, nonnunquam sacræ Historiæ locos, alias evangelica et apostolorum scripta memoriter velut ex litterario quodam penu proferret. Fateor certe obstupuisse me, cum illum in frequentissimo ecclesiæ cœtu medium stantem, et quosdam divinæ

